Modò quid ſit in ultimis uoluntatibus diſpi-
ciendum eſt, poſtquàm de contractibus, deq́ue
delictis uidimus. & in materia adhuc multa di-
cit Bar. an ſtatutum uel conſuetudo quæ eſt Ve-
netijs, quòd teſtamentum poſſit fieri corã duo-
bus uel tribus teſtibus ualeat, & dato quòd ſic,
74 an habeat locum in forenſi, † ut per eum. ex cu-
ius dictis, ut ordinatè procedamus, quia ordo in
tellectum præparat, ſenſum aperit & applaudet
ueritati, inquit Bal. conſ. 336. col. 2. uol. 3. & do-
cet Iurecon. in l. quotiens. ff. de uſuf. collige: &
primo quoad primum quòd ualet, ẽt principe
ignorãte: & hoc ideo, quia ut teſtamentũ in ſcri
ptis proſit requiritur publicatio. l. publicati. C. de
teſta. not. in l. ſed ſiquis ex ſignatoribus. ff. quem
admo. teſta. ap. & ibi glo. ſignanter per d. l. publi
cati, hoc dicit. & Bar. met. in l. fi. col. 7. C. de edic.
di. Adr. tol. & amplius quod facta publicatione
fit pariter notorium iudici, quodq́ue per ipſius
teſtamenti inſpectionem habebit locum diſpoſi
tio & praxis d. l. fi. & mirabile uidetur, quod ſit
exemplum & probet, non ex alio niſi ob publica
tionem, notandumq; eſt ad limitationẽ auth.
ſiquis in aliquo documento. C. de eden. uerum
publicatio hæc alterari poteſt conſuetudine. l.
2. C. quemadmo. teſta. ap. ergo. Tamẽ hoc ibi nõ
probatur, ſed quòd tantum teſtamentum debet
aperiri ſecundum conſuetudinem loci.
75 Et ſi poteſt † ac ſecundo loco (ſubdit adhuc
Bar.) pater inter liberos diſponere coram duo-
bus teſtibus tantum, uulg. l. hac conſultiſſima. §.
ex imperfecto. C. de teſta. non eſt ratio cur patria
ſimili modo non poſſit diſponere circa ſubditos
76 † quandoquidem ualeat arg. de patria ad patrẽ.
l. ueluti. ff. de iuſti. & iu. quod adhuc non con-
cludit, quia nec termini etiam ſunt partes: patet
quia pater diſponit inter liberos coram duobus
teſtibus, ex quo à iure ſolemnitas relaxata eſt ip-
ſorum liberorũ fauore, ut in milite & cauſa pia.

l. 1. ff.de mili. teſta.c. relatum de teſta.ergo non benè infertur, quòd ita etiam poſſit patria circa ſubditos diſponere.

Tertiò monetur Bar. quia nullo iure prohibitum inuenitur, quòd ſtatutum fieri non poſſit, uel conſuetudo introduci,ergo permiſſum.l.omnes populi.ff.de iuſti.& iu.& iſtud placet,qđ tñ probatur melius per text.in l. necnõ, in §. quod eis.ff.ex quib. cau. maio. per quem hoc modo arguit etiam Cyn. in l.in bonæ fidei colum.1. C.de reb.cred.

Et meo quidem iudicio concluſio indubitata eſt & 4. loco, quia ſi ſtatutum uel conſuetudo contra ius commune ualet, iuxta no.in d.l. omnes populi,& in c.1.de conſti.in 6.ualebit etiam hoc caſu,licet de iure & regulariter fieri debeat in præſentia ſeptem teſtium auth. hoc inter liberos.§.1.C.de teſta.l.ſi unus.l.fi.l.hac conſultiſſima.C. eo.ꝙ duo ſcilicet uel tres tantum ſufficiãt præſertim,quia ſtatutum eſt etiam ſic de iure diuino, quòd in ore duorum uel trium ſtet omne uerbum.l.vbi numerus.ff.de teſti.c.in omni.ext. eo.ſentit Saly.in l.ſi non ſpeciali,ad fi.C.de teſta. & res de facili reuertitur ad naturam ſuam,ſolet́que fauorabile reputari.l.ſi unus.§.pactus. ff. de pact.c.ſtatutum, & ibi no.de præb.in 6.ergo. & uidetur ultimò caſus in c.cum eſſet,de teſta. ibi, & à generali conſuetudine eccleſiæ id noſcitur eſſe alienum,cum ſcriptum ſit,quod in ore duo-
77 rum vel trium ſtet omne uerbum.de repub.†ad eccleſiam ualet arg.l.re publica. C.ex quib. cau. maio. ergo.

Sextò tamen addit Iaſ. & gloriatur eſſe ſuum nouum fundamentum, hoc idem dici debere, quia ſicuti imperator poteſt tollere ea,quæ ſunt iuris ciuilis,vt not.i l.fi.C.ſi con.ius uel uti.pub. ſolemnitatem ſcilicet ſeptem teſtiũ,ita debẽt poſſe Veneti,non recognoſcentes aliquem in ſuperiorem.l.hoſtes,& ibi Bar.ff.de capti.tu verò conſidera non agi directò de tollendo iure ciuili,ſed de ſtatuto faciendo, vel conſuetudine inducenda,quibus teſtiũ numerus moderetur, ea de re, non concludit,ex quo indubitatum eſt, nec debet repræhenſibile iudicari ſi ſecundum narietatem temporum ſtatuta quoque uarientur humana.c.non debet.de conſangui.& affi.ex ſupra dictis igitur formaliter deductis ita tene quod ualeant,ſcilicet quia ita tenent etiam alii hic com-
* muniter * per eundem Iaſ.relati.

Eſt verum quòd aliqua obſtare uidentur, & primò,quia numerus ſeptem teſtium, inuentus eſt gratia falſitatis uitãdæ.l.iubemus.§.1. ibi quã ut exul fiat à rep. noſtra,& in fi. inq́ue illis uerbis,pœnã falſitatis non euitabunt.C.de teſta.l.fi. C.de fideicom. ibi, lex etenim ne quid falſitatis incurrat, maiorem teſtium, quàm duorum numerum expoſtulat, & ut p ampliores homines perfectiſſima ueritas releuetur: uerum ſtatutum & conſuetudo,quod tres ſufficiant, falſitaté inducerent,ergo non ualebunt, nanque in humanum foret, uiam aperire falſitatibus per leges, falſitates punientes, ut in periurio inquit imp. in l.2.ad fi.C.de indic.uidui.tol. eſtq́ue arg. Bar. articulum diſputantis, quod probatur quoque in l.conuenire,uulga.ff. de pac.dota. & quia ha-
78 bemus etiam non poſſe fieri per ſtatutum,† qđ fieri non poteſt per pactum, ut per gl.in rub.C. de dec.decu.lib. 10. quandoquidem arg. de uno ad aliud ualeat,ut ibi,& in l.non impoſſibile. ff. de pac.ſed pactum,quo quis inuitatur ad delinquẽdum, non ualet.d.l.conuenire.l.iurisgentiũ §.illud.ff.eo.ergo nec ſtatutum, uel cõſuetudo, & ita arguit quoque Signo.de Homode.cõſ.56. nu.1.& hac ratione loquentia per uerba præſentis uel præteriti temporis,& continentia indulgentiam non extenduntur ad futura.l. meminerint.C.unde ui.Bar.in l.oẽs populi, n.64. ubi ẽt
79 ponit exemplum. ff. de iuſti.& iu.† legimusq́ue Aſylum Romuli,quod ſontium erat perfugium dirui mandaſſe Auguſtum, quòd peccandi occaſionem præberet.

Secundò,quia reprobatur conſuetudo, minori numero ſeptẽ teſtiũ teſtm̃ condi poſſe,preterq̃ in caſu inque loco, in quo perſonarum copia haberi non poteſt,ut puta ruri,quia tunc quinque erunt ſatis.l.fi.C.de teſta.ergo non modo præterita,uerum etiã futura.& fortius inquit Iaſ. hoc idem probari uidetur ibi, quando dicit, minus autem nullo modo concedimus,& ante eum aduertit ad d.uerba Alex.in l.ſi non ſpeciali. C. de teſta.imò ſubiicit quòd ſunt geminata, quoniã dicit primum,quinque modis omnibus adhiberi iubemus,poſtea minus autem nullo modo cõ-
80 cedimus. † geminatio uerò multum operari ſolet.l.Baliſta, & ibi no. ff.ad Treb. ergo.

Tertio addo ego diſpenſationem legis eſſe dicto caſu & ratione ſupradicta, ergo nõ abſolutè, ut ſtatutum fieri poſſit uel conſuetudo introduci.l. ſi non lex Æliaſentia.ff.de hær.inſti.melius in l.mulieri & Titio.ff.de cond. & de.ubi diſpenſatio mulieri facta in uno caſu,quod ad legatum admittatur contra uoluntatem teſtatoris,non extenditur ad aliam, ut etiam cohæredis portio ſibi accreſcat, eſtq́ue argu.in l.tutori. C. de nego. geſtib. ibi,ſufficit ſi in paucis amici laboribus conſulatur.

Iſtis tamẽ non obſtãtibus,à communi opinione non eſt recedendum ut ſup. Nec ob. adducta ad oppoſitum: nõ primum,quia poſſem reſpondere vt hic per Iaſ. quòd imò non præbeatur occaſio falſi ob ciuium ſuorum confidentiam. ſed quia reſponſio non tollit arg.formaliter, nec tex. idem dicentes, nec ciues ſoli ſemper ſunt teſtes, dico ego aliter, ſi non ualerent, quia præbeatur materia falſi,quod hac ratione etiam valere non deberet lex permittens teſtamentum fieri inter liberos coram duobus teſtibus, vel in milite, vel ad pias cauſas,& tamen ualet vt dictum eſt ſup. ergo & ſtatutum, & conſuetudo in caſu præſenti,vel & formalius ad regu.d.l.conuenire, reſpõ

deo

deo,& dico intelligi quando delictum remane-
ret impunitum, uerum hic atque iſto in caſu fal
ſarij punirentur,ergo ſtatutum & cõſuetudo ua
lebunt, tametſi præberi uideatur occaſio falſum
81 fabricandi: unde† uidemus quod donatio ualet
pariter, nec prætextu ingratitudinis poteſt re-
uocari,ſi factum pactum ſit ne ob id poſſit reuo
cari, ut not.in l.his ſolis.C.de reuo.do. quia eſto
quòd præbeat occaſionem delinquendi, delictũ
tamen non remanebit impunitum,nãque ſi do-
nans à donatario iniuriatus ſit, uel ſibi datum
damnum alias, actione iniuriatũ & legis Aqui-
liæ tenebitur,& ut ſuſius no.in l.ſtipulatio hoc
modo concepta,vbi in ſpecie Moder.nu.70.ff.de
uer.obl.& ſi hoc eſt in pacto,idem dici debet e-
tiam in ſtatuto & conſuetudine, ut ſupr.
82 Non ob.† Secundum.quia Bar.reſpondet, id
uerum eſſe,quoad præteritam conſuetudinem,
limitarique tunc,nõ quòd futura prohibeatur,
poſt Cy.in l.dudum.C.de cont.emp.& malè(in-
quit Iaſ.multis ſanè uerbis) quia imò lex repro-
bans cõſuetudines præteritas intelligitur repro-
bare eſt futuras poſt Bar.met.& docto.in l.ſi mi.
hi & tibi,in §.in legatis.ff.de lega.1.& alios ut p
eum,uerumque eſt, quia natura legis quoq; eſt
dare formam futuris negotijs.l.leges. C. de legi.
c.ſi.de conſti.& indicant uerba ponderata ſupr.
non aliud inuentia. ea de realiter ſoluit ipſe, q
ibi nulla conſuetudo reprobetur, ſed præterita
& antiqua confirmetur, ut ruri, ubi non poſſit
haberi copia perſonarum, teſtamentum quiſq;
facere ualeat,non tamen minori num. quinque
teſtium. Quæ etiam meo quidem iudicio ſubſi-
ſtere non uidetur, quandoquidem confirmãdo
antiquã, & eo caſu quidem permittendo tantũ
ut ruſticitati conſulat, quod ex uerbis proœmia
libus elicitur.l.ſi.ff. de hær. inſti. omni alio caſu
prohibere uidetur.l.quæſitum.§.denique. ff. de
fun.inſt. non minori nu. ſcilicet ſeptem teſtium
teſtamentum fieri debere, ergo & multo magis
ne fiat minori quàm quinque.ea propter reſpõ
de tu,uetiſſimaque eſt reſponſio,(alias pondera
tiones non refero quia non concludunt,& faci-
le reſolui poſſunt)quod licet uelit imperator in
d.l.ſi.antiquas leges ſeruari in teſtamentis con-
dendis,& ruſticorum cõſuetudinem ſi ruri fiãt,
& ubi copia perſonarum haberi non poſſit, nõ
eſt propterea quòd minori numero etiam facta
non ualeant Venetijs, ex quo illic ſtatutũ Reip.
extat ſeu cõſuetudo,q̃ legi derogant, idipſumq;
populo permittũt, & ſic eo caſu,ubi ſtatuto uel
conſuetudine aliter diſpoſitum non ſit.d. l. om-
nes populi.ff.de iuſti. & iu.& ut ſupr.oſtenſum
eſt latius:& ideo dicimus, quòd eſt lex in terri-
torio.d.l.omnes populi.Aret.in c.inquiſitionis.
col.3.de accu.quòdque etiam quòd ſit cõtra ius
commune nihilominus quia imp.dedit licentiã
oĩbus populis conficiendi ſibi ſtatuta opportu
na,non habita ratione d. l. omnes populi, non
conſideratur ſtatutum tanquam populi conſtitu
83 tio,ſed tanquam lex imperatoris.†quia actus at
tribuitur illi, cuius auctoritate conficitur.l.1. §.
omnia.C.de uete.iu.enu.Bar.in extrauagan.ad re
primen.in uer.totius orbis,& ideo ſtatutum ſeu
conſuetudo ualere debet, neque ob id quod di-
ſpoſitum eſt in d.l.ſi.ablata uidetur ſibi facultas,
quia nemo poteſt ſibi legem imponere, à qua re
cedere non liceat,nec aliis,ne reuocari uideatur
facultas data urbibus & populis,iura ſibi conſti
tuendi ut ſupra.
Non ob.ultimum, quia ex his ſublatum ma-
net,namque uerum eſt quando facultatem non
haberet Reſp.à lege, uel ex eo quod dictum eſt,
quia non recognoſcit aliquem in ſuperiorẽ p alle
ga.l.hoſtes,& ibi Bar.ff.de capti. & poſtl. re. ue-
rum habet,ergo.& ita tenendum eſt, reliqua de
principe,omittentes,ut hic per Bar.quia non ex
pedit,cum ſit caput Reip.& cum de Repub. lo
quimur neceſſariò loquimur etiam de capite, ex
quibus corpus conficitur.c. nouit. c.quinto,de
his quæ ſi.à præla.ſine con.cap.tamen cogita, &
dic,ut per eum,& Iaſ. ſuſius, & interim ab hac
* ſententia communi * uetiſſima non recedas.
84 Modo uidendum eſt, quid † in forenſi, hoc eſt
an ſtatutum ſiue conſuetudo ad eum trahatur,
in qua quæſtione ſimiliter Bar. multa dicit hic
nu.14.ut per eum,ex cuius dictis collige primo.
Si ſtatutum limitat perſonas ciuium,quod ad ſo
renſes non porrigetur,& hoc idem, quia in d.l.
ſi.C.de teſta.ſi id limitatè ruſticis cõceſſum eſt,
ad alios extendi non debet,illic exiſtentes .l. con
ficiuntur.§.1.ff.de iu.codicillo.alias loco & non
perſonis uideretur conceſſum. imò ſi ruris etiã
fiat mentio, ut in d.l. ſi. quòd ciuitas non com-
prehendetur ſecũdum Bal.in l.1.§.in initio, col.
1.ff.de offi.præfec.urb.& plus quòd perſonis &
loco conceſſum eſt, ut hic not.& in d.l. ſi. tradit
Corn.conſi.68.nu.8.uol.1.& ad propoſitũ ma-
ximè,quia rationes d.l.ſi.non in omnibus habẽt
locum, uſque adeo,ut hac de re quoque idem di
cendum ſit in caſu iſto,inque ciuibus limitatis,
ut ſupr.& ita ſignanter tenet & arguit Ancha. in
rep.c.canonum ſtatuta,col.162.& 125.de con-
ſti.& co.155.clarius ac in terminis iſtis Bar.hic,
nec dubium habet. & eſt arg.in l. in agris. ff. de
acqui.re. do. ubi limitata diſpoſitio, limitatum
85 etiam producit effectum. & † ſi hinc ſtatutum
dicat quòd ſtetur libris mercatoris, ipſe autem
partitam faciat quæ ad mercaturam non perti-
neat,ei eiusque libris non credetur,quia limita-
ta cauſa &c. d.l.in agris Feli.in c.ſi quando, col.
2. de reſcrip. & ita dicit etiã Bal. quòd limitata
ſcilicet diſpoſitio limitat, limitatumque produ-
cit effectum,non autem extendit,conſi.182.ad
ſi.uol.1.ergo & hic(iterato dixerim)ſi ſtatutum
ad ciues limitatum eſt,ad forenſes nõ extendet.
86 Secundò † collige ſi ſtatutum ſimpliciter lo-
quatur & indefinitè, quod tunc in forenſibus
ibi reſidentibus etiam locum habebit quod etiã
probatur ſecundum eum in l.2. C. quemadmo.

teſta.ape. & meo iudicio quidē facit in illis uerbis, ut ſecundum leges moreſque locorum inſinuentur, quoniam teſtamentum filio datum a patre publicandum, potuit & in patria, & in loco ubi erat mortuus, publicari, & ſic dicta uerba etiam forenſes comprehendunt.

87 Secundo, † quia in his quæ ſunt uoluntariæ iurisdictionis ſtatuta locorum etiam forenſes adhuc comprehendunt. l. 1. C. de emancip. lib. ubi in municipio emancipatio fieri poteſt corā duumuiris, auctoritate legis municipalis, quæ etiam alienigenas comprehendit, ſed condere teſtamentum eſt uoluntariæ iuriſdictionis ut emācipatio (non enim cogitur pater emancipare filium ſi nolit. l. nō poteſt. ff. de adop.) ergo quod etiam arg. non probatur in d. l. 1. ſed contrarium potius (ut inquit Iaſ.) ex quo facit mētionem & & exprimit alienigenas, ergo alias comprehenſi non fuiſſent, ad quod multa poſtea dicit ut per eum. Tu replica, quāquàm alienigenarum mentio fiat, ex abundanti, ac declarationis gratia, & ut omnem dubitationem tolleret, non eſt propterea quòd non comprehendantur, ratione ſupradicta, quia ſcilicet hæc ſunt uoluntariæ iurisdictionis, quando etiam non fuiſſet expreſſum. l. teſtamentum. C. de teſta. l. hæredes palam. §. ſed ſi notam. ff. de teſta. l. quæ dubitationis tollendæ gr̄a. ff. de regu. iu. l. 1. §. ſed ſciēdū. ff. de Ædil. ed.

88 Tertio probatur † in l. fi. ff. de mili. teſta. ubi qui iure militari teſtari non poſſunt ſi in loco hoſtili depræhendantur, quomodocunque uoluerint nihilominus teſtantur, ecce quòd leges militares locorum forenſes etiam comprehendunt, & benè. Adhuc tamen dicit Iaſ. quòd cum ille tex. in caſu neceſſitatis loquatur, nec priuilegia militum extra dictum caſum extendantur, non facit ad propoſitum, nec probat concluſionem Bar. Mihi tamen uidetur quod probet, & ſufficiat dicto caſu extendi, quandoquidē alias limitatio perſonarum facta ſit, nec mirum ſi ea de re non extenduntur. l. fi. C. de teſta. & dictum fuit ſupr. ſatis.

89 Quartò † probat Bar. quia de contractibus ad ultimas uoluntates, ualet arg. l. ſeruum filii. §. cū qui chyrographum. ff. de lega. 1. ſed primo caſu attenditur locus cōtractus. l. ſi fundus. ff. de euic. ſtatutumque loci comprehendit forenſes, ergo & in ultimis uoluntatibus idem dicemus. Ad quod etiam reſpondet Iaſ. quòd in contractibus ſortitur forum quis contrahendo, non teſtādo. Replica tu, quòd cū hæc ſint (ut diximus) uolūtariæ iuriſdictionis, longe magis teſtando uoluiſſe uidetur teſtari ſecundum ſtatuta, & mores loci, & ſic forum ipſius ſortiri, & ſe ſummittere, & ita argu. Bar. optimè probabit.

90 Quinto adde tu benè † facere, quia ſtatutum & conſuetudo ciuitatis ad omnem locum extenduntur, dummodo non ſint in pœnam alicuius ut inquit, & exemplificat Bar. in l. relegatorum in §. pertinere. ff. de int. & re. ergo & ad pſonas,
91 quia † de loco ad perſonam ualet arg. & e cōtra. l. 1. §. Offilius. ff. ne uis fiat ei. maximè quia diuerſitatis ratio aſſignari non poteſt. & quòd ligentur forenſes in his quæ ſunt uoluntariæ iuriſdictionis, potiſſimū per tex. in d. l. 1. C. de eman. li. tenuit etiam Corn. nouiſſimè con. 64. col. 1. uol. 3. & ita foret ſine dubio tranſeundum.

Nihilominus aliqua obſtare uidentur, & primo tex. in l. ſi non ſpeciali. C. de teſta. ubi dicitur ſi teſtes non in conſpectu teſtatoris, teſtimoniorum officio functi fuerint, quòd teſtamentum non ualebit, niſi ſolemnitas hæc ſpeciali priuilegio patriæ ſit relaxata, ergo forenſes non ligantur ſtatuto loci, nec ad forenſes extendetur, quia dicit patriæ.

Secundò ob. tex. in l. ſed ſi accepto. ad fi. ff. de iu. fi. ubi qui uſum togę acceperunt, ut ciues Romani teſtantur, ergo non oēs habitātes in urbe.

Vltimo ob. quia conſuetudo localis non ligat niſi ſubditos l. neuditor. §. ſi conſtat. ff. communia præd. & ita tenebat Iaco. de Are. hic, & Old. conſi. 248. nu. 1. & 2. & malè. ſupra dictis ſtantibus, nec repetendis aliter.

Dicique poteſt ad primum, ut dicit Bar. ſupra dictā diſtinctionem fore adhibendam. dicerem ego formalius, id eſſe quia teſtamentum erat ciuis, quodque nō propterea tollit ex ſupradictis, quominus idem ſit etiam ſi foret peregrini, & alienigenæ, quoniam naſci dicitur ubi conditur. l. cum antiquitas. C. de teſta. d. l. 1. ſecundum cōmunem intellectum. C. de. eman. lib.

Non ob. ſecundum, qa reſpondet adhuc Bar. hic, tex. illum loqui in obſidibus qui non habēt teſtamenti factionem. l. obſides. ff. de teſta. ut uſum Romanæ togæ accipiant, & teſtamentum condant ut ciues Romani ſecundum conſuetudinem locorum. ſed replicabitur, ſi hi teſtantur ſic togæ uſum accipientes, ergo (ut dicebam in ipſius inductione) non omnes: ideo dic tu aliter antecedens uerum eſſe, conſequens falſum, qd̄ non eſt niſi per locum a contrario, nec ſumi debet ad aliorū iurium correctionem. c. cupientes. §. quod ſi per uiginti. de elec. in 6. not. plenè in l. 1. ff. de offi. eius. quod utique eſſet hic, corrigereturq; deciſio d. l. 1. C. de eman. lib. & ſimilium. igitur inductio d. l. non obſtabit. Non ob. ultimum, quia nec ipſum uerum eſt in his quę ſunt uoluntariæ iuriſdictionis, ubi alle. aliàs ad oppoſitū loquuntur in contentioſa, & cum perſonarum limitatio facta eſt, quorum non eſt par eademque ratio, & ita tranſeo: & pro iſta commu
* ni * opi. adduco. etiā tex. in c. quæ contra. 8. d.

Sed quid ſi ſtatutum diſponat circa perſonā,
92 † puta quod filiusfamilias poſſit facere teſtamētum, filiusfamilias forenſis teſtatur in ciuitate Venetiarum, an teſtamentum ualeat.

Bar. hic, nu. 26. dicit quod non. Motus, quia ſtatuta non poſſunt legitimare perſonam ſibi nō ſubditam, nec circa ipſam aliquid diſponere. l. 1. in fi. ff. de tuto. & cu. dat. ab his. l. etiam. ff. de tut.

ubi

ubi qui tutoré dare poteſt ex permiſſione prin-
cipis, dare poteſt tantum his, qui ſunt eiuſdem
93 prouinciæ, uel ibi domicilium habeant. † adde
tu quòd nec dari poteſt pariter tutor, qui ſit al-
terius prouinciæ, ut in l. neq;. C. qui tut. da. po.
horumq́ue omnium ratio eſt, quia in eos iuriſdi
ctionem non habet. l. fi. ff. de iu. o. Iud. & ita
* tranſit etiam Bar. met. infra nu. 39. & * omnes.
& verbis formalibus ut hic, Ancha. in c. canonũ
ſtatuta. in rep. col. 162. de conſti.

Videretur tamen dicendum contrarium in
his, quę ſunt uoluntariæ iuriſdictionis: ex quo
ſtatim quod forenſis, teſtatur in loco, uidetur ſe
ſummittere iuriſdictioni & ſtatutis illius, & p-
rogare tacitè, ſi non expreſsè iuriſdictionem ip-
ſius ſtatuentis. & probatur in l. 1. C. de eman. lib.
nec termini legum allegatarum pares, quoniam
tutela eſt vis atque poteſtas in capite libero ad
tuendum eum, qui propter ætatem ſe defendere
nequit. l. prima. ff. de tute. & Inſtit. eod. in prin
cip. Imo quod alterius prouinciæ tutor etiam
dari poteſt. lege diuus. ff. de tut. & curat. dat.
ab his.

Et urgentiſſimam oppoſitionem format Iaſ.
hic, inſolutamq́; relinquit de authen. ſi qua mu-
lier. C. de ſacroſanct. eccl. ubi habilitatur perſo-
na mulieris ad teſtandum, quæ tum erat profeſ-
ſa, & ſic inhabilis.

Et idem (addas tu) legitur in authen. ſed ho-
die. C. ad legem Iul. de adult.

Niſi ad primum dicamus, uerum eſſe, ratione
ſolẽnitatis actũ reſpiciẽtis rõne pſonę, & ita ĩtel
ligit tex. in d. l. 1. C. de emãcip. li. ut p Bar. hic. Nec
ob. ꝙ ſimus in iuriſdictiõe uolũtaria, qa regula
d. l. fi. ff. de iu. o. Iud. nõ mõ pcedit in cõtẽtioſa.;
uerũ ẽt in uolũtaria, ut ibi not. Iaſ. & benè. & mi
nus, quòd videatur forenſis in loco ſe ſummitte
re iuriſdictioni illius, quia uerum eſt ſi ſit habi-
lis ad teſtandum, & quoad ſolemnitatem actus;
non quòd ĩhabilis poſſit habilitari, niſi à ſuo iu
dice, & à ſtatuto patriæ ſuæ ; ratione ſupradicta.
Non etiam ob quod termini non ſint pares; qa
ſat eſt mihi quod ratio ſit generalis, quæ militat
tam in iuriſdictione uoluntaria quàm contẽtio
ſa, ſi de habilitanda (ut diximus) perſona agatur.
Non quod alterius prouinciæ tutor dari poſſit;
quia uerum eſt, ſi non reperiatur idoneus in lo-
co, & plus quòd nec iſto caſu dat, ſed præſes pro
uinciæ & loci uicini; cui ſcribitur. d. l. diuus. l.
nam magiſtratus. ff. de tub. & ſic nulli aufertur
iuriſdictio.

Non obſt. tex. in d. auth. ſi qua mulier. & in d.
auth. ſed hodie, qa poſſum in primis ſuadere, qd
habilitata eſt eo tempore, quo eccleſia ſuberat
imperatori, ut p Inno. in c. licet de fo. comp. Bal.
in l. iubemus in princ. C. de ſacroſanct. ec. uel &
2. quod erat habilitata de facto, nõ de iure: mul-
ta enim fiunt eo modo, quæ tamen de iure non
admittuntur, ut p glo. in l. minor. ff. de euic. Bal.
in d. l. iubemus. Vel & 3. quod teſtamentum ſie

ri potuit in actu profeſſionis, antequam profeſ-
ſio ipſa in eſſe tranſiuiſſet, quo caſu liberũ erat
ſibi teſtari, ſicut contrahere, uſque adeo ut non
uideatur habilitata ad teſtandum, uel quod fue-
rit alias inhabilis, & ita tenendum cenſeo. eſt ue
rum ſi conſentiente patre in loco non ſui territo
rii domicilium conſtituerit, quod ibi tunc tan-
quam ciuis habilitatus, poſſet teſtari, ut not. in
l. 1. C. ubi pet. tu. declarat & limitat Bal. in ſtatu.
in §. habilitare. nu. 1. uel ſi ſtatutum mixtim di-
ſponeret de iure perſonæ, & formæ, quod ſcili-
cet teſtari poſſet conſentiente patre, & latius ut
per eundem Bald. in loco præallega. eſtque not.
limitatio ad text. in lege tam is. ff. de donation.
cau. mort.

Poſt hæc modo dubitat Bar. & eſt quarta quæ
ſtio (prima. n. in cõtractibus, 2. ĩ delictis, tertia ĩ
ultimis uolũtatibus, expeditę fuerũt) qd ĩ his q̃
neq; cõtractus ſũt, neq; delicta, neq; ultima uolũ
tas? exempli gratia. Quidam habet domum hic,
94 quæſtio eſt an altius poſſit eleuari: † & breuiter
concludit, quod conſuetudo ſiue ſtatutum loci,
ubi res eſt, ſeruari debet. Motus quia quæſtio eſt
iuris, deſcendens ex re ipſa. l. an in totum. C. de
ædif. priua. & ita aſſerit intelligi debere quod dr̃
in l. uenditor. in §. ſi conſtat. ff. communia præd.
& benè, probaturq́ue optimè in d. l. an in totum.
ibi, præſes, probatis his quę in oppido frequẽter
in eodem genere controuerſiarum ſeruata ſunt,
cauſa cognita ſtatuet, quibus uerbis præciſe uti-
tur etiam tex. in l. 1. C. quæ ſit lon. conſue. & ni-
mirum, quia eiuſdem auctoris eſt, Alex. ſcilicet,
Imp. Diogeni & Proculo reſcribentis. verum eſt
quod quæſtio de domo eleuanda, ſeu tollenda
(eleuare enim alias eſt diminuere) loquitur: tex.
uero in d. l. an in totum. de domo ex ruina in hor
tum conuertenda: ſed nihil eſt quia omnino, ut
dicebat Bar. quæſtio iuris eſt ex re ipſa deſcẽdẽs.
Probatur & longe melius eadem ratione in d. §.
ſi conſtat, ubi nec priuato nec publico nomine
licet in lapidicinis alicui cędere lapides inuito
domino, niſi extet conſuetudo cędi poſſe, ſolito
ſalario perſoluto: ecce quod conſuetudo ſeu ſta-
tutum ubi res eſt ſeruari debet. & eſt rationabi-
le, quia quemadmodum perſona iudicari nũ po
teſt, niſi ſtatutis & cõſuetudine loci. l. fi. ff. de iu.
o. iud. auth. qua in prouincia. C. ubi de cri. agi o-
port. l. non uidetur. ff. de iudi. non debet poſſe pa
95 riter res (de† perſonis enim ad eas ualet arg. l. q
fuerit, & ibi no. ff. de ſtatu. ho.) ſiue decidi quæ
ſtio ex re ipſa (ut dicebamus) deſcendens. Quin-
to dubitat Bar. utrum ſtatuta, & conſuetudines
96 locorum ligent clericos, † & debeant ſeruari in
curia Epiſcopi: & multa dicit diſtinguẽdo ut per
eum. ex cuius dictis collige, & primo, quod ſta-
tuta directo ſuper eccleſiis vel rebus eccleſia-
ſticis non ualent & hoc idem, quia non ſpectãt:
neque pertinent ad iuriſdictionem cõcedentis.
& ueriſſimum eſt, apertiſſimèque probatur in c.
eccleſia S. Mariæ, ubi & nos multa, de conſtitu.

& in. c. quę in eccleſiarum.eo. ti.& io.c. eccleſia.de reb. ec. non alie. & in.c.fi. & p totum, de imu.ec. But. conſi. 40, in prin. et hinc eſt quod Archidia. in.c. inolita.col. 2. 11. q. 1. poſt Hoſtien. in §. dubitari.in ſumma,de ſo. comp.dicit quod conſtitutio Fede.auth. habita. C. ne fi.pro pa.in ſcholaribus loquens, non procedit, neque locum habet in ſcholaribus eccleſiaſticis.& Ro. ſingu.433.ſi ciuitas conſuluerit relicta pro male ablaris conuertere in utilitatem vnius eccleſiæ, quod non poterit ſtatuto prouidere, conuerti in utilitatem alterius.& Bal.in ſtatut.in §. vendere. nu mer.2.

Statutum communis Senarum q̃ hoſpitale S. Mariæ Miſericordiæ teneatur uendere certũ agrorum numerum, nõ valere hac ratione. Imò plus dicit alibi Alex. quòd non valebit etiam, q̃ faueat eccleſiæ & clericis ſi præceptiuum, uel arctatiuum fuerit, conſ.211.col.1.uol.2.poſt Lap. allega.100.& 101. & ita aſſerit intelligi debere, quod dicitur in d. c. eccleſia S. Mariæ. & quòd non valeat, plene conſi.169.col.1.eo.lib. declarãdo etiam ita fore dicendum niſi confirmatum, & approbatũ ſit à Papa, ut in d.c.eccleſia S. Mariæ, & in c.1.& ibi Archidia. 10. d. pulchrè Bal. conſi.135.col.fi.vol.3.

97 Secundo collige, ſi † ſtatuta ſimpliciter facta ſunt, redundantia tamen, hisque contraria, quæ eccleſijs ſeu clericis in priuilegium cõceſſa ſunt, pari modo non valent.& poteſt exemplificari in loquentibus de collectis, & gabellis, ad quæ munera non tenentur clerici, argum.in l.reſcripto. in §.fi.ff.de mu.& ho.aliàs grauaretur eccleſiæ libertas, & malè.c.nouerit. de ſen.exc.auth.caſſa. infra de ſacroſanct.eccle.Bal.in l.placet col.2.infra.eod.vel ſi Priori fraternitatis cõcedant diſtributionem legatorum ad pias cauſas, quod in priuilegium conceſſum eſt epiſcopis, utpote patribus pauperum, de quo tamẽ dubitat Ancha. in c.canonum ſtatuta. in rep.col. 26.de conſti.

Cùm iſta concluſione Batt.nihilominus tran* ſeunt * communiter docto. & probatur in d. auth. caſſa, & in d. c. nouerit. Quam declara, quòd non ualeant ad præiudicium & damnum clericorum, quoad laicos autem ſic, uel quod clericos non comprehendant ratione ſupra dicta. & hoc eſt, quod dicebat Ancha. quoque cõſi.155. & Deci. poſt eum in d. c. eccleſia S.Mariç. col.1. quod ſtatutum Spoletinum de ſoluenda certa parte per euntes ad molendinum in ingreſſu portę, & non, ut antea in molendinis, nõ comprehendit euntes ad molendinum Epiſcopi, & Bal.conſi.198.col.2.qđ ſtatutũ Tergeſtinũ pariter deſponens uinum ortum extra diſtrictũ Tergeſti non poſſe conduci in ciuitatẽ, ultra unam utnam pœnis in eo contentis, non includit clericos: & in ſimili in cõſuetudine Salerni multa Grammat. deciſio.100.col.1.& 3.ſed cum loquatur in terminis concluſionis præcedentis, facta eccleſiæ mentione, ut ibi per eum in prin. melius probat hoc ipſum Bal. & Anchar. in locis præallega. dubitat tamen Pau.Caſt.uidẽdus omnino, conſi.424.col.3.uol.2.

98 Tertiò collige, ſi ſint † contra ea quæ competunt eccleſijs uel clericis non ex priuilegio, ſed ut cuilibet, quod tunc clericos ligabunt, quodq́; (ſi honeſta fuerunt) ſeruabuntur quoque in epiſcopali foro. & hoc ipſum clarè probat Bar.tex. maximè. in c. cum cauſa.de re iudi. & in c.cum ueniſſent.de eo qui mit.in po.cau.rei ſer.& in c. conſtitutus. de reſti. in integ. ubi ſententia lata prætextu iniquæ conſuetudinis retractatur, ergo ſi bona, & æqua ſecus, ut ĩ d.iuribus dicitur: in quibus non ſine myſterio laudabilis appellatur, & dicitur, quòd ipſius non minima eſt auctoritas. & argum. ſic ſumi poteſt à contrario, quod in iure fortiſſimum eſt.l.1. §. huius rei. ff. de offi.eius.c. cum apoſtolica.& ibi Abb. de his quæ fi.à præla.ſi con.cap. quia inde non reſultat abſurditas, uel correctio legum, ut in locis prçallega.not. præſupponitur q́ue etiam quod non ſit conſuetudo grauoſa eccleſię, quoniam tunc ſeruanda non eſſet.capitu.1.de conſu.& not.etiam glo.(ut Bar.dicit) in l.ex ea.ad fi.ff.de poſtu.quç tamen dubitatiuè loquitur per uerbum forte, ignara eorum quæ in d.iuribus dicuntur, quanquàm tamen ſub d.uerbo ſępe periti reſpondeãt, inquit glo.in l.ſi duo.in prin.ff. de arbit. & Feli. ubi alia multa, ĩ c.accedens, 1.col. fi. ut lite non con.& nimirum quia dubitatiuè loqui, moderationi animi eſt aſcribendum, quique de ſingulis dubitat, non inutiliter facit, ut dicit glo.in l. nemo.C.de ſumma tri.& fi.catho. & ad propoſitũ exemplificat Bat. in ſtatuto, quo caſu concluſio loquitur: ſed idem eſt (vt ſæpe dixi) quia non differunt ſtatutum, & cõſuetudo, niſi ut tacitum, & expreſſum.l.omnes populi.ff.de iuſt.& iure.l. de quibus.ff.de legi.ſi dicat (ut ſubijcit) inſtrumentum publicum ſine libello executioni mandari (non enim eſt regulare licet non dicat) l.minor uigintiquinque annis cui fideicommiſſum relictum eſt.ff.de mino. & laicus petat à clerico coram Epiſcopo, quod non offeretur libellus, ut ſeruetur ſtatutum: quod cum laudabile ſit, ut conſuetudo in iuribus præallega. debet cõſequenter clericos comprehendere, & in foro Epiſcopali quidem, & ita tranſit etiam Bal.in c. priuilegia.C.de ſacroſanct.eccl.& Ancha.in c.canonũ ſtatuta.in rep.col.130.de conſti.& in ſpecie probatur in d.c.cum ueniſſent.ibi, uerum legatus ipſe cauſam commiſit iudicibus, ſecundũ ius, & bonam terrę conſuetudinem, terminandam. eſt uerum, quod Hoſt. ſenſit contrarium (ut idem refert idem Bar.) ſed quoniam nec iure nec ratione ꝓbatur, eius opinio reiicieda eſt.

Secundò exemplificat Bat.adhuc in ſtatuto diſponente omiſſa inſinuatione teſtamentum nõ ualere: & dicit rurſum qđ ligat clericum, qđque teſtamentum ipſius, ſi non fuerit inſinuatũ, nõ ualebit, motus duplici ratione: prima quia clericus

cit non eſt conceſſum teſtandi priuilegium, ſed
ut poſſint eo iure, quo alij homines, ergo inſi-
nuari debebit. ſecunda quia ſtatutum, uel etiam
ſi foret conſuetudo, honeſtum honeſtaque eſt,
ut obuietur fraudibus, & ut in ſimili in dona-
tione dicitur in l. ſancimus. C. de dona. ergo non
eſt ratio, qua dici poſſit, niſi ligari, & ſi aliter fiat
teſtamentum non ualere.

. Niſi contineat legata (ſubiicit) ad pias cauſas
quia tunc ualeret, ad de tu no. in auth. ſimiliter.
C. ad legem Fal. & eſt ſecundum eum argumen.
in c. relatum. de teſta. ubi hac ratione factum cũ
duobus teſtibus tantum ualet pariter. idem Bar.
in l. fi. ad fin. ff. de his quæ pro non ſcrip. hab. ẽt
non rogario dicit. Pau. Caſt. conſ. 75. col. 1. uol. 1.
& Alex. conſi. 4. nu. 14. uol. 7. ergo etiam quòd
inſinuatio omiſſa ſit. & hoc eſt, quod i terminis
dicebat quoque Bal. quod ius ciuile uel munici
pale non ſeruatur ad pias cauſas, conſ. 93. uol. 2.
idem Alex. conſi. 171. col. 1. uol. 7. & ſi hoc caſu
eſt ſpeciale, in cæteris, & regulariter quidem ſer
uabitur iuris municipalis diſpoſitio, quandoqui
dem etiam exceptio in uno caſu, firmet regulam
in non exceptuatis. l. quæſitum. §. denique. ff. de
fun. inſt. not. in c. cũ dilecti. de conſ. uti. uel. inu-
u. alia exempla ultra Bar. poſſemus referre, ſed
quia prolixitati occurrendum eſt, paucisque a-
gendũ, inquit con. in l. 1. ff. de præſcrip. uer. duo
hæc erunt ſatis: ſi placet, tamen uide eundem
Alex. altiùs, ubi multa, conſi. 209. col. 1. & 2. uol.
2. nonnihil conſi. 103. col. 3. vol. 4.

. Sextò dubitat Bar. an ſtatuta porrigãt effectũ
99 ſuum extra territorium, † & multa dicit, conſi-
derando quòd aliquando ſunt prohibitoria, nõ
ratione pœnę, ſed alio reſpectu aliquãdo permiſ
ſiua, nonnunquam puniriua, ut per eum. ex cu-
ius dictis collige primo, ſi ſtatutum ſit prohibi-
tiuum ratione ſolennitatis actus, exemplifican-
do in teſtamento, uel inſtrumento, non poſſe fie
ri, niſi ſeruata certa ſolemnitate, quòd tunc non
porriget, idemque in conſuetudine, & ea ratio-
ne potiſſimum, quia in ſolemnitatibus eſt regu-
lare, locum ſemper inſpiciendum eſſe, ubi res ip
ſa agitur, hoc eſt ubi teſtamentum uel inſtrumẽ
tum fit, ut in contractibus (ſubiicit) & ultimis
uoluntatibus dictum eſt, & benè. l. ſi fundus. ff.
de euictio. ubi caſus clar us. l. 2. C. quemadmo. te
ſta. ape. eſtque arg. in l. fi. ff. de in. o. ind. & in c. ut
animarum. de conſti. in 6. Old. conſi. 248. col. 2.
Corn. pulchrè ex. not. etiam hic per Bart. conſil.
314. col. 1. & conſi. 286. col. 1. vol. 4.

Secundò collige, ubicunque ſtatutum eſt pro
hibitiuum ratione rei: exempli gratia, quia nolit
poſſe alienari extra conſortes, quod alienatio nõ
ualebit quocũque in loco fiat, motus eſt quoad
iſtud, quia talis diſpoſitio rem ipſam afficit, &
concomitatur, impeditque dominium omni-
modo transferri, & probatur in iuribus ab ipſo
allega. præſertim inſti. quib. alie. li. in prin. & in
l. 1. in. §. & cũ lex. C. de rei uxo. ac. cętera nõ ſatis
probant id, ad quod allegantur. tu etiam conſide
ra quod in d. iuribus dicitur ſore id dictum in
dote, quæ habet multa ſpecialia. l. 1. & ibi not. ff.
ſol. mat. l. aſſiduis. C. qui po. in pi. ha. imò in d. l.
100 1. in prin. dicit Pau. Caſt. † quod dicere eſt ſpe-
ciale in dote ſufficit, quanquàm ſpecialitatis ra-
tio non adducatur. quod pro limitatione glo. no
ta, poſitæ in l. filium quem habentẽ, C. fam. erc.
dicentis alias, ſic referre miſerorum refugium
eſſe. & not. ad propoſitũ in l. ſingularia. ff. ſi cert.
peta. non omittentes ad idem etiam, quod ita ꝓ
ceſſerunt iura adhuc in d. locis ulterius diſpo-
nendo, non modo in rebus Italicis, prohibitio-
nem legis Iuliæ procedere, uerum etiam extendi
ad prouinciales, quibus hac de re ſtandum eſt,
ut in ſimili inquit Bal. in c. ſuper eo. 1. col. 1. de
ap. & in l. ſi duobus col. 2. C. communia de lega.
& Pau. Ca. in l. cum hi. in §. eam tranſactionem,
ad fi. ff. de tranſact. tamen ab opinio. Bar. ſupradi
cta haud eſt diſcedendum, pro qua facit, quod
not. in l. ex ea, per locum à contrario, ut infra ff.
de poſtu.

101 Tertiò † collige, ſi ſtatutum adhuc prohibiti-
uum ſit in perſonam tamen, prohibitioque ſano
rabilis, puta quod minor uiginti quinque an. te-
ſtamentum facere non poſſit, uel quod maritus
uxori legatum non relinquat, aut uxor marito,
quod porriget iſto quoque caſu, & comprehen
det ciuem illius ciuitatis vbicunque exiſtẽtem.
& nimirum quia ratio motiua ſtatuentium quo
que militat ſemper, & in quocunq; loco, ne mi-
nores decipiantur, mutuoq; amore uir, & uxor
ſe ſpolient, ut idem Bar. dicit, & benè. l. 1. ff. de
mino. l. ſi. mino. ff. de ſer. expor. l. 1. 2. & 3. ff. de
dona. int. ui. & uxo. & idem ſubiicit, ſi interdica-
tur bonis prodigo, quod effectum ſcilicet porri-
git interdictio ubicunque fuerint bona, ne pe-
reant, & rurſum benè. adde dum dicit æquipara
ri hoc caſu interdictionem generalem, ut in exẽ
plis ſupradictis, & ſpecialem hoc caſu, nimirum
quia tantum debet operari ſpecialis prohibitio,
quoad ſpeciem, quantum generalis quoad ge-
nus, eſtque regulare, ut in iuribus per eum alleg.
& maximè in l. ſi duo. ff. de admi. tu. quę ad hoc
quoque ſolet induci, & i l. Gallus (ultra eum) in
§. inſtituens, & ibi Bal. not. ff. de lib. & poſthu. &
in l. ſi chorus. ff. de lega. 3. & in l. omnes. C. de pr-
ſcrip. 30. an. & eſt locus à genere ad ſpeciem, ut
Topico. lib. 1. ait Gamma. indubitataque eſt con
cluſio ut proxima ſupr.

102 Quartò † collige, ſi ſtatutum ſit prohibitiuũ,
& (ut dixi) in perſonam, prohibitio uerò ſit odio
ſa, quòd effectum ſuum non porriget extra terri
torium, & hoc quia prohibitus poſtulare & ex
cauſa famoſa in nulla prouincia poſtulat. l. ex ea.
ubi glo. ff. de poſtu. ex quo infamia ipſum co-
mitatur quocunque uadat, ut proximè dicebã
de diſpoſitione rem afficiente, & ut lepra lepro-
ſum inquit glo. prædicta, & in l. frater à fratre.
ff. de condic. indeb. & hac ratione in ſimili Bal.

in ſtatut.in d.§.ſur.nu.1. ſed qa loquitur de ſta-
tuto prohibitiuo,non firmo, & dicemus infra, &
quia ipſe quoque ibidem dubitat.
103 Sic igitur † & melius excómunicatus in uno
loco,eſt talis vbique.c.cito turpem.1.q.1.glo.in
præallega.l.ex ca.Barba.in c.1.col.21.de proba.
104 & hinc eſt ſubiicit Bar.† quòd ſtatutum excluſi
ſiuum fœminarum à ſucceſſione propter maſcu
los,non porrigitur ad bona alibi ſita, ex quo o-
dioſum eſt.l.maximum uitiú.C.de lib.præt. imò
iniquum ultra eum, ſtatuentesque accuſatores
naturæ, & ſexus differentiam facientes.& ſi por
rigit effectum ſuum extra territorium, quando
prohibitio fauorabilis eſt,ut ſupr.neceſſariò di-
cemus hoc caſu ſecus, aliàs odium à fauore non
diſtingueretur,& malè.c.in pœnis. de reg.iu. in
6.l.cum quidam.ff.de lib.& poſthu.verú quoad
iſtud ultimum dubito, quia imò prohibitio fa-
uorabilis eſt,ut bona in agnatione,& familia cō
ſeruentur.l.1.§.denunciari. ff.de uent.inſpi. no.
in d.l.maximum uitium. Niſi replicemus, quan
quàm fauorabile ſit maſculis,quòd tamen fœmi
nis eſt odioſum, ut inquit Bal.in d.l. maximum
uitium, & in ſtatut.in §.odium nu.1.& 2. & in
l.illam.C.de collo.& in l.1.C.de legi.hær. Corn.
conſi.97.nu.25.uol.1.& conſi.115.col.2.uol. 2.
✱ & eſt ✱cómunis opi.vt atteſtatur Deci.vbi mul-
ta ſignanter poſt Bar. conſi. 314. ad fi.uol. 2. &
Grat.poſt eum conſi.2.col. 1. vol. 1. & vltra eos
ſolida ratione probo,quia dato vno inconuenié
ti,non debet dari maius ſeu multiplicari. l.1. C.
de dot.promi.l.cú poſt.§. gener.ff. de iu.do.Bal.
in l.lege duodecim tabularú.ad fi.C.de legi.hær.
vbi ſi ſtatutum excludit ſororem à ſucceſſione
fratris,non propterea excludit fratrem à ſucceſ-
ſione ſororis ratione prædicta: modo in caſu no
ſtro inconueniens eſt, quòd fœminæ excludan-
tur.d.l.maximum vitium, ergo maius dari non
debet ſiue multiplicari,quòd excludantur à bo-
nis quoque alibi ſitis.& hæc quantum ad ſtatu-
ta prohibitiua, quantum ad permiſſiua multa
etiam dicit Bar.an actus permiſſus poſſit exerce
ri extra territorium permittentis. & ſi in loco p
miſſo exerceatur an habeat effectum extra terri-
torium,vt per eum.

Ex cuius dictis multa quoque eliciéda ſunt:
& primo quòd quando ſtatutum permittit id,
quod non competit regulariter, ſed tu ſpeciale
priuilegium conceſſum eſt, actus permiſſus nó
poterit exerceri:extra territorium permittentis
exemplificat in eo, qui à ſtatuto efficitur nota-
rius,quòd extra territorium inſtrumenta confi-
105 cere non poterit.& † quia hoc idem eſt volun-
tariæ iuriſdictionis,& poterat dubitari,quando
quidem in multis differant voluntaria,& conté
tioſa,& ſint ſpecie differentes,ut not.in l.2.ff.de
offi.procon. & in l.ſi conſul. ff.de adop.Bal. in
auth.matri & auiæ.ad fi.C.quá.mul.tu offi.fun.
& in l.ſcimus in §.cum igitur col.3.C.de iu.de-
lib.glo.in l.1.C.de emancip.lib.tacitè obiectioni
reſpondet, & dicit, quod etiam in ſpectantibus
ad iuriſdictionem voluntariá, actus conceſſi ab
inferiori à principe extra territorium, exerceri
nó poſſunt: pariter,& benè,ut in iuribus per eú
allegatis,ſentiens ex hoc, ſecus ſi à principe au-
ctoritatem habuiſſet,arg.in l. cum prætor. ff. de
iud.& nimirum, quia ubique poteſtatem conce
106 dere poteſt.ſed dubito,† quia tabellionatus nó
eſt iuriſdictio,ſed officium ſine iuriſdictione. §.
nos autem,ī Auth.de tabellio.uſque adeo,ſicut
tutor poteſt extra territorium auctorari, ut pari
modo poſſit ſic notarius inſtrumenta conficere,
& ſenſit Bal.in ſtatutis.in §.inſtrumentú,nu.52.
eſt benè verum ultra eum quòd iudex chartula-
rius dicitur,& not.in l.1.ff.de iudi.& ſi quam iu
riſdictionem habet,ꝙ habet potentia, non actu.
107 A concluſione † tamen non recedentes ſubii
cit Bar.licet.inſtrumentum extra territorium fie
ri non poſſit hoc caſu,quod tamen probabit, &
fidem faciet vbicunque,& à ſimili,quod eman-
cipatio facta ab eo qui iuriſdictionem habet le-
ge municipali,pariter habebitur rata.& nimirú.
quia uerum eſt,uera ve,ſolemne, & ſolemnis.l.
cum precibus. C.de proba.l.ab ea parte.ff.eo.nec
eſt ratio, ſi ſic eſt, quia dici poſſit non facere fi-
dem vbique,quòdque emancipatio non ſit rata,
poteſt adduci ſimile, ac in arg. nanque exemplú
fidem nó facit. auth.ſiquis in aliquo documéto.
C.de eden. & tamen facit qualem qualem præ-
ſumptionem,ut ibi not.& in l.1.C.eo. & in l.2.
ff.de fi. inſt. & in l.in fraudem.in §.neque.ff.de
iu.fi.verum adhuc cogita,ſi facit fidem,& probat
extra territoriú, quòd perinde eſt ac ſi ibi factú
fuiſſet, & cum iura nil aliud, quàm effectum,
rei conſiderent.l.2. C.cómunia de lega.l.nomen
filiarum.§.habere.ff.de uer.ſig.obſtare non uidé
tur quominus etiam ibi fiant.Sed poteſt reſpon
deri, non recedendo (ut dixi) ab opinione Bar.
ſtare ſimul quòd factum in territorio probet ex-
tra,& quòd tamen ibi fieri non poſſit,quia non
ualeret auctoritatem non habens, cum nec ſic
notarius factus à principe,& ut ſupr.latius, imò
quòd nec etiam de partium conſenſu inſtrumé-
tum conficit extra territoriú,ut in §.1. in Auth.
de adminiſt.offi.& in l.hac parte.C.de proxi.ſac.
ſcrin.& in l.in prouinciis,de numerarius, actua.
lib.12. & in l.quicunque. C.de executo.lib.12.
Gul.de cu. & Bal. poſt eum in l. repetita. C. de
Epiſcop. & cle.
108 Secundo † elicitur, ſi ſtatutum permittat id
quod ius commune tollat tñ puta ſolemnitaté
ſeptem teſtium in teſtamento, uelitque tantum
quatuor ſufficere, quòd conditum intra territó
rium ſeruabitur,& valebit, etiam quoad bona e-
xiſtentia extra.& eſt quæſtio ſatis fuſè tractata à
docto. fuitque opi. (ut idem Bar. dicit) Gul.de
Cu.Cy.& Iaco. But. Moti primum (omnia enim
referenda ſunt,quia pulchra, & quotidiana) qa
quando teſtamentum valet, aditio porrigetur
ad omnia bona per quandam conſequentiam.

quia ſic etiam ſtatutum, quanquàm directò de ipſis bonis diſponere non poſſit, diſponit tamen per conſequentiam. l. 3. in prin. ibi, ſed per cõſequentias hæreditatum, &c. ff. de legi. tu. l. ſin autem. §. ſed & is. ff. de rei vend. quomodo arguit etiam glo. in l. ſi quid earum, in §. inter emptũ. ff. de lega. 3. & in c. 1. 1. d. & Bal. in l. poſt uenditionem, in §. oppo. C. de pac.

Quod argu. dicit Bar. ſibi non placere, quia illud, quod directò non licet, non habet conſequẽtiam neceſſariam ad permiſſum, ex quo legis poteſtate quis pro parte inteſtatus decedere poteſt: & malè iudicio meo, quia imo habet, ex quo diſponendo de omnibus bonis ſuis, & ſibi hæredem inſtituendo efficit, ut per conſequentiam quandam adeũdo, bona etiam alibi ſita cõſequatur, alias teſtamentum non valeret, niſi pro parte & rurſum malè. l. ius noſtrũ. ff. de regu. iu. & hoc eſt, quod præſupponit Gul. quod ſcilicet ualeat, & in totũ quidẽ. Nec facit qđ ex legis poteſtate poſſit pro parte decedere teſtatus, & ꝓ parte inteſtatus, quia nec iſtud verum eſt, niſi in milite, ut ipſemet Bar. ſubijcit, & cum exceptio firmet regulam in caſibus non exceptuatis. l. quæſitum. §. denique. ff. de fun. inſt. idipſum dici nõ poteſt, & ſic arg. Gul. omnino concludit.

Secũdò pro iſta opinione facit, quia videmus hinc quoque, quod actio intẽtari poteſt, quãuis fundus ſit alibi, ergo, & teſtm̃ fieri. l. fi. infr. de ꝑſcrip. lon. tempo. Quod ẽt dubitabile uĩ, qa poſſet dici quod benè teſtamẽtũ fieri põt, ſed nõ, ut aditio porrigatur ad bona alibi exiſtentia. Verũ replicabitur, quod imò porrigetur per quandã conſequentiam. d. l. 3. & alijs, ut ſupr.

Tertio, quia acta facta in vno iudicio ſeu corã vno iudice, fidem faciunt in alio, ut not. in l. is apud quem. infr. de eden. Quod ſimile ẽt nõ videtur probare, ex quo aliud eſt quod fidẽ faciat, aliud quod porrigatur diſpoſitio ad bona extr. territoriũ exiſtentia. Niſi repliceiur, qđ imò probet,
109 † quia etiam à remotis valet argu. à ſimili, ut not. in proœ. digeſtorum ad fi.
110 Quarto dicebat. † Gul. iſtud etiam probari in l. omniũ. C. de teſta. vbi ſi fiat teſtamẽtũ corã uno iudice, quo caſu minor ſolemnitas requiritur, ex eo poterit hæreditas adiri, & vbiq; effectũ habebit, ergo & ĩ caſu iſto ad bona etiã alibi exiſtẽtia porrigetur. Sed cogita ꝑinde fore ac ſi factũ fuiſſet corã ſeptẽ teſtibus ꝑp aſſiſtentes ſemper
* lateri principis, & ille tex. adhoc ſolet allegari *
communiter, quia factum erat coram ipſo. principe, qua de re non mirũ eſt, ſi ad bona quoq; alibi exiſtentia porrigitur. Imo dicit Inno. in c. 1. de lit. con. quod ipſius principis præſentia ſupplet oẽs ſolemnitates, ſignãter per tex. in d. l. omniũ, quã ex multis ẽt exornat Fel. in c. in cauſis, col. 5. de re iud. quo caſu nec uerũ eſt (ut in inductione dicebatur) qđ corã iudice factũ ſit, minorq; ſolẽnitas requirat̃. concluſio tñ ex aliis vera eſt, ut ſup. nec iudicio meo difficultatẽ habet. eſt verum, quod Bar. inepte loqui videtur, quia ſi ſtatutũ velit quatuor teſtes ſufficere, non propterea ſolemnitatem tollit. l. debitorum pactionibus, iũcta glo. C. de pac.

Imò, quod Iaco. de Ra. ſenſit contrariũ, & Cy. cum eo, quod hæres ſibi habeat bona exiſtentia in territorio, venientes aũt ab inteſtato exiſtẽtia extra, motus per tex. in l. pupillo. ff. de tu. & cu. dat. ab his. vbi tutor dabitur à prætore, reſpectu bonorum quæ Romę habebat pupillus, præſes uero reſpectu eorum quæ habebat ĩ prouincia, & ad idem allegat etiam tex. in l. Titium, in §. fi. ff. de admi. tu. & ſubijcit tolerabile eſſe, quod ſic moriatur teſtatus, & inteſtatus, ex quo id efficiebat conſuetudinum diuerſitas, ut patrimonij, & not. in l. ſi arrogator. ff. de adop. eſtque not. limitatio ad reg. l. ius noſtrum. ff. de regu. iu.

Quibus tamen non obſtantibus à prima opinio. haud eſt recedendum. nec eſt verum quod venientes ab inteſtato ad bona extr. territorium admittantur, tacitè. n. uocari uident̃ à defuncto aliàs, cum inteſtatus mortuus eſt. l. ſiquis cum nullũ. l. conficiuntur. ff. de iur. codicillo. at hic teſtamentũ factũ eſt, ergo. Nec ob. tex. in d. l. pupillo, qa loquitur in datione tutoris, & minime mirũ eo caſu, qa vnus nõ põt iuriſdictionẽ alterius vſurpare. l. cõſulta diualia. C. de teſta. l. nã magiſtratus. ff. de arb. quo factũ eſt, ut Prætor det reſpectu bonorũ Romæ exiſtentiũ: præſes uerò (ut diximus) reſpectu prouincialiũ, nos aũt loqmur in teſtõ, qđ à mera voluntate teſtãtis depẽdet, & in quo longe diuerſa eſt rõ, qa vulgo ẽt dr̃, diſponat teſtator, & erit lex. §. diſponat, in Auth. de nup. l. in conditionibus primũ locũ. ff. de cõdi. & de. & ad idẽ minus ob. tex. in d. §. fi. qa probat contrariũ, qđ tutor ſcilicet unius prouinciæ, poterit ſoluere creditori alterius, ergo & hic ad bona exiſtentia extr. territoriũ porriget̃ aditio, & ſic facit potius pro opi. Gul. q̃ contra. Nec eſt verũ qđ diuerſitas cõſuetudinũ, & patrimoniorũ efficiat, qđ teſtatus, & ĩteſtatus mortuus ſit, qa efficiebat, ut certo mõ faceret teſtm̃, nõ vt facto in territorio, quoad bona alibi exiſtẽtia mortuus diceret̃ ab inteſtato, qa ꝑ quandã cõſequentiam debeant̃ hæredi, ut ſupr. Nec ad idẽ diuerſitas patrimoniorũ, qa in caſu d. l. ſi arrogator, diuerſæ erãt ẽt pſonæ: altera arrogatoris, & arrogati altera, vſq; adeo, vt nec mirũ ſit, ſi quarta ſubſtituto debet̃ ibi, alia aũt bona: uenictib' ab ĩteſtato, hic autem vna tactum tantum: igitur termini non ſunt pares, & ita tranſeundum eſt.
111 Tertiò † ex dictis Bar. elicitur, ſtante ſtatuto, quod filiusfamilias poſſit facere teſtm̃, uel ſpurius inſtitui, & preſuppoſito, quod valeat, quod non poterit teſtari extr. territoriũ, neque hæredem inſtituere motus, quia eſto, quod actus iſte ſit voluntariæ iuriſdictionis, quia tamen concedit̃ ab alio q̃ à principe, nõ poterit extr. territoriũ concedẽtis exerceri. l. a. ff. de offi. procon. uidet̃ mihi qđ arg. non cõcludit, neq; cõcluſionẽ

probet, ex quo aliud eſt, quærere, an inferior poſſit exercere iuriſdictionem in alieno territorio, quo caſu d.l.1. loquitur, vt adoptare, manumiſſioni auctoritatem interponere, & ſimilia facere, quæ (ut dixi) ſunt voluntariæ iuriſdictionis, aliud uero an filiusfamilias poſſit facere teſtamentum, vel ſpurius hæres inſtitui, in alieno territorio in quo ſtatutum non ſit, quod poſſit, & maximè, quia lex ibi ſic vlterius diſponendo proceſſit. ea de re alia ratione dicendum eſt, quod non poſſit, quia ſi reperitur in alieno territorio, oportet quod illius leges ſeruet, ſi uelit teſtari iuxta illud. Cum fueris Romæ, Romano viuito more. l. 1. C. de eman. lib. arg. in l. ſi fundus. ff. de euic. & quia dictum eſt, ſupr. ſatis nūc aliter non inſiſto.

112 Quartò † elicitur, ſi legitimetur quis per ſtatutum ciuitatis, inque ea faciat teſtamentum, uel hæreditatem adeat, quod tale teſtamentum nō valebit in alia, ſeu non porrigetur aditio. Motus ex pluribus, & primo per text. in l. pupillo. ff. de tu. & cu. dat. ab his, etiam proximè allega. ſed (ut ibi dictum eſt) parum probat, nec reperio.

Secundo per tex. in l. non ſolum, in §. & qui in teſtamento. ff. de excu. tuto. quo minus probatur etiam Bar. intentio, quia dicit poſſe tutorem renuere adminiſtrationem poſſeſſionum exiſtentium in alia prouincia, ſorte ne cum in utrunque feſtinat neutrum bene peragat, ut dicitur in l. nemo. C. de aſſeſſo. demum ſubijcit, quod id oſtendebat etiam Seueri conſtitutio.

Tertiò mouetur Bar. quia ſimplex diſpoſitio non intelligitur, niſi de bonis, quæ ſunt in territorio diſponentis. l. cum vnum. §. is qui. ff. de bo. aut. ind. po. quod adhuc dubitabile eſt, quoniā loquitur in iudice præcipiente: & nimirū, quia regu. habemus etiam in l. fi. ff. de iu. o. iud. nos autem in legitimato teſtante, ex diuerſis non fit illatio. l. Papinianus exuli. ff. de mino. ergo. Quarto mouetur per tex. cum ibi not. in c. per venerabilem, qui fi. ſint legi. vbi legitimatio facta per Papam, non trahitur ad bona temporalia exiſtētia in terris imperij, quod etiam in legitimatione ipſa procedit fieri non poſſe, ſcilicet in terris imperij, nos autem in teſtatore, ſeu adeunte loquimur, ut ſupra, ergo ad propoſitum malè. Ea de re diſputatiuè contrarium teneri poteſt, quod teſtamentum valeat, & porrigatur aditio ad bona alibi exiſtentia ex dictis in præcedenti concluſione, quod bona ueniunt per conſequentiam quandam, quanquàm legitimatus ibi teſtamentum non fecerit. l. 3. §. 1. ff. de legi. tu. Nec ob. ut dicit Bar. hic, quod aliud, eſt dicendum in diſpoſitione, quoad ſolēnitatem actus, quo caſu dicta in præcedenti concluſione loquūtur, & aliud in diſpoſitione quoad perſonæ legitimationem ad actum, ſubinde rationem diuerſitatis aſſignando, vt per eum, quia verum eſt quoad legitimationem, ut ego quoque dixi ibi, ſed non quoad teſtamentum à legitimato factum, ſeu quoad hæreditatis aditionem, quia ſi ualet, ſique aditio fieri potuit, quanquàm directò de bonis alibi exiſtentibus, diſponi non potuerit à ſtatuto ciuitatis legitimante, porrigetur tamen ad ea bona (ut rurſum dixi, & repeto) per conſequentiam quandam.

Secundo probatur, quia emancipatio facta in loco, porrigit effectum ſuum extra locum. l. 1. C. de eman. lib. & ſic inſtrumentum notarij, ut idem Bar. hic nu. 36. ait, ergo, & aditio. Nec ob. (ut adhuc ipſe dicebat) quod ſtatutum in caſu d. l. 1. non emācipat, ſed pater, quia retorquebo argum. ſic etiam hoc caſu teſtamentum non facere, ſed quod legitimatus eſt, qui teſtatur. Dicit quoque ad id de notario, quod non eſt ipſe qui diſponit, ſed qui ſolemnizat, & rurſum malè, quia nec ſtatutum diſponit hic, ſed legitimatus. igitur, vt inſtrumentum porrigit effectum ſuū alibi, & fidem facit, ita porriget aditio in noſtro caſu.

113 Tertiò, & vltimò † probatur, quia ſicuti ſententia vnius iudicis per iudicem alterius territorij executioni mittitur, ut in iuribus per Bar. pro hac parte arguentem allega. ita mittetur teſtamentum, quod eſt quaſi ſententia quædam. l. 1. ff. de teſta. ibi, iuſta ſentētia de eo, quod quis poſt mortem, &c. Ad quod dicit etiam Bar. non mirum eſſe in ſententia, quia iudex diſponit ſuper iure iam formato, quod reſpicit perſonam ubique. & ego replicabo, quod etiam teſtamentum reſpicit ius iam formatum, dicens nihil eſſe, quod magis hominibus debeatur, quàm vt ſupremæ voluntatis, poſtquam iam aliud velle non poſſunt, liber ſit ſtilus, & licitum, quod iterum non redit arbitrium, foreque iniquum, ingenuis hominibus non permitti liberam rerum ſuarum alienationem. l. 1. C. de ſacroſan. ec. l. non vſque adeo. ff. ſi quis à pa. fue. ma. argum. in l. an re mandata. C. manda. ergo ſicuti ſententia reſpicit perſonam vbique, ita teſtamentum reſpiciet bona, & ad ea etiam extra territorium
114 porrigetur aditio, † maximè quia argum. quoque de rebus ad perſonas valet, frequens eſt, & probabile. l. qui furere, & ibi Albe. ff. de ſta. ho. hæcque ſufficiant: didiciſtis enim multa, quæ vos fugiebant, æquo marte diſceſſum eſt, utrinque pugnatū, nemo triūphauit. tamē ab opinio. Bar. non recedatis aliàs.

Qui poſt hæc quærit de not. q. ecce ſtatutum uel conſuetudo eſt in Anglia, quod primogenitus ſuccedat in omnibus bonis, quidam habet
115 bona in Anglia, & ī Italia, deceſſit † quid iuris? opiniones refert, & multa dicit, ut per eum. ex cuius dictis collige, ſi ſtatutum uel conſuetudo diſponat circa rem, exempli gratia, bona decedentium deueniant in primogenitum, quod tunc ad omnia bona, ubique ſita admittetur. Motus optima ratione, quia ius afficit res ipſas à quocunque poſſideantur. dic tu melius quocunque in loco eſſe, reperiantur. maxi-

mè

mè quia indefinita legis æquipollet vniuerſali. l. ſi pluribus. ff. de lega. 2. l. ſi ſeruitutis. ff. de ſerui. ruſtic. prædio. & probatur in l. reſcripto ad fi. ff. de mu. & ho. ubi munera impoſita poſſeſſionibus, nullam excuſationem admittūt, ſiue municipes fuerint, ſiue non. Sed tamen conſidera iſtud ideo ibi eſſe, quia lex ita proceſſit ulterius diſponendo, & ſic in caſu claro, non in dubio, ut hic, & quo modo declarat Bar. in l. Titia in §. Imperator, ad fi. ff. de lega. 2. igitur & melius facit ſupradicta ratio; quia nec text. adhuc per Bar. allega. & ad idem in l. an in totum, C. de ædifi. priua. facit, dicens ſolum conſuetudinem loci attendendam eſſe, ſi domus ruinoſa tota deſtrui debet, uel in pristinam reformari faciem. Conſiderando adhuc, pro opi. Bart. bona uerè decedentis eſſe, quamquàm alibi ſita, & ratione indefinitatis perinde fore ac ſi dixiſſent ſtatuentes omnia bona. itaq; concluſio hæc dubium habere non videtur.

Secundò collige, ſi verba adhuc ſtatuti ſeu cōſuetudinis diſponant circa perſonam, dicendo, primogenitus ſuccedat, nec decedens ſit Anglicus, licet i Anglia poſſeſſiones habeat, & bona, quod iſto caſu nec ad eum, nec ad eius filios porrigetur. & hoc idem maximè, quia diſpoſitio circa perſonas, non comprehendit forenſes: & in hoc non inſiſto, quia ueritas pendet à dictis in 3. q. Bar. ſupra. non aliter repetendis, ut breuitati conſulamus: longum enim foret velle omnia exequi, inquit Iuriſcon. in l. etiam. ff. de ma. uin. & quoniam (ut ille ait) ridetur, corda qui ſemper oberrat eadem.

Tertiò igitur ex dictis Bar. collige, retentis terminis prędictis, quod ſi aliàs fuerit Anglicus, primogenitus ſuccedet in bonis, quæ ſunt i Anglia, in alijs uero de iure communi; & ita ante eum tenent etiam (ut in prin. q. refert) Iaco. de Raue. & Gul. de Cū. quod etiam probat ex dictis in 7. q. ad quæ pariter ego quoque me remitto. adde tamen, dum dicit uno reſpectu priuatiuum eſſe aliorum filiorum ſequentium, ne admittantur, alio uero permiſſiuū tollendo obſtaculū ne primogenitū impediāt, ex eo limitari regu. l. cū qui. de viucap. eſtq; arg. in c. olim. de reſcrip. & in c. cāmq; de iudi. & i l. pr̄ Seuerinū, i §. cōditionū. ff. de cōd. & de. Dū ēt dicit ad id, qd iſpici dēt, an diſpoſitio ſit realis, vel pſonalis, benefacere. tex. not. in l. fi. in §. fi. ff. de cont. emp. adde eūdē Bar. in l. ſciendum in prin. nu. 10. ff. qui ſatiſda. cogā. & in l. fi. ff. de no. o. nū. & in l. ſi ſeruū. in §. prætor ait. ff. de acqui. hæ. & pro iſta diſtinctione ſigoanter Cald. poſt Bar. hic, conſi. 24. de teſta. eſt uerum quod aliqui uolebant quod inſpiceretur locus aditionis hæreditatis, ubi quaſi contrahitur. l. apud Iulianū. §. fi. ff. quib. ex cau. in po. ea. & eſt regulare in contractibus. l. ſi fundus. ff. de emictio. ſed Bar. hic reſpondet, & benè, n. 43. dic. ut per eū. ego vero aliter reſpūderē, quod aliud eſt contrahere, aliud quaſi contrahere. l. 3. §. idem ſcribit. ff. de pecu. l. 1. in princ. ff. de teſta. & ideo ſtant iſta ſimul quod in cōtractibus inſpiciatur locus contractus, & non in aditione hæreditatis locus aditionis, quanquàm quaſi contrahere uideatur hæres cum creditoribus hæreditarijs.

De ſtatutis ſeu conſuetudinibus prohibitiuis & permiſſiuis vidimus, modo de punitiuis inquit Bar. reſtat uidere, & primo an porrigant effectum ſuū extra territoriū, duosq; potiſſimum caſus cōſiderat, ut per eū. ex cuius dictis colligo & primo ſi vterque eſt forenſis, tam ille qui delinquit ſcilicet, quàm is in quē delinquit extra ter-
116 ritoriū, quod ad † eos non porrigentur, quanq̄ expreſſe caueatur. & eſt concluſio indubitata, deciſa per tex. expreſſum in l. fi. ff. de iu. o. iu. & hic, & in c. 1. de conſt. & in l. 1. & in auth. ibi poſita, C. ubi de cri. agi oper. & iſta ſignāter dicit Corn. conſ. 147. col. 1. uol. 1. & magis in terminis con. 333. nu. 8. vol. 1. vulga. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iu. §. populus, & ibi Fab. inſti. de iu. natu. Albe. in ſtatu. in q ue. 1. q. primæ par. col. 1. Areti. inſti. de perpetu. & tempo. actio. in prin. Idē Bar. in q. Lucanæ ciuitatis, col. 7. & cum ſit regula ab ea non recedemus. l. ab ea parte. ff. de proba. Bar. in l. 2. col. 2. ff. ſi quis in ius vo. non ier.

Quæ tamen fallit, & limitatur ſecundū Bar. in pluribus caſibus, & primo in ciuitatibus cōfœderatis, exemplificando, ut per eum, & ut infra, quem etiam ſequutus eſt Iaſ. in d. l. fi. col. 2. ff. de iu. o. iu. & vterque per bonum tex. in l. non dubito. ff. de capti. vbi ad propoſitum, & benè idem Bar. dicit, quod bannitus non ſolum poterit impunè offendi in territorio ſtatuentium, verum etiam in locis confœderatis, de quo nihilominus dubitat Bal. in l. executorem, col. 8. C. de execu. rei iud. quia confœderatio non plus vel minus operatur, quàm dictent pacta confœderatorum, reſpondendo, & tradendo intellectum ad tex. in d. l. non dubito, quod loquatur de confœderatione populi Romani. nec diſplicet: & ita etiam ſentit in rub. C. de fide inſtru. ad fi. & Deci. conſi. 360. col. 4. vol. 2. & idem Bart. in tracta. repreſaliarum col. 3. Quod tamen hic dicitur, & in d. l. fi. generaliter, quia de connexis idem eſt iudicium. l. 1. §. Trēbatius. ff. de aqua quot. & æſti. cap. tranſlato, de conſti. & qa ciuitates, & loca confœderata vnum corpus cōſtituunt, tenuit etiam Pau. Caſt. conſi. 292. col. 2. uol. 1. & idem, quod Bar. in d. l. non dubito, & Iaſ. in d. l. fi. Nel. in trac. Bannito. in 2. par. 2. tempo. q. 36. & ut hic Ancha. in rep. c. canonum ſtatuta, col. 181. de conſt.

Sed quid ſi ciuitas, in cuius territorio delinquitur, conſentit fieri ſtatutum huiuſmodi? exempli gratia à Peruſinis, quod delinquēs Aſſyſij puniatur. idem dicit Bar. quod ſcilicet ualebit, & nihil allegat. adde tu benefacere rationē, quia conſentire eſt paciſci. l. 1. §. adeo. ff. de pac. ergo perinde ac ſi foret ciuitas cōfœderata. qd & in præalleg. tracta. repræſaliarū ēt ait col.

3. & quia ſtatuta condere iuriſdictionis eſt. l. 1. C. de emancipa. lib. conſentiendo autem ſibi iuriſdictionem tribuiſſe uidetur, ergo ſtatutum ualebit, & delinquens Aſſiſij poterit puniri. & eſt argu. quoque in l. pe. C. de pac. vbi regu. iuris antiqui refert Iuſtinian. omnes licentiam habere, his quę pro ſe introducta ſunt poſſe renunciare.

Dubitat rurſum Bar. ſi forenſis Peruſinum offendat extr. territorium, & ſtatuto caueatur, qđ forenſis Peruſij poſſit puniri, nunquid ualeat: & concludit quod nõ, quia nõ pôt diſponere extr. ſuum territoriũ, & in perſonis ſibi non ſubditis, & bene, eſtq́; ẽt caſus in d. l. ſi. ff. de iu. o. iu. imò quod ex eo inconueniens ſic multiplicari uideretur, ex quo diſponit extr. territoriũ, & in perſonis ſibi nõ ſubditis, & malè. l. 1. C. de dot. promi. l. cũ poſt. §. gener. ff. de iu. do. Bal. ĩ l. lege 12. Tab. ad ſi. C. de legi. hę. eſt verũ qđ aliquã dubitationẽ faciebant, quæ tamen cum ſint leuia nõ refero, reſoluta etiam per Bar. die, ut per eum. & adde ad id quod dicit, quod ideo laicus offendens clericum efficitur de foro eccleſiæ ſpeciali ratione, quoniam ſacrilegus eſt, & ſacrilegium crimẽ eccleſiaſticum, quod maximè dicto caſu uerificatur regu. quod actor debeat ſequi forum rei. l. iuris ordinem. C. de iu. o. iud. c. cum ſit generale de fo. com. c. quod in dubijs. de conſec. eccle. uel alta. & ad idem quod laicus de foro eccleſiæ efficeretur, ẽt ſi literas falſificaſſet apoſtolicas, ut pulchrè inquit Abb. in c. ad falſariorũ. col. 2. de cri. fal. & ſi ſpeciale eſt his caſibus, quod erit in contrarium iuris cõis diſpoſitio, quodq́ue firmabunt regu. in caſibus non excepiuatis. l. ius. ſingulare. l. quod vero contrarium. ff. de legi. l. quæſitum. §. denique. ff. de fun. inſt. egregiè Bald. in auth. adhæc. col. 2. C. de vſu.

Sed tamen fallit etiam, & limitatur concluſio hæc in capiẽtibus aliquid ex naufragio, quia puniri poterunt à iudice perſonę offenſę, & ſic fieri ſtatutum contra tales delinquentes, etiam extr. territorũ, & valebit, quod dubiũ quoque nõ habet: & probatur ſm Bar. in l. ne quid. 1. §. de his. ff. de incen. rui. nauf. & ita etiam tenet Ancha. in rep. c. canonum ſtatuta. col. 181. de cõſti. & ſi ſpeciale eſt odio horum latronũ in multis alijs caſibus, non eſt ratio cur iſto, iſtud ẽt dici nõ debeat qđ reus trahat actorẽ ad ſuũ forũ, ut inquit glo. prædicta, & par habeat imperiũ in parẽ, ut inqt in l. ſi. cui. in §. cũ ſacrilegiũ. ff. de accu. improbando opinionẽ Cy. ut hic facit, qui tenuit cõtrariũ, in auth. qua in prouincia. C. ubi de cri. agi. oper. & malè.

Item fallit adhuc ſm Bar. quando iudex loci, ubi Peruſinus offenditur, non uindicaret offenſum, quia (ſubijcit) tunc ſtatutũ fieri poterit contra offendentẽ ciuem Peruſinũ, ẽt ext. territoriũ: quod probat auctoritate Inno. in c. poſtulaſti. de fo. com. qui hoc non dicit, ſed qđ ſi iudex loci negligat facere iuſtitiam, poterit uti iudex offenſi conſilio c. dominus. 23. q. 2. negligentem ſcilicet conuenire, quem tex. in arg. etiam hic, & in c. nullus. C. de Iud. adducit Bart. nec probant: uera nihilominus ratione uidetur limitatio, quoniam ſic iudicis loci negligentia uẽdicanda eſt, arg. in c. 1. de ſup. neg. prælato.

Secundo eo redeundo unde diſceſſimus, colligo ex dictis Bar. ſi ciuis delinquat extr. territo-
17 rium, quod de tali delicto, † poterit puniri, & ſi de eo ſtatutum expreſsè loquatur, quod ualebit. Mouentur, quia ratione originis de delicto ubique commiſſo poterit puniri, ſtatutumq́ue ualebit cum ſit de ipſius iuriſdictione, ut in l. 1. C. ubi de cri. agi opor. & in l. fin. ff. de dec. ab ord. fa. primũ dictũ bene probatur in d. l. 1. ſed non ſecundum in d. l. fin. unde melius facit tex. in l. 2. C. de eunuch. & in l. mercatores. C. de commer. per eum adhuc allega. & quoad primum rurſus, ita etiam tenet Bal. conſi. 471. col. 2. uol. 3. dicens uerum eſſe de iure, licet de facto non ſeruetur, & maximè quia ſic alias delictum remaneret impunitum, & malè. l. ita uulneratus. ff. ad legem Aqui. cap. ut famæ. de ſen. exco. communis opi. * tamen in contrarium eſſe uidetur, ut atteſtantur Bononien. in praxi Auerol. inque. §. conſtante. nu. 90. & Gramma. poſt eum deciſio. 26. nu. 9. ſed quia ita tenentes non rñdent iuribus ſupr. allega. à prima Bar. recedendum non eſt, quam tenuit etiã paulo inferius, nu. 47. per tex. in d. l. 1. C. ubi de cri. agi op. & in d. l. 2. C. de eunuch. uel diſtinguendum, ſi iudex loci delicti procedat, ut delinquentem puniat, quod iſto caſu non poſſit iudex domicilij ſeu originis. ſed ipſum petitum remittere teneatur. §. ſiquis uero, in Auth. ut nulli iud. l. ſi cui. §. fi. ff. de accu. & ita procedat opi. communis, alias autem ſic, & ita contraria, ut in iuribus prę alle. & ratione ſupradicta. eſt uerum quod hodie de conſuetudine Italiæ d. remiſſio non fit, ut inquit Bart. in l. ſepulchri. num. 3. ff. de ſep. uio. quia par in parem non habet imperium. l. natura magiſtratus. ff. de arb. ſed tamen (ut dixi) iuridica eſt: & quamuis non fiat, fieri tamen deberet, ut ſic quiſque in ſua iuriſdictione conſeruetur, neque falx ponatur in alienam meſſem. l. fi. ff. de iu. o. iud. c. nullus. de parroch. cogitabis.

Ad materiam hinc etiam dubitat Bar. ſi exercitus Peruſinus ſit ſupra Aretium, ibique forenſis alium forenſem interficiat, an poſſit à poteſtate Peruſij puniri. & concludit breuiter poſt Mart. & Iacob. But. quod ſic, deque conſuetudine ſeruari teſtatur, quicquid ſit de iure. Motus quia delictum eſt commiſſum in ſuo territorio, ex quo à terrendo dictum eſt, vulga. l. pupillus. §. territorium. ff. de uerb. ſi. & exercitus ibi eſt, ut terreat, & coerceat locum illum. Quæ ratio iudicio quidem meo non concludit, ex quo Aretii territorium eſt. d. §. territorium, & nõ Peruſij, quanquam exercitus terreat: & ſi cõcludit, potius concludit, quod à duce exercitus puniat, & nõ à ptãte Peruſij, & lõge rõnabilius eſt: & ita

Bal.

Bal. etiam hic. col. pe. ſenſiſſe uidetur, & benè.
Secundò dubitat ſi ſtet ſtatutum Peruſij, quòd
poteſtas de quolibet homicidio poſſit inquirere,
aliud uerò quòd pro homicidio certa pœna im-
ponatur, & Peruſinus delinquat extra territo-
rium, an poteſtas poſſit inquirere, & punire ſe-
cundum formam ſtatuti, an ſolum de iure com
muni. & breuiter opinionibus relatis, multiſq;
hinc inde dictis, quæ non refero, niſi quatenus
expediat ut infra, in eã Cy. inclinauit, quoad pri-
mum punctum, qui Senis hanc q. diſputauit, quòd
ſcilicet poſſit per inquiſitionem procedere, in
his terminis ſtatutum intelligendo, in quibus lo
quitur, idest ſimpliciter. & quãquàm dicat mul
ta inutilia uelle reiicere, uidetur mihi tamen, quòd
ea referat. Pro iſta opi. igitur hoc tantum facit, quia
certum eſt quod poteſtas iuriſdictionem habet
de iure communi, ergo ea uti poterit cum illa
qualitate, quæ ſibi à ſtatuto addita eſt, quod poſ
ſit per inquiſitionem procedere, maximè quia
additur facilè. l. in delictis. §. ſi detracta. ff. de no-
xa. act. quod arg. tamen non ſubſiſtit, quoniam
* contrarium (ut dixi ſupr.) communiter * tene-
tur, quod imo iuriſdictionem non habeat, ergo
nec tam facile qualitas addi potuit. l. eius qui in
prouincia. ff. ſi cer. pet. l. 1. ff. de uſuf. Bar. in l. 1. ad
fi. ff. de uſuf. le. niſi (ut pariter ſupradictum eſt,
nec repeto) diſtinguendo ſaluemus. & dato quòd
iuriſdictionem habeat, uidetur mihi quod con-
cluſio ſit indubitata, quoniam ſtatutum hoc di-
cit expreſſe; & cum in uerbis nõ eſt difficultas,
non eſſe admittenda uoluntatis quæſtio. l. ille
aut ille. §. cum in uerbis. ff. de lega. 3. ſubiicit ta
men Bar. poſt multa (ut dixi inutilia, & parum fa
cientia) quòd condemnatio fiet de iure commu
ni, adhuc non tutum, ut iuſt. ſtatim. Quoad ſecũ
dum punctum igitur, facit pati modo lõgam di
ſtinctionem uſque in finẽ legis, & iudicio meo
etiam parum ad propoſitum, diceremque ego
(ut ſupra) dato quòd iuriſdictionem habeat, ſi-
cuti poteſt inquirere, quod ita etiam poterit pœ-
nam delinquenti imponere, in ſtatuto expreſſa,
à cuius uerbis recedere non debemus. l. 1. §. in re
igitur dubia. ff. de exercito. ac. d. l. 2. C. de eunuch.
præallega. l. 1. C. ubi de cri. agi oport. & dictum
quoque fuit ſupr. ſatis.

Capio modo glo. in uer. Petrum Apoſtolum
(cæteræ enim uſque modo fuerunt abſolutæ)
quam diuido in duas partes, prout in prima q.
diſputat, an uſuræ peti poſſint de iure ciuili. in 2.
pro deciſione diſtinguit. a. eſt ibi, ſed diſtingue,
ut in ea. aliter diuidit Iaſ. dic, ut per eum. iſtam
glo. per modum oppoſitionis, reaſſumit Bar. hic
118 nu. 5. & in hoc tandẽ reſidet † uerumque eſt,
poſt glo in c. 1. 1c. d. quod licet uſuræ alias om-
ni iure cum diuino, tum canonico, & ciuili pro-
hibitæ ſint: & nimirum, quia uſurarius eſt præ-
do, ſimilis hæretico: imò hæreticus, ſimilis le-
proſo, peccans contra naturam, qui ore lingit,
& ſtringit, ut ſcorpio, quiq; ſicut leo famelicus
ſemper quærit quem deuoret, cõmittendo frau-
dem in omnibus prædicamentis: uſura uerò ip-
ſa uoracitas, & nequitia, ut pulcherrimè inquit
119 Bald. conſil. 395. colum. 1. uol. 5. † nihilomi-
nus iure ciuili, conniuentibus oculis, & ſub diſ-
ſimulatione quadam permittuntur. l. eos. C. de
uſu. ut maius malum uitetur, quod ſemper fieri
debet, & permitti abſurdum, ut uitetur abſur-
dius. l. ita uulneratus. ff. ad legem Aqui. & idem
in concubinatu, ut not. Bar. in l. in concubinatu.
ff. de concub. & dixi alibi ſatis. maximè apotheg
ma. 345. & in lib. qui inſcribitur enchirid. rerũ
ſingu. c. 264. nouiſſimè autem, quod ſic etiam
olim Iudæi vxores dimittere poterant per libel-
lum repudij, ne eas occiderent, & ſic ſibi conceſ
ſum hoc erat permiſſiuè, non per modum iuſſio
nis, ratione prædicta, & ut Mar. c. 10. Verũ quia
permiſſio hæc non excuſat à peccato, longè ue-
rius erit dicere, quod nullo modo exigi poſſint,
niſi, ut intereſſe petantur, & ratione damni e-
mergentis, ut ſubijcit idem Bar. & glo. prius ſic
diſtinguendo, quod & proximè retulimus, &
habetur aliàs in locis ad idem allega. utrobique,
idest in l. curabit. C. de ac. emp. & in l. Iulianus. in
§. idem Papinianus. ff. eo. & in c. ſalubriter, & in
c. conqueſtus, de uſu. & ita dicit etiam Bal. conſ.
277. uol. 3. & cõſ. 322. col. fi. eo. lib. melius Pau.
Caſt. conſi. 202. col. 1. uol. 1. in uenditore, poſtquã
tradidit rem, & facultatem utendi, quod licitè re
cipit uſuras precij retardati, quæ dicitur potius
intereſſe, ut ſupr. & in emptore, quando uendi-
tor accepto precio re ipſa eſt in mora, ut illi
pariter teneatur ad uſuras rationabiles loco in-
tereſſe ſoluendas. Bar. in l. minimum col. 2. ff. ſi cer.
pet. & in marito, moram paſſo in dote ſibi dan-
da, & petente uſuras, quæ ſuccedunt loco inte-
reſſe, ex quo onera matrimonij ſubit: ita etiam
dicit Bar. adhuc in l. inſulam, in §. uſuras. ff. ſolu.
mat. quem refert, & ſequitur Ancha. conſi. 93.
& in muliere è conuerſo petente dotis reſtitu-
tionem, idem Ancha. conſ. 150. col. 1. pulchrè So
ci. conſi. 88. nu. 7. & 13. uol. 4. nonnihil Veronẽ.
120 caute. 125. ad fi. † & iſtæ uſuræ loco intereſſe
(ut dixi) in contractibus correſpectiuis, ex qui-
bus hinc inde reſultat cõmoditas peti poſſunt
in foro fori, & in foro poli, ut ex multis decla-
rat Corn. conſi. 145. col. 2. & 4. uol. 2. & conſi.
71. col. 2. uol. 4. & conſi. 166. col. 2. eo. lib. Go-
zad. Bononien. conſi. 55. nu. 11. Alex. con. 69. ad
fi. uol. 1. & cõſi. 60. col. 3. uol. 4. & cõſi. 121. col.
2. vol. 5. Abb. conſi. 66. col. 2. vol. 1. & alij, quos
* referre non curo, & eſt communis * opi. & hic
ſumpta occaſione ſatis extra propoſitum mul-
ta congerunt ſcriben. & præcipuè Iaſ. hic, an Pa
pa poſſit diſpenſare, quòd Iudæi fœnus exerceãt
& permittere principibus Chriſtianis, quòd in
eorum urbibus id ipſum faciant, dic, ut per eũ,
& ut dixi ego etiam cõſulens aliàs à magno quo
dam patricio latè conſi. 11. uol. 2. Ex his dicunt
etiam Theologi, quòd longè dignior, & præſtan

tior(quod nota) eſt lex Euangelica, quàm Moſaica, & humana, quoniam iſtę aliqua mala permittunt, ut libellum repudij, uſuras, & cõcobinas: illa verò ne malum quidem ullum.

Glo. etiam in famiã, clara eſt. ſolum enim arg. colligit primo. ſecundo opponit, & ſoluit: ſecũda eſt ibi, & licet. eam reaſſumit Bar. pariter per modum oppoſitio. & ſoluit, ut in ea dicitur ad
121 unguem. † quòd periurus non ſolum à Deo, uerum etiam corporaliter punitur, & bñ: quia iura ſunt aperta in l. 2. C. de reb. cre. ibi, deum ultorem habet. etiam l. pe. C. de indic. uid. tol. ibi, ſatis inhumanum uidetur, per leges quæ periuria puniunt. & declara tu puniri à deo, quando deo iuratur, corporaliter ſi iuratur homini: ita Bal. in l. ſi duo patroni, in §. fi. ff. de iureiu. c. quęcunque. 6. q. 1. Odoſ. in l. ſiquis maior, ad fi. C. de tranſac. Gui. Papæ conſi. 30. ad fi. & alias licet deum habeat ultorem, d. l. 2. quòd tamen puniatur etiã criminaliter, probatur in l. fi. ad leg. Cor. de falſ. Boer. deci. 305. nu. 3. & 4. par. 2. multa Pet. de Bellaper. in d. l. 2. & Iaſ. in §. item ſiquis. col. 12. inſti. de actio. Capel. Tholo. deciſi. 17. eſt uerum, quando foret periurium iuramenti cal. quòd corporaliter non puniretur, ut pulchrè deducit Bal. conſi. 299. uol. 5. Neſcio tamen, quo-
122 modo ſic periuri mentionẽ faciat hic glo. † ex quo forte ſubiicit poſt ea Bar. de periuro ad hæreticum, arg. non procedere. Niſi reſpondeamus infideles & hæreticos religionis eſſe contemptores, ut periuri. d. l. 2. ibi, iuris iurandi contempta religio. C. de reb. cre. ideo periuros etiam uocauit largo ſumpto uocabulo, eosque puniendos fore, tum a deo tum etiam ab homine corporaliter, ut ſupr. deque his ego alibi multa, & maximè in d. l. ſiquis maior. uel dic periuros, ideſt errantes in fide, ut hic per Albe. ad fi. quod idem eſt. ſubijcit etiam Bar. (obiterque dictum ſit)
123 † quòd hæreticus erit, qui dixerit periurium non eſſe peccatum: nihil allegat, adde tu ſimile, quòd erit etiam quis, ſi dixerit fornicari non eſſe peccatum, ut inquit Collecta. in c. 1. de hære. uel uſuras, Clem. 1. ad fi. de uſu. Corn. conſi. 164. in prin. uol. 2. uel, quod donatio Conſtantini nõ ualuerit facta eccleſiæ: ita per Abb. conſi. 84. col. 1. uol. 1. & qui dicit ſimiliter Canones non ligare, utpotè factos à non habente poteſtatem, ut dicit Card. in Cle. 1. de æta. & quali. & Feli. in c. 1. col. 3. de conſti.

Sequitur glo. diuina, quam diuide, ut in ea, & ut per Iaſ. eum reaſſumit Bar. hic, nu. 10. ſine in 3. oppo. & multa dicit, ut per eum pariter. Ex cuius dictis aliqua ſunt colligenda: ſed primũ glo. ipſam declara in prin. inque illis uerbis, eccleſia
124 ſtica ſcilicet, † quia ſeparantur à communione fidelium, de excommunicatione minori forte intellexiſſe, quoniam maior eſt, ſi ſeparetur quoque à communione ſacramentorum, eaque pœna nulla eſt maior in eccleſia dei. c. corripiatur 24. q. 3. l. hi, qui ſanctã fidem. C. de aposta. Abb. in c. cum inter. de conſue. & ita hodie ſunt hæretici, excommunicati ipſo facto. c. ad abolendam. de hære. c. ut famæ. de ſen. excommunicat.

Modò ex dictis Bar. collige, & primo, quòd de
125 iure Codicis hæretici ſunt infames † de facto, & nõ de iure, quodque à teſtimonio non repellebãtur: quod ex duobus probat, prout ſunt duo dicta: primo, quia uocat tex. hic eos dementes, eſtque uerbum, quod ad infamiam facti potius quàm iuris refertur. Sed conſidera tu diſputationis gratia, non ſimpliciter dementes uocari, uerum etiam ueſanos quę geminatio operatur plurimum. l. Baliſta. ff. ad Treb. uſque adeo, ut ob id potius infamia iuris quàm facti notari uideãtur, cogita.

Secundò quoad aliud, quia infamia facti habet ſolum duos effectus, de quibus in l. 1. ff. de his qui not. infa. & in l. nullam. C. ex quib. cau. infa. irro. excludendi à dignitate, & non excludendi fratrem exhæredatum à querela. ergo nec repellendi à teſtimonio: quod etiam ſubſiſtere non uidetur, ſed confundi potius per tex. in l. quoniam, infra. de hære. ut poſtea ſubijcit. ideo cogitandum eſt, quo ad iſtud quoque, ut tamen dicit Bar. ita etiam tenebat prius Pet. Cy. & Iacob. Butr.

126 Secundò † collige, quod iure nouo omnes hæretici ſunt infames, & conſequenter à teſtimonio repellẽdi, quod dubium non habet, quia (ut ipſe rurſum dicit) probatur aperte in auth. Gazaros, & in l. credentes. in ſ. eo. de hær. & in l. 3. in §. lege Iulia. ad fi. ff. teſti. & uere iura ſunt clara. tradit idem Bar. in l. Caſſius. ff. de ſenato.

Limitat tamen in caſu, quando admitterentur in ſubſidium, & tunc cum tormentis, ut in l. ſerui, & in l. ob. carmen in §. pe. ff. de teſti. quę iura loquuntur in caſibus ſpecialibus, ut inquit ẽt Iaſ. hic, & benè. & in ſeruis (adde tu) non in liberis hominibus, nec quoque quòd in ſubſidium torqueantur. Niſi replicemus quòd imò hoc idẽ ſentiant, & maximè tex. in d. l. ſerui. ibi, cum alia probatio ad eruendam ueritatem non eſt. & in ſimili glo. in §. ſi uero. in Auth. de teſti. & licet loquantur in ſeruis, præſtant nihilominus argu. ut idem dicamus in hæreticis, arg. in l. regula. in §. & licet. ff. de iu. & fac. igno. uel dici poſſet ol-
127 tra omnes, † quòd licet repellantur, non repellentur tamen ſic infames pariter. d. l. quoniã §. inter ſe. infr. de hære. Bal. in l. cum mulier. col. 52. ff. ſol. ma. cogita.

Tertiò collige quod infamia facti, teſtem nõ
128 repellit. † eſt bene uerum (ſubiicit) quod minus ei credetur, quàm ſi nota careret infamiæ, ut per glo. in l. 3. in §. duæ autem ſunt cauſæ. ff. de carb. edic. ubi glo. idẽ Bar. in d. l. Caſſius. imò dicit Bal. (adde tu) quod fidẽ nullam facit, in l. 1. col. 1. & 2. C. de teſta. & maximè quando tempore iuramenti erat infamis, de quo tamen alias p Nel. in tract. ban. in 1. par. 3. tempo. q. 16. & dictũ mirabile eſt, alias à dicta gl. non recedendo,

quia

quia ſi conteſtem is haberet auctoritatis notæ,
quòd ei ſine dubio crederetur, perinde ac ſi infa
mis nō eſſet, arg. in l.ſiquis ex argētarijs, in §.1.
ff.de eden.bonus tex.in l.ſi cōmunem.ff.quēad-
mo.ſerui.amit.Nel.in loco præallega. Bal. conſi.
352.col.1.uol.1.& in ciuilibus prædicta proce-
dūt.& ſubdit Bar. quod teſtes adeo uiles & igno
ti eſſe poſſent,quod non inconueniret etiam de
uenire ad tormenta, ut in §.ſi uerò.in auth.de te
ſti.per quem tex.ita etiā dixerunt Ferrarieñ. con.
17.num.21.uol.1.& quamuis alius in §. licere.
eo.ti.& lib. dicat ſimpliciter iſtis deponentibus
credendum eſſe, debet tamen cum iſta declara-
tione intelligi, arg.in l.utrum.ff.de peti.hæ.& in
c.ſuper quæſtionum.in prin.de offi.de.& in l.nō
eſt nouū,& in l. ſed & poſteriores. ff. de legi. &
hoc idem (licet non dicatur) operatur uilitas eo
rum, quæ facit, ut recedamus à regulis iuris cō-
munis, quoniam aliàs liber homo regulariter
torqueri non poteſt.l.unius.§.teſtes. ff. de quæ-
ſtio.ſeruus autem ſic, utpote uilis, ſi aliter ueri-
tas inueniri non poteſt.l.diuus, in prin. ff.eo. &
ita debet declarari quod dicit idem Bar. conſi.3.
col.2.& Ancha.conſi.64.col.3.& conſ.227.col.
3.& Are.conſi.71.ad fi. Tamē aduerte, quia tor-
quetur etiam uilis ſi uacillarit, non regulariter.
& ita intelligi debet tex.in d.§.ſi uero ignoti, &
declarat idem Are. conſi.61.col.1.cogita.

Inſtat etiam Purpu. quod Bar. hic ſit ſibi ipſi
contrarius, quoniam repugnat quòd infamia fa
cti notati ſint, & ignoti. ſed poteſt reſponderi,
ignotos eſſe, ideſt ignobiles, & abiectos, ſicq́ue
Bar. intellexiſſet: uel ſtare iſta ſimul, quod apud
bonos grauesq́ue uiros ſint infames, & tamen
ſint ignoti parti, contra quam deponunt, & iu-
dici, ea de re quicquid dicatur, Bar. optimè lo-
qui uidetur.

Sed quid in criminalibus? abſolutè dicit Bar.
129 & concludit nō admitti, † quoniam probatio-
nes debent eſſe luce meridiana clariores, & be-
ne: eſtque hyperbolica loquutio.l.fi.C.de proba
tio. & nimirum, quia criminales controuerſiæ
ſunt graues, deque graui præiudicio agitur tūc:
imò quod quælibet criminalis, quanquàm mini
ma, eſt maior quacunque pecuniaria inquit iu.
con.in l.in ſeruorum.ff.de pæn. ideo cautius eſt
quoque agendum, & procedendum.l.1.§.ſed &
ſiquis.ff. de Carb.edic.c. ubi periculum. de elec.
in 6. Niſi (ut ſubiicit, & rurſum benè) ī ſubſidiū,
l. qui ultimo.ff. de pæn. & aliis adductis ſupra,
quod etiam ex multis comprobat Iaſ. ut per eū.
adde tu eundem in d. l. Caſſius. Crot. in tracta.
de teſti.nu.49.& 71. & ſimile, quia ſi crimē per
alios probari non poſſit, ipſius criminis ſocius ī
ſubſidiū admittetur in teſtem.c.fi.de teſt.cogen.
Bur.& alij in c.quoniam.de teſti.Bal.in l.quoniā
C.eo. Areti.conſi. 61.ad fi.

Reſtat glo.fi. in uer. vindicta. quæ diuiditur
in duas partes, prout in prima infert unum ex
tex. quod pæna hæreticorum, & infidelium ſit
extraordinaria ad arbitrium iudicis. in ſecunda
opponit, & pro ſol. ſe remittit. 2.eſt ibi, item cō-
tra, ut in ea, quam reaſſumit hic Bar. & tandem
concludit, quod pro maiori hæreſi, ſeu docenti-
bus, infligatur pœna mortis, pro minori uero ſi-
ue diſcentibus, minor, & benè, ut in l.Arriani,
& in.l.quicunque, in §.vniuerſi, & ibi glo.infra
de hære.& ita tranſit etiam Cy.hic ad fi.ante eū.
Quicquid ſit, adde tu, quod de generali conſue-
130 tudine hodie hæretici comburuntur, † & ortū
habet hęc pœna à uerbis Io. 15.ibi, ſiquis in me
non manſerit, mittetur foras ſicut palmes, & a-
reſcet, & colligent eum, & in ignem mittent, &
ardet: & habetur in c.firmiſſimè, & in c.ad abo-
lendam, & ibi Io.And.eo.ti.de hære.& not. in c.
accuſatus eo.ti.in 6.Bertrand.conſ.212.nu.2.&
3.uol.1.plenius Grillan.in trac.de hære.lib.1.q.
3.num.5. & ex his omnibus, cætera prætermit-
tens de induſtria hic à Docto. diſputata parum
conducentia ad materiam, ut per eos, de l.iſta ſu
mus expediti, literæ corticē (ut aiūt) & gloſſatū
ac Bar.contextum ſequuti tantum, quoniā pro-
lixitas vere odioſa eſt, & ornari (ut dixi alias, &
ut ille ait) res ipſa negat, contenta doceri: imo ꝙ
indicium imperitiæ eſt longa narratio, debetq́;
ſtudioſo homini ſemper uenerationi eſſe nō uer
boſa ruſticitas, ſed (ut D.Hiero.ait) ſancta ſimpli
citas, teſtaturque iurecon. & docet fugiendam
eſſe in l.1.ibi, uerboſos commentarios facere nō
intendimus.ff.de ori.iur. ſupereſt ſolum, ſi quid
in ea boni dictum eſt, quod frugiferum ac utile
eſſe poſſit, Deo optimo maximo primùm gratias
agere, legentique poſtea gratulari, & gaudere q́d
ſibi aliqua ex parte profuerit: ſin minus quod
ſcriptione non magnopere fuerit digna, æquo
animo ferre, ſusq́ue deque rati uoluiſſe ſat eſſe,
quanquàm aſſecuti inde non fuerimus, quod
quàm maximè deſiderabamus. & licet appara-
tus fuerit leuis, animus tamen fuit lautiſſimus,
req́ue, ſi non ſatis uerbis expræſſa, adumbrata ta
men quoquomodo. die 5.Febr.1563.Patauij.

SVMMARIVM.

1 *Rubricæ ad deſignandum illud quod in nigro conti netur, facta ſunt.*
2 *Argumentum à ſuprascripti one ſæpe ſumimus.*
3 *Conſtantinus primus Imperator, qui ad fidem Chri ſti conuerſus, & fecit l.1.C.de ſac.ſanct.eccl.nomenq́ue nouum Imperatoris habuit, quia anti qui tus erant Reges tantum, & alia de eo.*
4 *Conſtantini ante conuerſionem, eccleſijs relicta, erant reprobata.*
5 *Conſtantinus, Iuſtin ianus, & Carolus Magnus ec cleſiam honorarunt.*
6 *Conſtantinus annis .cc. ante Iuſti nianum fuit.*
7 *Concilium, de quo in l. 1.C.de ſacr. ſanct.ecc.q́d ſit.*
8 *Collegium hæreditatem capere non poteſt.*
9 *Hominibus nil magis debetur, quam ut ſupremæ uoluntatis liberum ſit arbitrium.*
10 *Verbum habeat, aliquando fictionem importat: ali quando*

quando cum effectu intelligitur: & non nunquam dominium ſignificat, cum exemplis. & alia de dicto uerbo.

11 *Legis generalitas reſtringitur ad habilitatem.*

12 *Signum uniuerſale, iunctum uerbo futuri temporis includit etiam inhabiles.*

13 *Specialia duo circa idem concurrere non poſſunt.*

14 *Eccleſiis ante l.1.C.de.ſac.ſan.ecc.relinqui non poterat, nec effectum ſortiri poterat relictum.*

15 *Geminata uerba recipiũt reſtrictionẽ de habilitate.*

16 *Verbum libere, in conceſſione principis operatur, ut aliquid indultũ uideatur ultra ius commune.*

17 *Dictiones præciſa, limitationem recipiunt ſecundũ ſubiectam materiam.*

18 *Priuilegium legitime eſt interpretandum, & nemini damnoſum eſt.*

19 *Motu proprio quæ conceduntur, ſine aliqua reſtrictione, & ad unguem debent ſeruari.*

20 *Priuilegium, contra ius commune, & alteri nociuum, ſeruari debet, prout uerba ſonant.*

21 *Opinio, quæ eccleſiæ fauet, & religioni, teneri dẽt.*

22 *Beneficium l.1.C.de ſac.ſanct.ecc.ad hoc ut competat, an requiratur quod quis ſit conſtitutus in articulo mortis.*

23 *Verba enunciatiua geminata diſponunt.*

24 *Licentia pro libera uoluntate exponitur, in l.1.C. de ſac.ſanct.eccl.*

25 *Conceſſio ſecundum naturam actus de quo agitur uidetur facta, cum exemplis.*

26 *Clauſula non obſtante quando apponi debeat.*

27 *Intellectus ad l.1.C.de ſac.ſanct.ecc. in illis uerbis ſanctiſſimo etc.*

28 *Suppletur propriè quod deeſt.*

29 *Concilium quid ſit, & unde dictum.*

30 *Teſtator non poteſt grauare hæredes ultra uires hæreditatis.*

31 *Hæres ultra uires hæreditatis tenetur, ſi inuentarium non conficit.*

32 *Caſſum quod ſit, ſit inutile, & uanum.*

33 *Iudicium quandoque pro inſtantia capitur, quandoque pro actione: interdum pro ſententia, pro quæſtione, pro diſcretione animi, & pro ultima uolũtate.*

34 *Intellectus ad l.1.C.de ſacr.ſanct.eccl.in illis uerbis, nil enim magis eſt, quod hominibus debeatur.*

35 *Eccleſiis in ſcriptis, & ſine, quis poteſt relinquere quod optauerit.*

36 *Stylus quid ſibi uelit, & quot modis ponatur.*

37 *Mors omnia ſoluit.*

38 *Dominium non abdicatur ex ultima uoluntate.*

39 *Legatum incertæ perſonæ factum, non ualet.*

40 *Collegia & uniuerſitates funguntur uice perſonarũ.*

41 *Collegia laicorum approbata inſtitui poſſunt, & capacia ſunt.*

42 *Fratres minores, et eorum collegia incapaces ſunt. eo, quia frater quidam eiuſdem ordinis prædicabat Chriſtum pauperem fuiſſe.*

43 *Publico iuri derogari non poteſt.*

44 *Teſtamentum quo caſu non ſit ſeruandum.*

45 *Iuris ciuilis ſolemnitates per l.1.C. de ſac.ſanct. ecc.non ſunt ſublatę.*

46 *Saturnina opinio, ſemper eſt falſa.*

47 *Apoſtoli dictum, in ſpiritualibus præualet dicto Imperatoris.*

48 *Communi ab opinione haud recedendum.*

49 *Veritas facilius inuenitur.*

50 *Vniuerſalis dictio nihil excludit.*

51 *Caſus omiſſus pro omiſſo haberi debet, & diſpoſitioni iuris communis relinqui.*

52 *Lex facilius diſpenſat quo ad unum, quàm quo ad plura.*

53 *Iura iuribus concordari debent.*

54 *Miles arma, potius quam iura ſcire debet.*

55 *Intellectus ad l.hac conſultiſſima.C.de teſta.*

56 *Priuilegium aliquid operari debet.*

57 *Canonico iuri ſtandũ, quo ad uincula ab eo ĩducta.*

58 *Teſtamentum ad pias cauſas pauciori numero ſeptem teſtium fieri poteſt de iure canonico.*

59 *Legata ad pias cauſas, an debeantur hæreditate non adita.*

60 *Legata quando facta dicantur ad pias cauſas.*

61 *Anima dicitur miſerabilis perſona.*

62 *Pias ad cauſas de relictis Falcidia non detrabitur, nec Trebellianica ſecundum com.op.*

De ſacroſanct.eccle.

¶ Imp.Conſtantinus A.ad populum.

Habeat vnuſquiſque. Quoniam
1 rub. † factæ ſunt ad deſignãdum illud, quod in nigro continetur, l.1.ff.ſi cer.pe.& ibi Alex. plenè. ſciendum eſt, cum hæc, de ſacroſanct.eccl. tres habeat partes, ſeu tria contineat, de ſacroſanct.ec.de rebus, deq́ue priuilegijs ipſarum, quòd in multis legibus huius ti.de his tractatur, quòdq; hæc primam partem ipſius poſſiſſimum reſpicit, ad quod aduertit etiã hic Odof. & benè.

Supraſcriptionem inde quoque conſiderantes,
2 tes, unde ſæpe argu.ſumimus, † ut per Abb. in c.auaritiæ, de præben.Gemi. in c.1.de deci. in 6. Albe.in l.illud.infr.eod.in prin.qui hanc rurſus Conſtantinus populo condidit, & in ipſius fauorem amplius promulgauit, quia non fuiſſet aliàs ſatis condere eam abſque promulgatione.l. ſi repetendi.C.de condi.ob cau.l.cum Syllanianum. in fi.C.de his quib.ut in di.& in ſimili fecit etiã. l.fi.infra. qui admi.ut Gratia. Valen.& Theodo. l.1.ſupra de ſumma Tri.& fi.catho.& ſi dixerim motu proprio, non errabo, quoniam eſto, quòd non præſumatur, niſi exprimatur.c.ſi motu proprio.de præben.in 6.Iaſ.plene in l.3.ff. qđ quiſq; iu.Gui.papæ deci.237.dixi ſupra, col.2.præſumitur tñ (licet hoc idem non declaret Purpur. in d.l.1.in prin.) ĩ legibus principum generalibus, l.humanum.C.de legi.Bar.in authen.quas actiones.col.2.infra.eo.aliàs nu. 6.idẽ Iaſ. hic, lectu. 1.col.3. Bellen. in tracta.de charita. ſub q.123. Papa, col.2.uerum hæc l.eſt generalis. l.leges. C. de legi.c.erit autem.4. diſ. ergo oĩno p̃ſumetur.

Item ſciendum eſt, ut hic per Bar.nu.8. in repe.Saly.in prin.Bal.lect,2.col.1.quòd Cõſtanti-

nus

3 nus fuit † primus Imp. ad CHRISTI fidem con
uerſus, vt per glo. in l. diuiti, in prin. infr. de na-
tu. libe. & nomen nouum (ultra eos) quoniam
antiquitus erant Reges tantum, & in ueteri te-
ſtamento Reges non Imperatores inueniuntur,
quòdque fecit hanc legem, ex quo multi relin-
quebant bona ſua eccleſiis, & locis pijs, amore
Dei, & in remiſſionem peccatorum ſuorum.
4 Et † quia erant ante ipſius conuerſionem repro-
bata relicta hæc, effectum, utpote nulla, ſortiri
non poterant. & adeo verum eſt, ut in quodam
ſermone ad idem dixerit etiã Diuus Bernardus,
5 quòd † tres fuerunt Impp. qui Eccleſiã honora-
runt, primo Conſtantinus, à beato Syluestro ba
ptizatus. c. Cõſtantinus. 96. diſ. ſecundo Iuſtinia
nus, de cuius clementia patet in epiſtola, inter
claras. ſupra. de ſum. tri. & fi. catho. Tertio Caro-
lus magnus, de quo in c. Hadrianus. 63. diſ. &
6 obiter dictum ſit, † quòd ante Iuſtinianũ 200.
ferè annis fuit Conſtantinus. §. fi. Inſti. de bo. po.
& ibi not. l. fi. §. nos itaque. C. de cu. fu. d. l. fi. in-
fra qui. admi. adeo ut ſomnia ſint, quæ dicit Al-
be. in prima conſti. ff. col. 1. quòd fuerit filius Cõ
7 ſtantini: imò tex. in c. habeo librum. 16. di. † præ
mitti etiam poteſt quid ſit concilium, de quo fit
mentio hic, & dici, quod ſit conſeſſus certorũ
uirorum, uel mulierum catholicorũ, ſeu chato-
licarum ac uenerabilium ſtatis diebus, & horis,
ideſt ſtatutis coeuntium, ut in ſimili declarat
Theophi. in §. eadem Inſti. quibus alie. non li. uel
dicamus quod hic. pro collegio capiatur, uel ꝓ
templo, & eccleſia, quæ in concilijs fuerunt ap-
probata, illis ſcilicet quatuor, de quibus i l. 1. 2.
3. & in ep. victor. ſupr. ti. 1.

Summatio, diuiſione, & caſu clara eſt. Du-
8 bitandi rationem tamen faciebat † tex. in l. col-
legium infra de hæ. inſti. ubi indubitatum eſt,
collegium hæreditatem capere non poſſe, idẽq;
in c. 1. de relig. domi. in 6. Abb. conſi. 55. in quæ-
ſtione. col. 1. uol. 1. glo. in l. cũ ſenatus. ff. de reb.
dub. & in l. collegia. in §. in ſumma. ff. de colle. il
li. & in l. 1. C. de Iudæ. ergo nec concilio clerico-
rum (ut hic dicitur) aliquid relinqui. Maximè
quia eſt corpus fictum, & repręſentatum. l. mor
tuo. ff. de fideiuſſo. l. proponebatur. ff. de iud.

Pro ſol. dicendum eſt breuiter, contrarium
fore uerum in collegio reprobato, uel in colle-
gio ſimpliciter, quod reprobatum præſumitur,
niſi approbatum aliàs oſtẽdatur, & liqueat. ſed
hic concilium clericorum erat approbatum er
go ei ad libitum relinqui poterit, ut per gloſ.
* Bartol. & * omnes hic, & in dicta l. cum Sena
tus. & in l. hoſtes. ff. de capti. & poſtli. re. & li-
queat dixi, quia collegia aliqua artificum, enu-
merata in l. fi. ff. de iu. immu. ipſo iure ſunt ap-
probata. quod etiam teſtatur idem Bar. in l. 1. in
prin. ff. quod cuiusque uniuer. no. & eodẽ mo-
do poteſt reſponderi ad tex. in d. l. 1. C. de Iudæ.
ſi adducatur pro dubitãdi ratione, ut adhuc Bar.
inquit hic, & clarius in d. l. cum Senatus. uerum
nota quòd collegiũ Iudæorum, de quo ibi, non
eſt reprobatum ratione ſectæ, ut hæreticorum,
ſed ideo, quia approbatum non fuit, aliàs nec ſin
gulis relinqui poſſet. l. 4. C. de hære. & tamen re-
linquitur, & relictum ualet, ut per glo. & Bar. in
d. l. cum Senatus. l. ſpadonem. §. iam autem. ff. de
excu. tu. glo. fi. hic. Cy. & Albe. & Seyſel. in rub.
de iuſti. & iu. col. 3. Nec ob. quod ſit corpus fi-
ctum, & repræſentatum, ſed cum tamen homi-
nibus ipſius concilij ſeu collegij in vniuerſo re-
linquatur, ipſum concilium facientibus, uerum
erit, & non fictum, ipſiſque relinqui poterit, &
ut plenè not. in l. ciuitas. ff. ſi cer. pet. imò cum
ad propoſitum tradatur hic regula, quod in iſto
tex. dubitatio eſſe non poteſt, ut inquit Bar. in l.
quotiens. ff. ſiquis can.

Ratio decidendi tamen ponitur in eo, quia
9 nihil eſt, qđ magis hominibus debeatur, † quàm
ut ſupremæ voluntatis, poſtquam iam aliud uel
le non poſſunt, liber ſit ſtylus, & licitum quod
iterum non redit arbitrium. per quam ita etiam
dicebat Cal de. conſi. 20. an ſi ſtatutum, col. 2. de
conſti. quòd hæc poteſtas, ſcilicet relinquendi,
maximè pro anima, eſt libera. quòdq; reſtringi
non poteſt per ſtatutũ, niſi ex cauſa, & quòd de
nique aliter contineret iniquitatem, & Bar. in l.
1. in fi. prin. ff. ſiquis aliq. teſta. prohi. hoc ad eo
verum eſſe & rurſus, ut qui nõ reliquerit alicui
hanc libertatem teſtandi, extra ordinem punia-
tur. & Pot. Inſti. de l. Fal. in prin. quòd hac de re
in 12. tab. permiſſum erat vnicuique totum ſuũ
patrimonium in legatis relinquere: & probatur
in l. verbis legis. ff. de verbo. ſi. ex qua ratione in-
fertur etiã neceſſe non eſſe in teſtamentis, quòd
de primo fiat mentio, ſicuti nec in legibus, uel
conſtitutionibus, quanquàm ſecus ſit in reſcrip
tis, alia ratione, ut per glo. in c. quoniam. 18. diſ.
& dictu mirabile eſt vltimo, ꝙ lege veteri vſura
rio licebat hac ratione teſtari, ſaluo iure credi-
torum. l. eius qui in prouincia. ff. ſi cer. pe. hodie
non. c. quanquàm. de uſu. in 6. quæ decretalis,
& ſi fauorabilis ſit, fauor tamen non eſt abſque
odio, quia vnicuique (ut diximus) licet teſta-
ri de rebus ſuis, etiam pyratis, prædonibus, me-
retricibus, & ſimilibus, & ut per Bal. ſuſius con
ſi. 298. quæritur, col. 1. uol. 2. & quia ſcripta eſt
ad propoſitum in lege, præſumitur finalis. l. his
ſolis. C. de reuo. do. l. milites argũ. ff. de re mil. ge-
neralior dicto, alias eſſet impulſiua. l. 1. §. ſexum.
ff. de poſtu. Spe. i §. poſt hoc. n. 12. & 13. de diſpu.
10 Habeat. Hoc uerbum † quandoque fictionẽ
importat, exempli gratia in l. ſi ex precio. C. ſi cer.
pe. ibi, ſimulatis pro infectis habitis: nec ab re,
quia uerè facta pro infectis haberi non poſſunt.
l. in bello. §. factæ. ff. de capti. & poſtli. re. not. in
l. 1. C. de rap. uir. Bar. in l. non. dubium, col. 4. C.
de legi. aliquando. cum effectu intelligitur. l. no-
men filiarum. §. fi. ff. de uerbo. ſi. præſertim in ma
teria iuris congrui: quoniam ſatisfactum legi nõ
eſſet, ſi emptor præſentanti ſolueret intereſſe,

iuxta rego. tamen l.ſiquis ab alio, in fi.ff.de re in di.uulga. l. ſtipulationes non diuiduntur. oerſi. Celſius. ff.de uerb.ob.quoniam rem non haberet cum effectu, ut pulchrè declarat Aflic. in tract. iuris congrui, in 4. not. in prio. Nonnunquàm dominiū ſignificat, ſi dixero, me rem habere ēt quòd eā alius poſſideat, & ad idem rei uendicationem intentauero. l. is apud ſe quis habere. ff. de rei ven. interdum poſſeſſionem. l. qui naoem. C. de nau. Tyb. lib. 11. ſæpe fideicommiſſum. l. ſi deicommiſſa. l. qui concubinam. §. 1. ff. de lega. 3. l. Lucius. ff. de lega. 2. ſed ſepoſitis his, hic abſque dubio capitur aliter, & quidem propriè ac ſtrictè, unumquenque ſcilicet habere licentiam, ideſt poſſe ad libitum bona ſua, & res ſanctiſſ. ac uenerabili clericorum concilio relinquere, pro potentia efficaci, & deducibili ad actum. l. is poteſt. ff. de acqui. hæ. authen. omnes peregrini. C. communia de ſucceſ. l. ſi quando. C. de inoffi. teſta. & communiter uerbum eſt, quod non tamen neceſſitat. l. 1. & ibi Bar. C. quomo. & quando iud. plene Corſe. ī ſingu. poteſt. uel & clarius dic, ꝙ intelligatur in actu diſpoſitiuo, de poſſibilitate ſecundum naturam ipſius. ſed primo modo melius, quàmuis nec declaratio iſta ſpernenda ſit, ut per Bal. conſi. 381. quæſtio ſubtilis eſt, col. 2. uol. 3.

11 VNVSQVISQVE. Habilis ad teſtandū, † exponit gl. & benè. ex quo is, cui bonis īterdictum eſt, teſtamentū facere non pōt, nec furioſus, & ſimiles. l. is cui. l. ſi quæramus. ff. de teſta. l. furioſum. infr. qui teſta. fa. po. & ideo dicit. Bar. hic in rep. nu. 1. in. 1. opp. quòd generalitas legis ad habilitatem reſtringi debet, & rurſum bene. l. ut gradatim. §. & ſi lege. ff. de mu. & ho. Seyſel. in ſpe. feu. qui feu. accipe. po. col. 5. & ad idem Bal. conſ. 155. col. 2. uol. 3. quòd inhabilitas teſtandi officit etiam ad pias cauſas. Idem Bart. tamen adhuc in repe. col. 4. aliàs nu. 11. 12. 13. 14. tenuit oppoſitū, quòd imo uerbum unuſquiſque generale etiam inhabiles comprehendat.

Motus, quia priuilegia, ne dum eccleſijs, uerū etiam teſtatoribus conceſſa, in caſu præſentis legis, debent aliquid operari. l. ſi quando. ff. de lega. 1. l. 1. in fi. ff. ad municipa. c. ſi Papa, de priuile. in 6. ſed ſi d. uerbum ad habiles reſtringeretur, priuilegium conceſſum teſtatoribus nihil operaretur, ergo.

12 Secundo, † quia ſignum uniuerſale iunctum uerbo futuri temporis, & continens extenſionē actus iam conceſſi, includit etiam inhabiles. l. 1. §. nunciatio; & ibi not. per Bar. nu. 25. ff. de no. o. nun. ſed hic huiuſmodi eſt, poteratque añ hanc l. relinqui collegio clericorum, ergo.

Tertiò, & ultimo, quia in ſimili miles habet liberam facultatem teſtandi. l. 1. ff. de mili. teſta. & tamen etiam inhabilis habilitatus eſt. l. iure militari. ff. eo. conſiderando rurſum, & quarto hanc dictionis geminationem, cum dicitur unuſquiſque, quòdq; multum operari debet, uul ga. l. Baliſta. ff. ad Treb. l. diuus. §. 1. ff. de in. fi. & reſpondendo ad tex. in d. §. & ſi lege, ꝙ ibi continetur conceſſio noui actus, non extenſio, iam conceſſi, ut hic, & ita tenet etiam nu. 54.

Et quinto confirmat Iaſo. gloriatus, ꝙ ſit nouum fundamentum, lectu. 2. col. 4. quia de publica utilitate agitur, quo caſu inhabiles quoq; comprehendi debent. l. 3. §. utrum, & ibi Bar. ff. ad Sillania.

Et poſtea expoſitionem glo. tenet, quam communiter * ſequuntur Docto. quod etiam teſtatur Alex. conſi. 182. ſuper eo. in fi. uol. 5. & ita dicit quoque conſi. 254. abunde, in prin. uol. 6. idē Iaſ. lectu. 2. in prin. & probo ego, ultra alios, noua ratione, quia ſi ſpeciale eſt hoc, quòd collegio clericorum relinqui poſſit, quidquid nobis placuerit (quod admittunt omnes) non eſt aliter dicendum, niſi hoc idem fieri poſſe, dummodo te-

13 ſtamenti factionem habeamus; † aliàs duo ſpeciale circa idem concurrerent, ꝙ collegio relinquatur, & ab eo quidem, qui inhabilis ſit, & ulle, nec dicendum. l. 1. C. de dot. promi. l. cū poſt. §. gener. ff. de iu. do. Bal. in l. iter omnes, col. 2. C. famil. etc.

Præterea duo erant impedimenta, unum, ꝙ collegia ante hanc legem approbata non erant, aliud uero, ꝙ qui teſtamenti factionem non habebant, relicta hæc facere non poterant: facta igitur diſpenſatione quo ad unum, non intelligitur facta quoad aliud. l. ſi non lex Hæliaſcentia. ff. de hæ. inſti. & hoc eſt forte, quod in argu. probat tex. in l. tutori. C. de nego. geſt. ibi, ſufficit ſi in paucis amici laboribus conſulatur.

Conſiderantes adhuc uoluiſſe Conſtantinum legis noſtræ authorem, ſe in dubio conformare cum diſpoſitione iuris communis, quòd d. uerbū ad habiles reſtringeretur. d. §. & ſi lege. Bal. in l. fi. col. 1. C. de contrahen. emp. Alex. conſil. 254. abunde, in prin. uol. 6. & præſertim, quia una lex aliam declarat. l. non eſt nouum. l. ſed & poſteriores. ff. de legi. c. ſuper quæſtionum, in prin. ff. de offi. de.

Nec ob. contraria, quibus particulariter non reſpondet Iaſ. quia ad primum dici poteſt, priuilegium ſatis operari, ex quo relicta non reſcinduntur, ut prius: & ſic ſufficit, ꝙ diſpoſitio non ſit inanis, & eluſoria. d. l. ſi quando. l. Meuius, in prin. ff. de lega. 2. Alex. conſi. 171. accurate, col. 2. uol. 5. Deci. in. d. l. ſi filius fam. nu. 4. ff. ſi cer. pet. & quia ſatis operatur adhuc, quoniam referuntur uerba ad iuris diſpoſitionē, ſecundum Bald. & Pau. in l. ſi duo. ff. de acqu. hæ. Rube. colleg. in l. non ſolum, in §. more. num. 801. in fi. ff. de no. o. nun.

14 Non ob. ſecundum, † quia imò relinqui non poterat ante hanc legem & dato, quòd relicta facta fuiſſent, effectum tamen ſortiri non poterāt, igitur argu. ruit. Conſiderando etiam, non facta reſtrictione, ꝙ reſultaret abſurdum, duoque ſpecialia circa idem concurrerent, & malè. d. l. 1.

C.de

4 † vt experientia docet, magiſtra rerum efficax. c.
quàm ſit. de electiõn. in ſexto, quòdque loco eo
rum ſunt Notarij, & mercatores, quorum libris
tamen ex conſuetudine credendum ſit, ſecundũ
Bald. in d. l. prætor. in priu.

Quintò præmitte, quòd Argentarij differunt
à Notariis & Tabellionibus, quia iſti officium
habent authoritate, & vtilitate publicum: illi
vero non, & ſi publico præficiantur muneri. ita
Bald. in l. inſtrumenta. in princip. C. de fideicom
miſſ. Verum eſt tamen, quod vtrunque vile eſt,
ſecundum glo. in rub. C. nego. ne mili. lib. 10. &
Bart. (ſingula ſingulis referendo) in l. 2. in princ.
C. de primice. eo. lib.

Sextò præmitte, quòd fœminæ officium ar-
5 gentariæ † exercere non poſſunt, quoniam ea
opera uirilis eſt. l. 2. ff. de regul. iur. l. fœminæ. ff.
eod. & in hoc eſt deterioris conditionis quàm
maſculus. l. in multis. & ibi not. ff. de ſtatu ho-
min. quod ſanè intelligendum eſt, per ſe, quo-
niam per ſeruum aliàs poſſunt, & ſi argenta-
rio ſucceſſerint. lege prætor, in fin: princip. l. ſi
quis ex argentariis. §. primo. ff. eodem. & vt in-
frà latius.

Septimò & ultimò præmitte, quòd licèt aliàs
6 uerbum, aduerſaria, tabulæ tumultuariæ † dice
rentur, in quibus olim ſcribi ex abrupto ſole-
bant aliqua, ne memoria laberentur: hodie
uerò libri, quos uulgò diurnales appellamus,
ut poſtea ex compoſito in aliquo alio codice
ordinatè reponantur. hic tamen aliam habet ſi-
gnificationem, ut de muliere intelligamus, &
eſt ueriſimilius. l. in obſcuris. ff. de regu. iur. aliàs
argentaria dicitur etiam locus, ubi argentum fo-
ditur, & tamen hic capitur, pro miniſterio eo-
rum, qui ipſam exercent, vt ſuprà: & aduerſaria
dicitur, quia agenti aduerſatur in iudicio. c. 1. de
iudic. c. propoſuiſti, de foro compet. §. omnem.
in Authen. de liti.

¶ Scholia.

7 Ipſe diſpice.] non alius, quia tu melius † ſcire
potes, quomodo probandum ſit depoſitum fa-
ctum fuiſſe, de quo hic, argum. in l. 1. in §. fina.
ff. de Carbo. edic. l. 2. §. fin. ff. ad leg. Iul. de adult.
tradit in ſimili Imo. in l. penult. in §. ad crimen.
in decimanona colum. ff. de publ. iudic. nanque
(ut ille ait) conſilium tibi dare non poſſum, ne-
ſcius qua parte pedem tuum torqueat calceus.
& diſpice dixit, ideſt diligenter aſpice, ne ine-
pte agatur, & ſuccumbatur, fatigerisque liti-
bus, laboribus & expenſis, eoque magis, ut in-
frà, cum de aduerſarii domo probationes ſume
re non poſſis. l. nimis graue. C. de teſtib. l. ſi quan
do. C. de dilation. lege qui accuſare, inſt. eodem,
niſi ex cauſa, quę ſemper & in quacunque di-
ſpoſitione excepta uidetur. lege, ſi hominem.
ff. mandat.

Quam te depoſuiſſe dicis.] quia eſto quòd de
poſitum multa habeat priuilegia. l. penult. C. de-
poſi. l. in contractibus. §. ſed quoniam. C. de non
numer. pecun. Authen. ſed iam cautum eſt. cũ
ſimilibus. C. depoſi. in hoc tamen tibi non ſuffra
gabitur, quia priuilegium hoc caſu habere non
reperitur. argum. in l. in fraudem. in §. fina. ff. de
mili. teſtamen.

Probes.] ex quo probatio fit multis modis,
deque dicto depoſito fidem facere potes, aut per
teſtes, aut per inſtrumenta: aut iuramento, ſi
aduerſaria tua ipſum ſubire recuſaret. l. manife-
ſtæ. ff. de iureiuran. & de multiplici probationis
ſpecie latè Spec. in titu. de proba. in §. fin. in prin
cip. & colum. ſeq.

Nam quod deſideras &c.] fruſtra deſideras,
dicere Antoninus author intendit, quoniam
vt ſuprà declaratum fuit, de domo rei non poſ
ſunt ſumi probationes, niſi ex cauſa, adeo ut
deſiderium uanum ſit, & auxilium aliunde com
parandum, ſi obtinere quod iam animo conce-
piſti, non detractas.

Aduerſaria.] tabulæ erant antiquitus, hodie
uero libri, in quibus aliqua, ne memoria exci-
derent, ac ex abrupto ſcribebantur, ut ex com-
poſito poſtea & ordinatè reponerentur in codi-
cibus rationum, ſed tamen hic, pro muliere ca-
pitur, quæ cum actore litigat, ut ſuprà in euiden
tialibus dictum eſt.

Exhibeat.] ſecus in actione reali, quoniam
(vt in rubric. diximus ſæpe) exhibitio, ſiue a-
ctio ad exhibendum, ipſius præparatoria eſt; nõ
ſecus quàm poſſeſſorium petitorii, uel querela
petitionis hęreditatis, & ſimile. lege prima. C. ad
exhibend. l. ordinarii. C. de rei uend. l. incerti. C.
de interdic.

Ex cauſa.] quæ ſemper excepta uidetur in qua
cunque diſpoſitione. l. ſi hominem. ff. manda.
l. qui iurato. ff. qui ſatiſdar. cogan. ergo abſq; cau
ſa non pertinebit ad iudicis officium, nec ip-
ſam compellere poteſt, ut rationes edat: eſtque
argumen. optimum in l. 4. in §. circa. ff. de exce-
ption. dol.

8 Ad iudicis officium. quod eſt † triplex, Nobile, Mercenarium, & Aduerſarium. de quibus per Bart. in lege prima, ff. de iuriſdictione om. iudic. ſed tamen hic de nobili intelligitur, quod petentibus utilitatem, & non paruam quidem affert, ut infra.

Pertinere ſolet. Non ab re forte pertinere dixit, quia ſicuti officium iudicis latiſſimum eſt ſui natura. lege prima, ff. de iuriſdictione omnium iudicum, ita conueniens fuit ipſi, hoc uerbum adaptare, quod huiuſmodi eſt pariter. lege, uerbum pertinere. ff. de uerborum ſignificationibus.

¶Dubitatio 1. in tex.

Contingit modo in iſto tex. de aliquibus dubitare, & primò (caſus enim clarus eſt) un-
9 quid rèus † teneatur edere rationes ſuas actori ad originem petitionis fundandam; etiam quòd ſimus in depoſito, ſui natura priuilegiato.

Et prima facie, ac breuiter, quoniam in aliis lectu. dictum eſt latè, uideretur dicendum, quòd ſic.

Et hoc potiſſimum, quia litigantibus non eſt occaſio delinquendi præſtanda, aliàs ubi ius oriri, debet, & lux bene uiuendi, orirentur iurgia, & tenebræ male agendi, contra tex. in lege, meminerint. C. unde ui. & in lege, conuenire. ff. de pac. dota. Sed ſi reus non ederet, delinqueret utique, & ueritatem occultaret, quod nemini conceſſum eſt. l. eum, qui celauerat. & ibi not. C. ad legem Corneliam de fal. eoque magis, quia hoc idem eſſet cum iactura ipſius actoris, quod à natura uidetur alienum penitus. l. nam hoc natura. ff. de condic. inde. c. locupletari. de regu. iu. in 6. ergo.

Secundò, quia ſi in actione ad exhibendum, edit quis contra ſe, ſolius intereſſe ratione. l. 3. §. ſciendum. ff. ad exhiben. nec eſt conſiderabilis grauitas, de qua in l. minus. C. de teſti. multo magis edere debet in materia huiuſce tituli, quę in æquitate fundata eſt. l. prætor. in prin. ff. eo. quod ex eo apparet etiam, quia datur officiũ iudicis, ut hic, in æquitate fundatum pariter. l. 1. & ibi Bar. in fi. ff. de fideiu. & fit inter eos, inter quos ratione correlationis quoque æqualitas ſeruari debet. l. fina. C. de iudic. uidu. tol. lege fina. C. de fructi. & li. expen.

10 Tertiò, † & ultimò, quia idem à ſimili in poſitionibus uidemus, quoniam cogitur quis eiſdem reſpondere cum iuramento. l. 2. §. quod obſeruari. C. de iura. cal. c. 1. & 2. de confe. lib. 6. ergo & multo magis ſine.

Attamen, ut in caſus figuratione aliàs dicebam, contrarium eſt uerius, nec ſecus dici pōt.

Et hoc, quia agens ad iudicium inſtructus uenire debet. l. ſi quando. C. de dila. ergo non ab alio inſtrui, maximè à ſuo aduerſario, quod eſſet nimis graue. l. nimis graue. etiam proximè allega. C. de teſti. multa Bononien. in lege, de minore. in §. tormenta. ff. de quæſtio.

Secundò, quia ſi hoc ipſum in priuilegium conceſſum eſt reo, ut deliberet, an cedere uel contendere uelit, & ſic ad iudicium uenire. lege prima, in prin. ff. de eden. non debet eſſe actori commune, in quo non eſt hæc ratio conſiderabilis.

Tertiò, & ultimò, quia tenetur reus edere ſpecialiter ea, quæ communia ſunt, uel quibus omnimodo uſurus eſt. lege 1. §. edēda. ff. eo. ergo non regulariter lege ius ſinguiare. l. quod uero. contra. ff. de legi. & ita in ſimili arguit Bart. in lege ſecunda. C. de primice. lib. 10. & hoc pacto intelligitur tex. in c. contingit. qui obſtare paulum uidebatur, ſecundum Bal. ibi, in prin. de fi. inſtru. & eſt hic breuiter caſus, qui cauillari non poteſt.

Nec ob. adducta in contrarium, quia ſecum
11 afferunt reſponſionem. non primum † quia antecedens uerum eſt, conſequens autem falſum, ex quo ueritas non eſt à reo conuento oſtendenda, ſed ab actore, ut diximus. d. l. ſi quando. C. de dila. eſtque argu. optimum in l. pe. C. ſi contra ius uel uti. pub. & propterea non eſt uerum, quòd occaſio delinquendi præbeatur, & minus, quod ſimus in caſu regulæ lege conuenire. cum ſimilibus. ff. de pact. dota. Conſiderando etiam regulam l. nam hoc natura. ff. de condi. inde. ad propoſitum haud facere, quia locupletaretur quis cum aduerſarij iactura, quotiens non facit id, ad quod de iure tenebatur, uel aufert eidem, quod non erat auferendum. ita Bar. in l. Marcellus, in 2. colum. ff. re. amo. & in l. ſtipulationes non diuiduntur. in 7. colu. ff. de uerbo. oblig. & probatur etiam in l. planè. ff. de peti. hæ. aliàs ipſe reus poſſet per denuntiationem euangelicã cōueniri, ut ad hoc naturaliter obligatus, teneretur, ſecundum Bar. met in extrauagã. ad reprimen. in uerbo, denuntiationem. in 1. colu. quod tamen dictu, eſt abſurdiſſimum.

Non etiam ſecundum, quia non ſimpliciter fit, ſed cum cauſæ cognitione. d. §. ſciendum, delato etiam iureiurando actori, ſi ſua intereſt igitur nec mirum, ubi aliàs regula l. nimis graue. C. de teſti. ſimpliciter procedit, & quando ſine cauſa uult actor ſibi edi. nec facit æquitatis, æqualitatisque ſeruandæ ad idem ratio, quia æquitas hoc idem dictat, & retorquebitur, argumen. adeo, ut nec æqualitas inter eos ſeruanda ſit, ex quo actor à ſe ipſo inſtructus eſſe poteſt, reus autem non. l. 1. ff. de eden. d. l. ſi quando. C. de dila.

Non denique tertium, & ultimum, cæteris reſponſionibus ſepoſitis, de quibus in aliis lectu. latè, quia compulſio non eſt præciſa, &

eo

eo modo, quo hic patet, quia poteſt dicere,
credo, & non credo; adeo, ut iudex fiat in
cauſa propria. argum. in l. admonendi. ff. de iu-
reiu. & in l. in bonæ fidei. C. de reb. cre. Quod e-
tiam probatur, quia in editione agitur de fundã
da intentione agentis directo. l. fi. infr. eo. in poſi
tionibus, de eo releuando. l. eum qui. ff. de iure-
iu. & quia etiam uerbo hoc caſu fit editio, in ma
teria autem noſtra, facto, quæ duo ualde differre
12 uidentur: patet, † quia vaſallus obligans feudũ
ſi proceſſit ad actum facti, ideſt traditionis, illud
amittit: ſi uero ſtetit in finibus uerbi; non, quia
iniuria effectum non habuit. ita Bal. in c. 1. in 2.
col. in prin. de prohi. feu. alie. in uſib. feu. & ita
eſt tenendum.

¶ Dubitatio 2.

Secundò dubitare contingit, nunquid impe-
13 ratos reſpondeat † ad q. facti.
Prima facie uidebatur dicendum, quòd ſic,
per tex. in l. precibus. C. de impube. ubi ad mu-
lioris conſultationem reſpondet, & ſi eam hu-
maniter reprehendat, prius manifeſtius inten-
tionem ſuam exprimere debuiſſe.
Et idem in lege cum precibus. C. de proba.
Imò quòd alibi reſpondens iuriſcon. pariter
his utitur uerbis, hæc diſceptatio in facto conſi
ſtit. l. Neſennius. C. de nego. geſt.
Dici quo ſolet amplius, facta eſſe optima fun-
damẽta cauſarum. l. fi. C. ſi per uim uel alio mo.
tradit. Roſ. in tracta. de libel. qui aduo. etiam po.
in ſecolum.
Et in terminis probatur rurſum, in l. Barba-
rius. ff. de offi. præto. ibi, at quin uerum eſt, eum
pretura functum &c. quæ uerba facti ſunt, & de
facto intelliguntur, & tamẽ reſpõſio eſt iuriſcon.
Et regulare denique, ubi in lege reperiuntur
uerba huiuſmodi facti ſcilicet affirmatiua, ſi ni-
hil expreſſe dictum fuerit, quod tunc reſponſio
iuris eſſe intelligatur. l. cum fundus. §. ſecunm.
ff. ſi cer. pet. ergo à contrario expreſſe quæſtioni
facti poterit reſponderi.
Sed tamen oppoſitum, quantum ad iſtud quo
que, uerius eſſe exiſtimo, ut hic in prin. & in il-
lis uerbis, ipſe diſpice, quemadmodum pecuniã
quam te depoſuiſſe dicis, probes.
Secundò ad idem eſt tex. in l. eum quem te-
mere. in §. 1. ff. de iudi. ubi ad literam dicitur pa-
riter, quòd iudicibus de iure dubitantibus præ-
ſides reſpondere ſolent, non autem de facto
conſulentibus.
Tertiò ratione ſuadetur, quia qui conſulit fa-
ctum, melius ſcire poteſt, quàm princeps cui
conſulitur. l. 3. §. tu magis ſcire potes. ff. de te-
ſti. lege prima. §. final. etiam ſuprà allegat. ff. de
Carbo. edic.
Quartò, quia factum plerunque etiam prudẽ
tiſſimos homines fallit. l. 2. ff. de iu. & fac. igno.
c. 1. de conſti. in 6.
Quintò idem tenet Bar. in l. Arethuſa. & ſeq.
per d. tex. ff. de ſta. ho. ubi ultimus, qui naſcitur,
liber, ſiue ingenuus naſcitur, & cum ſit quæſtio
quis ultimò natus fuerit, potius facti quam iu-
ris, eidem non debet reſponderi.
Sextò, & ultimò idem tenet adhuc, in l. 1. in
§. quæſitum. per illum tex. pariter. ff. de appella.
ubi conſulitur Præſidi, an aduerſus reſcriptum
Principis prouocari poſſit, ex quo hoc idem in
iure conſiſtit: ergo non ſi in facto, an debeat ap
pellare, nec ne.
Nec ob. contraria, maximè primum, ſecundũ,
14 tertium, & quartum: † quia reſpondetur de iu
re, & ſi factum narratum ſit, diſceptatioque con
ſiſtit in facto, & cauſarum fundamentum etiã
optimum dicatur.
Imò quòd abſque facto reſponderi non poſ-
ſet de iure. l. ſi ex plagis. §. in cliuo. ff. ad le-
gem Aqui.
Non ob. quintum, quia imò intelligi debent
de iure, ex quo facti quæſtioni nõ reſpondetur,
ut ibi per Docto. & in ſpecie Iaſ. in 4. colu.
Non ultimum denique, quia ſi argu. ſumere-
tur à contrario, eo modo reſultaret abſurdum
prædictum, & contrarietas legum ſupradicta-
rum, haud dicendum. l. 2. C. de condi. inſer.
c. cupientes. §. quod ſi per 2 o. de elec. in 6. latè
ſcriben. in l. 1. ff. de offi. eius.

¶ Dubitatio 3.

Tertiò, & ultimò dubitare contingit, nam
hic dicitur, quòd ex cauſa plerunque reus edit
15 actori, quis hanc † cauſam probare debeat. Vi-
deretur prima facie dicendum, onus eſſe negan
tis, ſecundum Bar. in l. nec codicillos. C. de co-
di. quod intellige de negatiua, quæ in ſe affir-
matiuam habeat, quoniam aliàs negatiua pro-
bari non poteſt. l. actor, quod aſſeuerat. & ibi
not. C. de proba. latè ſcriben. in c. bonæ. de elec.
ad propoſitum ergo dicit Bar. in d. loco, quod
neganti teſtamentum, tanquam factum ab eo,
qui non erat ſanæ mentis, incumbit onus probã
di. ergo & pari ratione hic.
Tamen contrarium uerius eſt: tum quia a-
ctor, is eſt, qui cauſam allegat, tum etiam ex ip-
ſius affirmationis natura. l. qui accuſare, infrà,
eod. dicta lege actor, quod aſſeuerat. de probat.
l. 2. ff. eodem.
Nec ob. doctrina Bar. in d. l. nec codicillos.
quia eo caſu actor pro ſe præſumptionẽ habet
ſanæ mentis. l. ab ea parte. ff. de proba. & negari
non poteſt, abſque alia diſputatione.
Declarando tamen probationem eſſe tunc ne
ceſſariam ſi non ſit cauſa notoria, quoniam hoc
caſu ſola allegatio ſufficeret. clem. appellanti. de
ap. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem Pollioni.
ff. ad legem Iuli. de adulte.

Oportereq; notorium eſſe actus permanētis, non tranſeuntis. l. ſi uero. §. qui pro rei qualitate. & ibi Bar. in prin. ff. qui ſatiſda. co.

¶ In glo. ex cauſa. Dubitatio. 1.

In glo. ex cauſa. (cæteræ enim nihil habent) primo dubitare contingit, an cauſa potiſſima
16 † ſit editionis, ſi agens, uel procurator ſuus ſcri
bi mandauerit. dicit glo. quòd ſic, quam etiam reliqui ſequuntur.

Et hoc maximè per tex. in l. ſiquis ex argentarijs. in §. pertinere. ff. eo. ubi ex hoc edicto agitur, ſi ad agentem pertineat, interſitque ipſius ſibi rationes edi: intereſſe autem uidetur, & ad ipsū hoc idem pertinere, ſi eo mandante, rationes cōſcriptæ fuerint: ergo non aliter.

Et maximè ponderandum eſt iſtud, quia uerba, eo mandante, ſunt ablatiuorum abſolutiuorum, adeo, ut reſoluantur in conditionem, ideſt ſi mandauerit. l. à teſtatore. ff. de condi. & de. arg. in l. 1. C. de legi. tu. conditio autem debet impleri in forma ſpecifica. l. qui hæredi. l. Mæuius. de condi. & de. ergo.

Secūdò probatur, per tex. in l. prætor. in prin. ff. eo. ubi argentariæ menſæ exercitores tenentur agenti edere rationes, quæ ad ipſum pertinent, adiecto die, & conſule: & hoc, quia quod ſui cauſa confectum eſt, id quodammodo ut ſuum, edi ſibi debet. & ſui cauſa confectum dicit, ideſt eo mandante. d. §. pertinere, proximè al lega. & quodammodo, quia aliàs ſi ſuum eſſet, poſſet uēdicari. l. 3. §. pe. ff. ad exhi. l. Quintus. §. argento. ff. de au. & ar. leg. tradit plenè Bal. in l. 1. in 1. lectu. ff. de ſta. ho.

Tertiò probatur, nam mandatum appellatur cōtractus. l. 1. ff. man. declarat Bal. in l. pluribus. poſt prin. ff. de procu. Exempli gratia, in contractu, ſi plures perſonæ includantur, quælibet includitur pro parte, & non inſolidum, l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duo. re. ergo idem in conſti
17 tutione ſimplici plurium procuratorum, † quo
niam mandatum (ut dixi) contractus eſt. & hęc eſt ratio, quare non fit inter abſentes, niſi nuncio uel epiſtola interueniente, ratihabitio autem ſic: ex quo mandatum adhuc contractus eſt, qđ pari modo præſentiam partis deſiderat, ratihabitio uero pendet ex mera uoluntate ratum habentis, ita Bar. in l. Pomponius. in 2. col. ff. de nego. geſt. & eſt not. limitatio ad tex. in l. fi. C. ad Macę. & probatur etiam, quia ſolo conſenſu fit. d. l. 1. & in contractibus dicimus ſimiliter ſufficere eos, qui negotia gerunt, conſentire, ut inſti. de ob. quæ ex con. in prin. uerum ad propoſitum ex cōtractu teneretur reus edere abſque dubio, ut inſti. de ob. in prin. ergo, & ex mandato, & aliàs non.

Quartò probatur, nam hodie (ut dixi in euiden.) notarij ſunt loco argentariorum ſuffecti. & ſentit Bal. in l. prætor. in prin. ff. eo. Sed notarij debent eſſe rogati, ut ibidem not. & per Bar. in Authen. de tabel. in prin. ergo, & argentarij, aliàs non tenerentur edere rationes ſuas. argum. in l. ſi eum, in l. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau.

Quintò, & ultimò, quia ſi non mandaretur, iam dictæ rationes à priuatis non differrent, ſed ab illis, qui eas conficiunt, ſed non tamen ex conſuetudine, uerum hi edere non tenentur. l. nimis graue. C. de teſti. ergo. & eſt argum. in l. 3. in prin. ibi, cur non in multe diuerſum. ff. de mili. teſta.

Sed ex multis etiam contrarium ſuaderi facilè poteſt, & primo per tex. in l. fi. ff. de bonis autho. iudi. po. ubi à notario rationes petuntur, & eduntur pariter creditoribus, & tamen ipſis mādantibus, non fuerant conſcriptæ.

Secundò probatur per tex. in l. 3. in §. pe. ff. ad exhiben. ubi poſſum petere à tertio mihi rationes exhiberi, quę à ſeruo uxoris meæ ſcriptæ fuerant: ergo mandatum neceſſarium non eſt.

Tertiò uidetur in materia, caſus in l. quædā. in §. fi. ff. eo. ubi ſolo contractu cum argentario geſto, ratio dicitur ad me pertinere, ergo mandatum non requiretur.

Quartò (ut dicebā aliàs) ratione demōſtratur, quia ſi mandatum requireretur, iam non haberent argentarij hanc ſcribendi authoritatem à conſuetudine, haud dicendum. l. quædam. §. nūmularios. ff. eo.

Quintò, & ultimò, quia mandatur propriè perſonis non obligatis, & quæ parere non tenētur. l. ſi mandator. & ibi Bal. C. quod cū eo. aliàs à iuſſu mādatum non differret: & tamen differunt. l. 1. §. 1. & ibi glo. ff. quod iuſſu. Bal. in loco præalle. uerū argentarius obligatus eſt. l. argentarius. in prin. ff. eo. ergo.

Quibus tamen non obſtantibus, à prima opi. haud eſt recedendum ex ſupr. dictis, quæ cauillari non poſſunt.

Nec primum adduci metuit, quia non petūt à notario, quicqd aliàs dixerim, & aliter quidē reſpondendo, nec eduntur: imò quòd nec ipſa corpora deſcribuntur, ſed ſubnotantur tantum quot ſint, & de qua re, & ſibi quodammodo inuentarium conficiunt, ne corrūpantur, uerusq; eſt illius literæ ſenſus: eoque magis, quia in poſſeſſionem bonorum miſſi fuerant debitoris, pro modo debiti declarati. l. plerique. l. ſatis, quæ eſt ſeq. ff. de in ius uo.

Non etiam ſecundum, quia alijs reſponſionibus ſepoſitis, adhuc dici poteſt, quòd cùm à tertio peterentur, dubitatio uana eſt, an requiratur mandatū: & maximè, quia ab uxoris meæ ſeruo dictæ rationes ſcriptæ fuerant, & facit etiam, quia quandoque de aliquo contingit apud legiſlatorem dubitari, omni alio caſu terminorum habilitas præſupponitur. l. qui teſtō. ff. de teſta. Sed dubitatio ibi eſt quando charta poſſit uendicari. ergo in conſequentiā ēt, an, & qn̄ debeas

rationes

rõnes exhiberi præſupponentes (ut dixi) quod à ſeruo uxoris meæ,ſcriptæ fuerint.

Minus tertiũ, quia ſi mandarũ contractus eſt,ut ſuprà,mandando contrahere uidebitur.

Vel dicamus,quòd contractus non tollat mã datum,de quo paulo ante iuriſcon.in d.§. perti nere.locutus fuerat.uel & ultimò, quod contra hendo mandat.arg.in l.Paulus reſpon dit.ff.rem rat.hab.& in.l.reprehendenda. C. de inſtitutio.

Non quartũ, quia habent authoritatẽ à conſuetudĩe,nobis mandantibus,ut ſic una lex aliam ſuppleat.l.non eſt nouum . l. ſed & poſteriores.ff.de legi.quaſi ſola conſuetudo nõ ſufficiat argu.in l.obligationum ferè.in §.placet. ff. de act. & obl.& in. l. cum hi. in §. ſi prætor . ff. de tranſact.

Non quintum denique, & ultimum , quia uerum eſt propriè loquendo,ut à iuſſu differat, quemadmodum dixi, ſed non quòd non poſſit etiam uerificari in his , qui nobis obligati ſunt ex natura officij.

Vel dic,& melius,ꝙ obligati nõ ſint, niſi quã primum mandauerit quis,rõnes ſuas cooſcribi.

Mihi tamen maximè mirum uidetur, ꝙ man datum requiratur,& nihilominus actio in factũ detur tantum ex hoc edicto ad intereſſe.l. in factum.ff.de actio.& ob.d.§. ex hoc edicto. & officium iudicis,ut rationes edantur,quemadmo dũ hic dicitur,& in d. §. pertinere not. ſiue in §. ex hoc edicto.& non actio mandati.l.licet.§. ea

18 obligatio.ff.de procurat.Niſi † replicemus, dari loco competentis actionis , ut plerunque loco deficientis,& exceptionis pariter, ſecundũ Bal. in l.ſi depoſita. in 1. col. C. depo. & certè ſolus tex.in d.§.pertinere.difficultatem facit. uel dic, quòd non datur actio mandati,quia id,quod facit, facit potius ratione officij , quàm mandati, ut infra,per Bal.& in l.quædam.in prin.ff.de e-

19 den.& latius dicemus i q.de mercatore.†Et no ta,quòd in hoc ſtabitur iuramento mandantis, ne ſit in facultate argentarij dicere,ꝙ ſibi mandatum nõ fuerit,ex quo aliàs ſemper teſtes uocari deberent, dictu abſurdiſſimum, argu. in l. prætor.in fi.prin.ff. eo.

Et ſi uellemus tenere tacitum etiam mandatum ſufficere, quòdq; non requiratur ſpecificè mandari,dici poſſet ad tex.in d.§.pertinere, qđ ſunt uerba non cõditionalia, ſed ſapientia potius admonitionem, & declarationem quandã, ut in ſimili dicitur in l.muto.in §. ſub condi. ff. de tute.ibi,ſi ſatiſdederis,tamen(ut dixi) cogita, quia difficultas non leuis eſſe uidetur. Vel dic, quòd fictum ſufficiat,quia in d.§.pertinere.facit etiam mentionem de procuratore unde : qui per alium facit, per ſe ipſum facere uidetur.l. 1. §.deieciſſe autem uidetur.ff.de ui & ui ar.uel ꝓſumptum, quod oritur ex ſolo contractu , ut in d. l. quædam. in §. fi. ff. eo. quia tunc mandaſſe hoc idem præſumitur.

¶ Dubitatio 2.

Secundò, dubitare contingit, nunquid alia

20 ſit cauſa,qua teneatur reus † actori edere ratio nes ſuas.

Et breuiter in hoc quoque glo. reſpondet , ꝙ ſic,ſi ſemel æditæ, amiſſæ caſu fortuito fuiſſent, & ſimili de cauſa inſtrui ex eis non poſſet, quia iterum edi debent,exemplificãdo,ut in l. ſiquis ex argentarijs. in §. fi. iuncta l.ſeq. ff.eo. ubi deciſio clara.

Et maximè ſi negligentia ei imputari haud poſſit,quoniam tunc nõ ederetur, ut adhuc ibi dicit, quoniã culpa eſt & lædit.l.ſi ab hoſtibus. §.ſi uir.ff.ſol.mat.Bal.in c.bonæ.nu. 3. de elect.

Et, quia quæ fortuitis caſibus eueniunt humano iudicio præuideri non poſſunt.l.2.§. ſi eo tempore.ff.de admi.te.ad ci.per.l.quæ fortuitis. C.de pi.ac.l.incendium.C. ſi cer.pet.l. cum à ma tribus.C.qui pet.tu.

Et hinc eſt,quòd querela inofficioſi teſtamenti,poſt quinquennium intentari haud poteſt.l. Papinianus.§.ſi.l. ſi proponas.§.ſi duo.ff.de inof ſi. teſta. l.ſiquis filium. in fi.l.ſcimus.§.illud. in prio,C.eo. & tamen ſi agens negligentia caruerit,ſecus.l.contra maiores.C. eo. & ibi not. glo.

Et facit etiam ad propoſitum , quia iteratio fieri non,debet arg.in.l.e.3.in §. fi. ff. nau. caup. ſtab. niſi ex cauſa. l.de die.§.ſi fideiuſſor. ff. qui ſatiſd.co.l.licet.§.ea obligatio,iuncta glo.dedit,

21 ff. de procu. † in tantum, ut Doctor etiam hac de re debeat examinari, ſi auditor facti palatij efficiatur, quod eſt quotidianum, & ita de facto obſeruat,Bal.teſte in c.ſcriptum.in 2.col. de ele. ſed hic eſt cauſa,ergo.& certè quæſtio hæc de in dubitabili eſſe uidetur, quia notarij ſunt hodie (ut dixi)loco argentariorum : uerum ſi millies inſtrumentum amiſſum ſit, millies peti poteſt, ut exhibeatur,ſecundum Bal.in l.2.in 4.not.C. de diſcu.lib.10. ergo & argentarius hic tenebitur,ſi ſemel rationes amiſſæ fuerint, uel aliter nõ poſſit petitionis tempore actor ex eis inſtrui.

Item, & ſecundò, acta exhibẽda ſunt hoc caſu,ut concludit Pau.de Caſt.in l.uel uti.in §.hæc uox.ff. eo.

Imò plus, & tertiò,quod nec poteſt de negligentia,agens imputari, ut alibi in ſimili in l. pro pter.in §.nepiis,ff.ad Silla.ubi nepiis, ſciẽs auiã interfectam,quia mortem non uindicauit, priuatur non ſolum bo.poſſeſſione,quam petierat in bonis eiuſdem,uerum etiam fideicommiſſo, quod ſibi debebatur à prædicta ex alio teſtamento, non autem ſi negligentia bonorum emolumentum amiſiſſet.

Quibus tamen facilè reſponderi poteſt, & di ci ad primum id eſſe in inſtrumentis uerũ , quia maiorem et ſolemnitatẽ requirunt, antequã exhibeant,maximè partis citatio,iudicis auctoritas & iuramentũ petẽtis, qđ nõ eſt in rõnibus, ut in d.§.final.& in l.final.in fin.ff. de boo.aucto. iudic.poſſ.& in l.fina.ff.de tabu.exib. & quia no tario edẽti nõ nocet, ut argentario ſecundũ Bal.

in d.l.ne caſu.conſiderando quoque, quod au-ctoritate, & utilitate illius officium publicum eſt, ſine publicā habet cauſam, iſtius autē utilitate tantum.l.argentarius.§.2. ff. eo. tradit idem Bal.in l.inſtrumenta.C.de fideicom.

Ad ſecundum uero, quod id etiam in actis procedit ſpeciali iure, ex quo facta ſunt communia.l.2.infr.eo.l.1.§.edenda.ff.eo.l.ſerui electione.§.1.ff.de lega.1.& ad tertium denique, quod non intelligitur de negligentia propriè, ſed de ignorantia facti potius, quæ etiam prudentiſſimos fallit.l.2.ff. de iur. & facti igno.c.1.de conſti. in 6. & ita in l. hæredem. ff. de his quib. ut indi. not.

Nihilominus tex.clarus eſt in rationibus loquēs in d.l.ſiquis ex argētarijs, in d.§. fi. cum l. ſeq.ff.eo. igitur ut prius tenendum eſt, & amplius declarandum, quod ſpectet probatio caſus actori, qui ipſum allegat, & ea rōe ſibi edi iterū petit l.publicati.C.de teſta.l.3.§.ſi ad diem.l. qui commeatum.ff.de re mil.l.2.ff.de proba.& not. quoque in d.§.fi.

¶ Quæſtio 1.2.cauſæ.

Verum iuxta prædicta quæritur, quomodo
22 caſum actor probabit, † quoniam eſt iuramentum, & teſtes inde, quibus hoc ipſum commodè, & regulariter fieri ſolet.

Bar.in l.emācipatione.in 1.lectu.C. de fi. inſt. ſentit, iuramento probari debere, teſtatus amplius hoc eſſe generale in omnibus caſibus, in quibus ſcriptura neceſſariò deſideratur, & eſt arg.in l.fi.C.eo.

Cuius opi.probo. etiam ratione ſolida, quia in materia exhibitionis quoque præſtari ſolet, & fieri ſummaria probatio regulariter. caſus eſt in l.theſaurus.ff.ad exhiben.& in l.3.in §.ſciendum.ff.eo.imò & ſecundo loco, quòd maximū dirimendarum litium remedium dicitur.l.1.ff. de iureiur. & magis in terminis uidetur caſus tertio in d.l. prætor.in §.ſed & ſi ſeruus.ff.eod. ubi ſi ſeruus inſcio Domino rationes fecerit, ſatis erit ipſum dominū iurare ſe eas non habere.

Sed tamen contrarium uerius eſſe uidetur: oſtendo, quoniam certum eſt, ſi pbationis fiat mentio in lege, quod debet ſemper intelligi de probatione legitima. ita Bar.in l.Lucius.ff. de cōdi.& dē.& not.in l.1.C.de prob. & i c.Michael. de fil.præsby.eſtque argu.in l.1.in §.qui in perpetuum.ff.ſi ager uectiga.uel emphi. pet. ſed in d.l.ſi quis ex argentariis, in §.fin.præalleg. lega, ff.eo.fit mentio probationis: ergo.

Nec ob.contraria, quia in d.l.theſaurus, & in d.§.ſciendum. non agitur de probando caſum, ut hic, ſed tantum an interſit petentis, ſibi aliqd exhiberi, & ubi de modico agitur piudicio, hic autem de magno, & in actione ad exhibēdum, in qua ſummatim cognoſcitur. d. §. ſciendum. adeo, ut adduci non meruerint ad propoſitum. & minus, quod iuramentum ſit maximum dirimendarum litium remedium, quia uerum eſt, ſi à parte parti, uel à iudice deferatur, caſu quo plena aliàs non deſideretur probatio, ſed hic deſideratur, ut uerba indicant, à quibus recedere non debemus.l.non aliter.ff.de lega.3.ergo.

Nō denique tertium, & ultimum, quia id eſt ſpeciale, cum uult aliquis ſe purgare, ut ſibi iuramentū deferatur ab effectu etiam purgationis ſic appellatum, quod nihil commune habet cū his, quæ ad præſens diſputamus. & not. in d.§. ſed & ſi ſeruus. & in ſimili in l. præſenti.C.de his, qui ad ec. con. & in l. Marcellus. ff. de acrer. amota.

Vel diſtinctionis fœdere, opi.cōcorda, & dic quòd utroque modo probari poſſit, & iuramento, & teſtibus: ſed effectu differre, quia ſi iuramēto probabitur, iam non debebit fieri editio amplius quàm ſemel: ſi uero teſtibus, tūc fiet ſæpe, ut not.in d.l.ueluti.in d.§.hæc uox, alleg. etiam ſuprà.ff.eo.

¶ Quæſtio II.

Secundò quæritur, an prædicta cauſa proce-
23 dat tam in uoluntaria editione † quā neceſſaria indiſtinctè.

Videbatur prima facie dicendum, quod ſic, quia ſi ſemel edidit, non eſt ratio, cur ad id rurſum etiam, & ex cauſa quidem non teneatur. l. pater.§.quindecim.ff.de lega.3.

Secundò, quia edens uidetur uoluiſſe ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis.l.hęredes mei. §. cum ita. ff.ad Treb.l.cum acutiſſimi.C.de fideicom.l.cum auus. ff. ad Treb. ut cū cauſa iterum ederetur, quæ in quacunque diſpoſitione ſemper excipitur, ut dicebam ſuprà, in tex.& nouiſſimè probatur in l.ſiquis ex argentarijs.in §.fi.ff.eo.

Tertiò, quia lex magis fauet ei, qui ex neceſſitate facit actum, quàm ei, qui facit ex uoluntate, l.ſi fideiuſſor.§. ſi neceſſaria.ff.qui ſatiſda.co. ſed edens ex neceſſitate, iterum edere tenetur, & cū cauſa, ut ſuprà, ergo & multo magis ſi ex uoluntate.

Conſiderando etiam, & quarto, iura ſimpliciter, & indiſtinctè loqui, non faciendo differentiam inter uoluntariam, & neceſſariam editionem, ita, ut reſtringi minimè debeant, uulga iuribus.

Quintò, & ultimò, quia materia hæc, eſt in æquitate fundata.l.prætor.ff. eo. & dictum fuit ſæpe: uerum æquitas hoc ipſum dictat, tam in uoluntaria, quàm in neceſſaria, ergo.

Sed tamen contrarium uerius eſſe uidetur, ut in neceſſaria tantum procedant.

Et hoc, quia ſufficit ſi in paucis amici laboribus conſulatur, l.tutori. C.de nego.geſt.l.boues §.hoc ſermone.ff.de uerb. ob.& eſt arg.in l.fi.C. ne ux.pro ma.& in l. cum de indebito. ff.de pb.

Secundò, quia in ſimili ſi ſtatuti neceſſitate compromiſſum factum ſit, & terminus expiret, iterum fieri debet, non autem ſi ex uoluntate.l. fideicōmiſſa.§.hæc uerba, & ibi not.ff.de lega.3.

Tertiò

Tertiò, quia aliàs actus neceſſarius à uoluntario non diſtingueretur, haud dicendum. d. l. ſi fideiuſſor. d. §. qui neceſſaria. ff. qui ſatiſd. co. arg. in l. ſicut. C. de actio. & ob.

Quartò, quia agitur de argentario edente obligando, ut patet ad ſenſum. ergo de editione neceſſaria tantum intelligimus, quoniam ſui natura obligationes ſunt odioſæ, & conſequenter reſtringendæ. l. id, qđ. de reſcin. uen. tradit Abb. in c. cum clerici. in fi. de uerb. ſi.

Quintò & ultimò, uidetur caſus in l. prætor. in prin. ibi cogatur. & in l. ſiquis ex argentariis, in §. 1. ff. eo. ibi, cogentur & ſucceſſores. in qbus iuribus de editione neceſſaria mentio fieri uidetur, & ſucceſſiuè in d. §. fi. ergo non in uoluntaria prædicta ſibi locum uendicabunt.

Nec ob. adducta in contrarium, quia fallaciã habeo: & ad primum dici poteſt, uerum eſſe, ſi ſemel editæ fuerint neceſſariò, non ſi ex uolũtate libera edentis. & ut latius in aliis lectu.

Ad ſecundum uerò, quod antecedẽs uerum eſt, conſequens autem falſum: & iam probauimus, nec repeto.

Ad tertium dico, quod regu. non eſt generaliter uera. patet, quia ratihabitio, ex quo depender à mera uoluntate ratũ habentis, poteſt fieri etiam in abſentia, mandatum autem, & contractus non, quia actus neceſſarii ſunt, & obligãt. ita Bar. in l. Pomponius. in ii. col. ff. de nego. geſt. quem, licèt ad aliud, etiam ſ. induximus, & ut plenius ſcripſi in d. §. qui neceſſaria.

Non ob. quartum, quia imò differentia fieri uidetur, ex quo in iuribus poſtremo loco allegatis, de editione neceſſaria tractatur, quæ uoluntariam abſq; dubio non comprehendit. l. cum prætor. ff. de iudi.

Non quintum deniq; & ultimum, quia antecedenti admiſſo, conſequens audacter negabo. d. l. tutori. C. de nego. geſt. & eſt opi. æquior.

Et pro complemento conſidera, quod non alia, quàm neceſſaria, editio eſſe poteſt, ſi non præciſa, cauſatiua ſaltem, quia edit ex neceſſitate officii. l. argentarius. l. quædam. §. nũmularios. ff. eo. & eſt argu. in l. nouiſſimè, & ibi Bal. ff. quod fal. tu. autho. & in l. fi. ff. de ſepa. Niſi replicetur, in argentario uerum eſſe, ſed non in alio edente uoluntariè.

Quæſtio III.

Tertiò quæritur, ſi caſus legitimè probatus ſit ut ſupra p teſtes, & non per iuramentum: an
24 ſæpe † editio peti poſſit.

Videretur dicendum, quod non, infinitatis uitandæ gratia. l. ſi finita. cũ uulga. ff. de dã. infec.

Et eſt ſimile in l. edita. C. de eden. ubi, in editione actionis, hac de re haud admittitur uariatio. ergo nec multiplicata editio in caſu noſtro.

Tertiò & ultimò, quia ſermo ſimpliciter prolatus intelligitur de prima uice. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de uerb. ſig. tradit Bar. in l. licet. ff. de iu. do. & in l. dotis. eo. titu.

Tamen contrarium mihi uidetur uerius, ut etiam dixi ſ. in 1. q. huius. 2. cauſæ, in fi. & hoc nouiſſimè, quoniã qua ratione motus eſt legiſlator decidendo, ſi caſu amiſſæ ſint, ut edantur ſemel, eadem implicitè determinaſſe uidetur, ut edantur ſæpe.

Secundò, quia aliàs legitima probatio à ſummaria non differt, haud dicendum, ſecundum Pau. in d. §. hæc uox. ergo.

Tertiò & ultimò, quia hoc idem æquitas dictare uidetur ſi agẽti nõ poteſt culpa imputari, ut dicebã ſ. & probatur in d. l. ſi quis ex argẽtariis in d. §. fi. ff. eo.

Nec ob. contraria, quia infinitas hoc caſu tolerabilis eſt, cũ (ut dixi) petenti nihil imputari poſſit, iuxta not. in l. fi. C. de ſacroſanc. ec. & eſt argu. in l. ſi ita ſtipulatus. ff. de fideiuſſo.

Quod etiam ſecundum tollit, quia culpa ibi agenti poterat imputari, ex quo lite conteſtata, res deſijt eſſe integra.

Tertium fallax eſt, quia regula illa procedit de rigore, non de æquitate, ſecundum Bart. in l. hæc conditio. ff. de condi. & de. Verum hæc materia, ut ſæpe dictum fuit, in æquitate fundata eſt. d. l. prætor. ff. eo. ergo.

Dubitatio III.

25 Tertiò dubitare contingit, nunquid alia † ſit cauſa, qua teneat reus edere actori rationes ſuas. Bar. hic concludit, quod ſic, ſi ipſis ſit in iudicio uſurus, per tex. in l. 1. in §. edenda. ff. eo. ubi edenda ſunt omnia, quibus quis apud Iudicem uſurus eſt, nec habet dubiũ, ut dixi in 1. & 2. lectu.

Adde nouiſſimè, non ab re, quia tunc poſsũt dici communia: communia autem eduntur neceſſariò. l. 2. infra. eo. l. fi. ff. de fi. inſtru. c. quoniã contra, de proba. ergo. & communia dixi, ſi non actu, ſaltem potentia, quæ cùm ſit ad actum deducibilis, actus eſt. l. quæſitum. §. illud fortaſſis. ff. de lega. 3. l. pe. ff. de mili. teſta.

Et quia poſtquam edita ſunt, reus uidetur fateri omnia in eis contenta, ſecundum Bar. in l. poſt legatum. in ii. col. ff. de his quib. ut indi.

Et idem in indulgentiis, & priuilegiis inquit Bal. in c. contingit. in 1. col. de fi. inſtru. ſubiiciẽs ſi ipſe reus renunciat productioni inſtrumentorum, quod edere non tenetur, ex quo eis nõ eſt uſurus. Et plus, quod ſi hoc caſu non edantur, appellari poteſt à denegatione editionis, eodem Bal. teſte in c. perpetuus, in priu. eo. titu. ſignãter in inſtrumentis cõmunibus loquens per illum tex. Vel & melius, agi actione in factum ad intereſſe, ut infra, & in l. ſi quis ex argentariis. in §. ex hoc edicto. ff. eo. & dictum quoq; fuit ſ.

Cum declaratione tamẽ, ipſum ad hoc teneri, ſi edenda habeat præ manibus & in promptu, uel habere poſſit facilè, quoniam aliàs procederetur in cauſa, & ſuo loco producerentur, quod uſq; ad concluſionem in cauſa fieri poteſt, ut not. declarat Inno. in c. 1. in fi. de proba.

Sed moueo difficultatem. certum eſt (ut dice

bam

bam in.ii.lectu.)elici hoc idem non poſſe, diuinando, ſed ita demum; ſi earum mentionem fecerit reus in libello exceptionum ſuarum. l. poſt quam. §. ſi dies. & ibi Bar. ff. ut lega. no. ca. ergo editio fiet ad replicationem actoris fondādam, quod eſt regulare, quia hoc caſu reus eſt. l. 2. ff. de excep. & replicatio, exceptio, habens ſe ad exceptionem, ut exceptio ad actionem, ſecūdum Bar. in l. ſi ex falſis. in 1. col. C. de tranſac. & in l. ſiquis ad ſe fundum. in. 2. C. ad legem Iuli. de ui pub. & de materia ad propoſitum in l. fi. infra. eo. ubi plenè Alex. & alij, ergo cauſa non uera, q̃ reus teneatur edere actori. ad originem petitionis fundandam hoc caſu.

Ad idem difficultatē moueo, quia ſi uſuras eſt, debent regiſtrari: ergo de actis. acta ſunt cōmunia, ergo nimirum ſi edi debent. d. l. 2. infrà, eo. c. quoniam contra, de proba. ergo Bar. concluſio indubitabilis tamen ſol. & intellectus cōmunis eſt ad motiuum glo. & tenendus, quod in rationibus priuatis loquatur, & mulier edere non teneatur, niſi ex cauſa ſi ipſis in iudicio ſit uſura. d. §. edenda.

¶ Dubitatio 4.

Quartò dubitare contingit, quid in fiſco agē
a 6 te, nunquid cauſa hæc ſ potiſſima ſit, ei edi debere.

Videretur dicendum, quòd ſic, ut etiam poſt Vltramonta. hic Bar. inquit, no. 4. ex quo eſt perſona ualde priuilegiata. patet, quia in rationibus fiſcalibus compenſationem non patitur. l. in ea. C. de compen. & tamen ſecus eſt in pupillo, qui patitur eam in rationibus tutelaribus. l. ſi tutores. C. eo. ergo magis priuilegiatus, quàm pupillus, quod tamen eſſe non deberet, ut ibi per Bal. eſtque arg. in l. ſi apud. ff. de mino. idem Bal. in c. in præſentia, à ſimili, de proba.

Ad idem & ſecūdo, comminationes iudicū non ualent, niſi eorum contemptum reſpiciat. l. ius alimentorum. §. 1. ff. ubi pup. edu. debe. & ibi not. Iacob. de Are. arg. in l. ſi familia. ff. de iur. o. iud. & tamen eiſdem permiſſum eſt terrere litigantem, ad commodum fiſci. l. ſiquis dicat. ff. de manu. tradit Bal. in. l. 1. C. commi. uel epiſ.

Cuius obligatio quando de bonis debitoris contēdit (& 3.) præſomitur etiam præceſſiſſe, ſi bona ipſius eadem die uendita ſint, & obligata, ut per Bal. in l. ſi debitor. C. de iure fi. & not. in l. debitor. C. de iure fi. libro decimo.

Quartò facit, quia ſi non ederentur, iam inter eum, & priuatum differentia minimè conſtitueretur, haud dicendum, argu. in l. 3. ibi, cur non in milite diuerſum. ff. de mil. teſta. patet in ſimili ultra adducta alias, quia magiſtratus, & Tabellio utilem mihi actionem quærit, nec eſt ceſſio neceſſaria. l. 1. §. exigere. ff. de mag. conu. & tamē in procuratore ſimplici ſecus. l. io cauſæ. §. fi. ff. de procu.

Sextò, quia regolare eſt, ſi non edantur inſtrumenta ad cauſam fiſci pertinentia, ut præſumatur ſubtracta. l. 2. §. diuus. ff. de iu. fi. & ultimo, in terminis uidetur caſus in l. ne quiſquam. ff. eo. ubi quis fiſco edere tenetur, nō alia ratione, niſi, ut ſupra, quia priuilegiatus eſt: quod tamē intelligi debet uerum in inſtrumētis ad cauſam facientibus, quia alia edenda non ſunt, ut etiam habetur in d. l. 2. & quando ſolum hoc diceret, opi. iſtam probaret abſque dubio, ex quo exceptio in uno caſu, firmat regulam in non exceptuatis, ſumendo argu. etiam à contrario, quod in l. frequens eſt, & probabile, uulga. l. 1. ff. de of fi. eius. & eſt etiam pro iſta inductione argu. in l. qui teſtamento. ff. de teſta.

Attamen contrarium uerius eſſe uidetur, quia in dubio ſemper eſt contra fiſcum iudicandum. l. non puto. ff. de iu. fi. l. cum ratio. §. fi. ff. de bo. dam. l. 1. C. de ſec. nup. l. 1. §. pe. C. de. cad. tol. ea ratione (ut Ptholomæus dicebat) quia longe melius eſt, & magis regale, homines locupletare, quam locupletari, & hominum adiectione ipetiū augere, q̃ pecunia & copia, ut i. d. §. 1. & maximè, quando tractat de lucro, priuatus uero de damno, quoniam huius cauſa potior eſt. l. in ſumma. ff. eo. arg. in l. fi. C. de codicil.

Secundò, quia fiſcus etiam utitur iure priuati. l. item ueniunt. §. in priuatorum. ff. de pet. hæ. melior tex. io l. quod placuit. ff. de iu. fi. Nec debet eſſe in eo ſpecialitas, niſi quatenus iure caotum inueniatur. l. 1. & ibi Cy. Bal. & oēs. C. de pē ti. hær. Goi. Papę deci. 536. de cōſuetudine col. 2.

Tertiò, quia legatis alimentis, ad ea etiam tenebitur, ſi fuerit ſucceſſor ultimus, nec eſt in eo aliqua ſpecialitas. l. 2. ff. de ali. & ciba. lega.

Quartò, quia nec proprijs rationibus creditur, ſicuti nec priuatorum. l. exemplo. C. de proba. imò quod plerunque eſt deterioris conditionis, quàm priuatus. l. fi. ubi no. gl. C. de ſacroſan. ecc. & facit, quia priuatus intra dies 30. poteſt obijcere exceptionem nō nu. pe. fiſcus non l. 2. & ibi Luc. de Pena no. C. de conue. fi. debi. libro decimo, ad fi.

Quintò, & ultimò, quoniam lex generaliter loquens includit perſonas etiam alijs caſibus priuilegiatas. l. in fraudem. §. fi. ff. de mili. teſta. ſed lex generaliter loquitur hic, reum ad editionem non teneri, ut fundet intentionem agentis. l. ſi quando. C. de dila. l. nimis graue. C. de teſti. l. fi. infra, eo. c. 1. de proba. ergo etiam fiſcus includetur.

Et hæc pars uidetur uerior, quæ nouiſſimè eſt probatur, quia fiſcus agens nō eſt priuilegiatus. l. in ſtrumenta. infr. eo. ergo multo minus patiēs. l. 1. & ibi Bar. ff. de regu. Cato. facit regu. l. relegatorum. §. cōſtitutum. ff. de inter. & rele. & quia dato uno inconuenienti, non debet dari maius, ut inquit Bal. in l. lego, in fi. C. de legi. hæ. l. 1. C. de dot. promiſſio. nec ob. primū ſecundū, & tertium adducta in contrarium, quia dicam, uera eſſe in caſibus illis. l. fi. & ibi Salice. in ſimili in prin. C. de iu. do. d. l. in fraudem. proximè alle

ga. §. fi. ff. de mili. teſta.

Noo ob. quartum, quia differunt in caſibus à iure expreſſis: iſto autem non, d. l. fi. C. de ſacro, ſanct. ec. & eſt rationabile, denerqne ſufficere. l. tutori. in argu. tamen, C. de oeg. geſt. ibi, ſufficit autem ſi in paucis amici laburibus, &c.

Non ob. quintum, quia dici poteſt, aliis reſpooſionibus omiſſis, quomodo: etiam ſextum tollitur, iura ipſa intelligi debere in replicatione, ex quo fiſcus intentionem habebat fundatam ex denunciatione delatoris, & probatione quam facere debet. l. extat. ff. de iu. fi. l. fiſcos. §. fi. ff. eo. l. iiii. C. de dela. lib. x. quo caſu ſemper reus tenetur edere actori, ut proximè dixi, & oot. in * l. fi. infra. eo. & eſt communis. * opi. & ſic utrobique erit idem quod in priuato.

Et non ab re, quia lex debet eſſe fundata (niſi aliud dictum ſit) in diſpoſitione iuris cõmunis, & noo particularis. l. leges. C. de legi. c. erit autẽ lex. iiii. diſtinc. d. l. in fraudem. §. fi. de mili. teſta. & ita arguit Alex. in l. diem functo. in 5. col. ff. de offi. aſſe. per. bo. tex. in §. quibus. in 1. cõſti. Codi. & in l. neque. C. de decu, libr. x. Addo ego aliom in l. 1. in prin. ff. de offi. eius, & in §. planè. inſti. de iu. natu.

Vel dicamus, id ueritatis inueſtigandæ gratia inductum fuiſſe, & odio delatorum, falſo plerunq; probantium, ut punirentur, ſi ueritas ſe aliter haberet. argu. in l. 2. & in l. non eſt nouũ. & in l. iuſtum. infra. eo.

Vel quod ſi hæres regulariter edit inſtrumentum teſtameoti legatorio legatum petenti. l. ſi legatum. ff. eo. ea ratione, quia ſolet ipſius habere exemplum. multo magis edet fiſco bona uendicanti ſibi delata. & ita tenen, quicquid aliàs dixerim.

Vel, & quartò, reſponderi poſſet, quod cum hoc caſu procedatur, per inquiſitionem, ex quo cauſa eſt fiſci. l. ſi uacantia. C. de bo. ua. lib. x. l. 1. C. de hæ. uel. ac. uen. Alex. in l. 4. in §. hoc autem iudicium, col. 1. ff. de dam. inf. nec iudicium conſiſtat ex tribus perſonis, ut eſt regulare. c. forus. de uerb. ſig. not. in rub. extra de iudi. non eſt in conſideratione, neq; agi uidetur de editiooe facienda à reo actori ad eius petitiooẽ fundandã.

Vel, & quintò, quod in his cauſis proceditur de facto. l. miſſi. C. de exac. tribu. lib. x. tradit Bal. in d. l. 1. in 2. col. C. de hæ. uel ac. uen. Pulchrè cõſilio. 238. ad ueritatem, in prin. uol. 1. ergo non de iure, quòd eſt, ut reus nõ teneatur edere actori rationes ſuas ad originẽ petitionis fundandã.

Et ſi in fiſco eſt ſpeciale, poteſt dici quod ſit ſpecialitas his caſibus. Vel quod loquatur in criminalibus, ut ſenſit glo. in l. 2. infra. eo. & in d. l. 2. i §. diuus. ff. de iu. fi. & indicat ſupraſcriptio, q̃ eſt Modeſti. lib. 2. de pœn. Abb. in ca. auaritiæ. de præben. & ſi diceretur, neminem ſe ipſum prodere debere, quodq; delatoris onus eſt probare. l. extat. ff. de iur. fi. replicabo, quæſtionem fuiſſe in d. l. ne quiſquam. inter fiſcum ſeu delatorem, & tertium: & ceſſabit obiectum. Cogita tamen, quia conſuodi hoc idem uidetur per tex. in d. l. 2. in §. itẽ diui fratres. ff. de iu. fi. & ſolidius dic, ut ſupra.

ADDITIO.

Si uelles tamen tenere, quod ſit ſpeciale in fiſco, poſſes ſic probare, & fundamentum ſatis reale uidetur.

Omne id, quod ĩ fiſco diſpoſitum reperitur, ſpeciale eſt, & ad priuatos non trahendum, ſi diſpoſitum ius commune non contineat. tex. ẽ in l. 1. & ibi Albe. hoc ipſum uor. C. de peti. hæ. l. quod uero contra. l. ius ſingulare. ff. de legi. ſed in l. ne quiſquam. ff. eo. de eden. diſpoſitum eſt in fiſco contra ius commune, quod reus edat rationes ſuas, & inſtrumeota ipſi, ſeu delatori agẽti, quod eſt contra ius commune. l. qui accuſare. C. eo. l. actor quod aſſeuerat. C. de proba. l. ſi quãdo. C. de dila. ergo. Cogita.

Dubitatio. V.

Quintò, dubitare contingit, quid in exercẽte
27 fœnus, ſiue uſurario. † an petẽti edere teneatur, Bar. hic pariter concludit poſt. Iac. Butrig. quod ſic, motus per tex. in clem. 1. in §. cæterum. de uſu. ubi caſus clarus.

Et non ab re, qm̃ ſimiles nòo facilè conuinci poſſunt de uſuraria prauitate, ut ibi dicitur: ex quo contractus ineunt occultè, & dolosè. & in ſimili facit text. in l. conſenſu. C. de repu. & in l. ſi qñ C. de unde ui. Anch. in d. §. cæterũ, in princ.

Unde contra clandeſtinè contrahentes matrimoniũ, alibi quoq; prouiſum eſt, ut ſi in gradu prohibito id faciant, proles legitima haud ſuſcipiatur: & ſi in permiſſo, peccẽt mortaliter. c. fi. §. 1. & 2. de clan. deſpon.

Et alibi contra ementes rem furtiuam, ut participes fraudis eſſe dicantur. l. inciuilem. & ibi Bar. C. de fur.

Et alibi contra patrem filium emancipantẽ, ſi diu occultata fuiſſet emancipatio. l. 1. §. is quoque. ff. de colla. bo. tradit Bal. ĩ l. fraus. ff. de legi. & plura huiuſmodi ſunt, quæ non refero. Bald. pulchrè in l. ſi is qui. in fi. ff. de acqui. hæ. & cõſi. 311. quidam. col. 1. uol. 2.

Et nota deteſtabile eſſe, ſi hoc modo fiat actus etiam à lege permiſſus. l. fi. ff. de ritu nupt. ubi qui affinem duxerit, leuius punitur; ſi palam
28 id fecerit, ſi clam grauius (clam † . u. aduerbium à clauibus deriuatur, quia quæ celare uolumus, claudimus, ut inquit Val. Flac.) quem tex. ſic declarat Areti. in c. fi. in 2. colu. de accuſa. ergo & multo magis ſi fiat, qui nullo modo fieri debet, nimirumq; ſi rationes edantur. & alibi uẽditio ſimulata, ante delictum facta, ut potè clãdeſtina nõ officit fiſco. l. ſi is qui, & ibi Bal. ff. de acq. hær.

Sed dubiom facit, hoc idem ſpeciale nõ eſſe, quoniam librum ac rationes conficit ex neceſſitate officij, eiq; ſi non expreſsè, ſaltem tacitè demandatum uidetur, ut ſentit Abb. in ca. 1. in v. col. de proba.

Vel & ſecundo dicamus, quod nō teneatur, quia ille quod ſit ita legibus odioſus, non eſt, iamis legibus ciuilibus, ſed canonicis tantum, & uſuraria prauitas inde prohibita, utriuſq; teſtamenti pagina, ſed iure ciuili permiſſa. c. ſuper eo. de uſu. l. eos. C. eod. dummodo fœnus improbum non ſit. l. improbum. C. ex quib. cau. infa. irro. id eſt ultra legitimum modum, de quo in d. l. eos. Et pro intelligentia ſciendum eſt, quod alia centeſima dicitur quando æquatur ſorti in fine anni, alia pupillaris, quæ pōt pupillus pro ſua conditione ſtipulari: alia ex conſuetudine regionis. l. tutor qui. §. ſi poſt. & ibi glo. ff. de admi. tu. ergo non omnis prohibita. & apparet, quia cenſura eccleſiaſtica compellitur, ut i d. §. cæterū.

Tertiò, quia forte hoc idē procedit, ſi de uſuraria prauitate agatur, nō generaliter omni alio caſu, quod tum ex natura tituli arguitur, tum ex uerbis in d. clem. prolatis, & quia non aliter ſubiecta materia dictabat. l. Imperatores. ff. de in diem ad l. Labeo. §. idē Tubero. ff. de ſup. le. l. ſi uno (ſingula ſingulis referendo) ff. loca. & adhuc expreſſe dicitur in d. §. cæterum.

29 Quartò, quia ſatis eſſe uidetur † quod reddantur uſurarii inteſtabiles, ex diſpoſitione c. quanquam. de uſu. in 6. abſq; eo etiam quod afficiantur incommodo, ut teneantur edere rationes ſuas actori, ad originem petitionis fundādam, argu. in l. diuus. ff. de offi. præſi. & in c. cum percuſſio. 7. q. 1.

Quintò & ultimo, quia ſi rationibus non ſtatur per eis. l. inſtrumenta. l. rationes. l. exemplum C. de proba. not. in l. quædam. in §. nūmularios. ff. de eden. non debet etiam ſtari contra eos, quod utiq; eſſet, ſi edere cogerētur. l. fi. ff. de legatis 3.

Quibus tamē nō obſtantib. à prima opi. haud eſt recedendum, quia re uera tex. in d. §. cæterū. cauillari non poteſt.

Nec primum adduci meruit, quia id eſt uerū ſecundum intellectum quorundam, à quo tamen recedimus deciſione d. §. cæterū. fundamus ſe i ſpeciali ratione, ut ſ. quæ efficit, ut ſpecialis ēt ſit deciſio. §. quibus, in prima conſti. Codi. §. planè. Inſti. de iu. na. & ut latius dicebam proximè, nec habet dubium. & hinc eſt, quod à ratione regulatur dictum, ſi maximè finalis ſit, & ſcripta in lege, ut ibidem: quodque ceſſante hac ratione, ceſſat lex, non ſi fuerit impulſiua. l. 1. §. ſexum. ff. de poſtu. l. cum tale. §. pe. ff. de condi. & de. latè Bal. in l. 1. in v. col. ff. ſol. matri.

Multoq; minus ſecundum, quia imò odioſus erat etiam iure ciuili, quamuis ſub quadam diſſimulatione uſuræ permitterētur, maioris mali uitandi gratia, quia abſurdum toleratur, ut uitetur abſurdius: & de duobus malis minus eſt eligendum. l. ita uulneratus. ad fi. ff. ad legē Aqui. l. in concubinatu. ff. de concubi. declarat Bar. in l. conctos populos. au. v. C. de ſum. tri. & eſt ſimile in lege, permittente patrem filiam adulterā, uel maritum uxorem, interficere: quæ & ſi permittat, l. patri. l. quod ait lex. ff. ad legem Iuli. de adulte. l. Gracchus. C. eo. & ratione quidem, de qua in l. nec in ea. & in l. ſi adulterium cum inceſtu, in §. Imperatores. ff. eo. non concedit tamē diſpenendo, quia non eſſet lex, præbendo occaſionem delinquendi. l. prima. & 2. ff. de legi. l. conuenire. ff. de pac. dota.

Non ob. tertium, quia nec aliter intelligi pōt, cū nō conficiantur rationes, niſi dicto prætextu.

Non quartum, quia uerum eſſet, quādo legē non haberemus, ut d. §. cæterum. ita expreſſe dicentem, taliter ut ſicut iſta ſimul, quòd inteſtabilis reddatur in mortis articulo, niſi reſtituat uſuras, illicitè extortas, & iuxta formam d. c. quanquam. latius, & quod ad editionem teneatur. l. proſpexit. ff. qui & à quibus. ex. in ſtis. illi. diſtinc. arg. notatorum in d. c. cum percuſſio.

Non quintum deniq; & ultimum, quia fallaciam manifeſtam habet, contra eos ſtari: probetis autem non, ut in d. §. cæterum. not. quod in alus locum etiam habet, ſecundū Bar. in l. nuda ratio. ff. de dona: & in l. quædam. in §. nummularios. ff. eo. & ideo ab oppoſitis argu. factum nō procedit, quia ſi odio ipſorum inductum eſt ut edere compellantur, & contra ipſos probent, multo magis inductū uidetur, ne poſſint ex eis fundari. & minime mirum, quia uidemus in ſimili etiam, quod pr ſtipulatur filio emācipato, & tamen è contra, filius non ſtipulatur patri, ex quo notum non eſt par, l. quod dicitur. & ibi
30 Bart. in ultim. col. ff. de uerbo. ob. quodq; † iuramentum non eſt regulariter modus inducēdæ obligationis. l. ſi qs pro eo. ff. de fideiu. & tamen eſt modus tollendæ. l. duobus. §. à fideiuſſore. ff. de iureiu. ex quo uno caſu id ipſum liberationis fauor ſuadet, alio autem non. & quod denique actio commodati tollitur ipſo iure per cōdictionem furtiuam, è contra uero ope exceptionis, ex quo condictio eſt plenior. ita Bartolus. in l. ſi is cui. ff. de fur.

Quæſtio. 1. v. cinſæ.

Et prædicta in ſe uerißima ſunt, ampliādo ea,
31 ſiue publicè exerceat fœnus, † ſiue clam, & etiā ſi exercere ipſum deſiſtet, ut in aliis lectu. dixi. Sed quæritur, an ad tex. noſtrū poſſint applicari.

Idem Bar. hic, ſentit quod ſic, quodq; mulier iſta eſſet uſuraria.

Et malè Primò, quia cum opera uirilis ſit. l. fœminę. ff. de eden. hoc ipſum haud eſt uerſimile, & experientia, magiſtra rerum efficax, docet. c. quàm ſit. de elec. in 6.

Secundò, quia in tex. de uſura, aut uſurario, nullum uerbum penitus, ſed de depoſito tantū ꝓbādo ab Aemilio, q ſibi id reſtitui poſtulabat.

Tertiò & ultimò, quia impoßibile uidetur, quod Antoninus, author legis, diuinare potuerit de d. clem. 1. multo tempore poſt à Summo Pōtifice cōdita, uulg. l. iubemus. in fi. C. de teſta.

Et ita tranſeo, & ſi diceretur ad primum, ut dicebam alias, ſatis eſſe, quòd aptitudine talis

eſſe

eſſe poſſint, negabo, qooniam aptitudo eſt, quæ
aliquando poteſt ad actum deduci. exempli gra
tia, Homo eſt qui loq uitur. uerba hæc, in diffini
tione poſita, non reiiciũtur; ex quo exponũtur.
qui loquitur, ideſt qui loqui poteſt. Ad idem, ri-
ſibilis eſt homo, tametſi non rideat ſemper, qa
eſt aptus ridere, & aptus comedere, licet non co
medat, ſi pari modo dicatur, Titius comedit. ita
Abb. in c. maiores. in fi. prin. de bap. ſed aptitudo
in muliere ad actum deduci non poteſt, quia
lex reſiſtit principio, dicens eam operam uirilẽ
eſſe. d. l. fœminæ. arg. in l. 1. in §. ſexũ. ff. de poſto.
& in c. 2. de indi. in 6. ergo.

Minus obſtat rurſum, ſi diceretur ad ſecũdũ,
quod implicite, & uirtualiter præſupponitur in
tex. ex quo depoſitum quoq;, & interdum qui-
dem oſuram præſupponit, quia nõ eſt regulare,
nec attendendum. l. nam ad ea. ff. de legi. l. ſuus
quoque. §. puto. ff. de hæ. inſti. tradit Barto. in l.
quotiens. ff. ſi quis cau.

Nõ deniq; & ultimo, ſi diceretur ad tertiũ,
quod potuit in genere ſaltem cogitare: quæ re-
ſponſio fuit Bar. in l. 1. in 2. col. ff. de con. ex l. &
non ab re, cum lex ſemper loquatur, & ſit in ui
ridi obſeruantia. l. Arriani. C. de hæret. argu. in l.
qui iure militari. ff. de mil. teſta. qa tolerari poſ-
ſet tunc, quando eſſent aliqua uerba de uſura,
aut de uſurario loquentia. Conſiderando ad idẽ
& ultimo, quod cauſa eſt in uſurario, ot edat. d.
§. cæterum. & tamen hic dicitur mulierem hãc
ad edioonem compelli non poſſe. Cogita.

Quæſtio. II.

Secundò quæritur, nunqnid d. clem. 1. in Iu-
32 dæis fœnerantibus locum † habeat.

Videtur dicendum, quod non ex multis, de
quibus ſupra, & in alijs lectu. tum uel maximè
ex eo, quia o ideo, quod ibidem oſurarij ad edi-
tionem compelluntur cenſura eccleſiaſtica, quæ
in Iudæis locum non habet. cap. gaudemus. de
diuor. ergo.

Tamen contrarium uerius eſt, & hoc, quia
eccleſia pro crimine tali habet poteſtatem ſtatuẽ
di pęnam, ſi uult, etiam cõtra infideles. ita Abb.
in d. c. gaudemus. & benè.

Secundò, quia diſpoſitio canonis, generalis,
fundata in æquitate, & ratione naturali, quæ nõ
reſpicit principaliter correctionem peccatoris:
ita infidelem, ut fidelem complectitur. ita Lau-
rẽn. de Rodul. in tracta. uſura. q. 146. quem re-
fert & ſequitur Areti. in conſ. 158. incip. copio
ſe. in 3. col. ſed deciſio d. clem. eſt hmõi. ergo.

Tertiò, & ultimò (ex quo tolletur contrariũ
ſuprà factum) quia eccleſia adhuc indirectè cõ-
pellit Hebræos, ot uſuras reſtituãt. c. poſt miſe-
rabilem. c. quanto. de uſu. & ſic quo ad hoc com
prehenduntur in lege, denegando eis ſcilicet cõ
mercium fidelium, ut in d. iuribus. ergo debent
etiam comprehendi in præambulis, & pertinẽ-
tibus ad reſtitutionẽ ipſam, quæ ſunt rationes
eorum, & codices, ſine qoibus fœnus exercere
non poſſent. Cogita.

Quæſtio. III.

Tertiò quæritur, quare deciſio. c. qoanquàm.
de uſu. in 6. ut ibi concludunt * omnes, locum
33 non habeat † in Iudæis, & tamen hoc caſu, & in
d. cle. 1. comprehendantur, ut ſuprà.

Sol. eſt, & ſine diſputatione quidem uera, qa
reſtituere uſuras, & exhibere rationes præambu
las & pertinentes ad uſuras, ſunt eiuſdem ſpe-
ciei: igitur nec mirum ſi comprehenduntur. Ve
rum quoniam factio teſtamenti diuerſa eſſe ui-
detur, non comprehenduntur in d. c. quanqoã.
argu. in l. in rem. in §. item quæcunque. ff. de rei
uen. & ſimile eſt in delegatione iuriſdictionis,
ut ea quoque oideantur commiſſa, ſine quibus
expediri non potuiſſet, etiam maiora expreſſis,
ſiue commiſſis, dummodo ſint eiuſdem ſpeciei.
l. ex quæ. §. magiſtratus. ff. ad munici. tradit Bar.
in l. 2. ff. de iu. om. iudi. & Areti. in loco proxi-
mè allega. in 3. col. & benè.

Quæſtio. IIII.

34 Quartò quæritur, quid in nauta † caup tione
& ſtabulario, uideretur dicendum, in eis etiam
locum habere quod dicitur in d. clem. 1.

Qnia peſſimũ hominum genus eſſe dicunt,
ſicuti, & uſurarij. l. 1. in fi. prin. ff. nau. cau. ſtabu.

Secundò, quia ſicuti ex neceſſitate officij cõ-
pelluntur omnes recipere. l. 1. §. fi. ff. fur. adoer.
nau. ita debent compelli edere.

Tertiò, & vltimò, quia contra ipſos generalis
eſt præſumptio, taliter, ot teneatur etiam de ca-
ſu, ſecũdum Bal. in l. 1. in fi. C. loca. & propterea
ad editionem compelli omnimodo debent.

Sed tamen contrarium arbitror fore de iure
uerius, qooniam abſque dubio, ratio d. clem. 1.
non uidetur poſſe ad iſtos homines adaptari,
ex quo nec codicem habent rationum, nec tale
officiom gerunt, ut compelli debeant, quemad-
modum uſurarij: aliàs idem in publicanis dice
remus, & ſimilibos. l. quantæ audaciæ. ff. de pu-
blica. quod eſt tamen maximè dubium.

Nec ob. adducta in contrarium, quia primũ
fallaciam habet, nam & ſi peſſimum hominum
genus ſint, cùm tamen non habeant libros, nec
tale officium gerant, quale uſurarij, non debent
etiam comprehendi in caſu d. clem. 1.

Longeque magis ſecũdum, quia benè recipe-
re compellunt, ſed non edere, cum non habeãt,
quod edant. l. decem. ff. de uer. ob.

Non ob. tertium, & ultimum, quia ex prædi-
ctis ſublatum uidetur, conſiderando generalem
præſumptionem allegatam, non propterea ſuec
re, quod ad editionem teneantur, ſed ad caſum
(ut diximos) & teſtatur in terminis Bal. in d. lo-
co, & ita tranſeundum eſt.

¶ Quæſtio. V. & ultima.

35 Quintò, & ultimò quæritur, quid in † merca
toribus noſtri temporis.

Idem Bart. adhuc concluſiſſe uidetur hic, nu.
5. q rõnes edere teneantur, & eſt opi. * cõis.

Et

Et probatur primò, quia ex conſuetudine, quaſi aduerſario mandante, confectæ uidentur. l. nel uniuerſorum. ff. de pigno. ac. l. qui ſemiſſes. §. fi. ff. de uſu. l. Titianus. ff. quod cum eo. tradit Bal. in c. cum olim, in prin. de conſue. & hoc eſt ad propoſitum, quod in ſimili in argentario dicitur, quidquid diſputando tenuerim ſuprà, in l. ſiquis ex argentarijs, in §. ex hoc edicto, & in l. quædam. in §. fi. & in l. prætor, in prin. ff. eo. & hinc dici ſolet, quòd ex cõſuetudine aliquid præſumitur, quod aliàs non præſumeretur, qq; diſpoſitio à conſuetudine regulatur.

Secundò, quia omnes, qui occaſione exercitij rationes conficiunt, eas exhibere tenentur, ut tutor, adminiſtrator, executor ultimæ uoluntatis, & ſimiles. l. fi. §. 1. ff. de libe. lega. l. ſi ita. ff. de ma. teſta. l. 1. §. officio. ff. de tu. & ra. diſtra. l. ſi hæres. ff. de condic. ob cau. l. cum oportet. §. non autem, per locum à ſpeciali tamen, C. de bonis quę libe. ſentit Abb. conſi. 12. incip. caſus, in 6. dubio. in 1. uolu m. ſed mercator eſt huiuſmodi: ergo.

Tertiò, quia editio eſt in æquitate fundata. l. prætor. l. 1. in prin. ff. eo. quæ maximè locum habet in mercatoribus, adeo, ut inter eos agatur ex pacto etiam nudo, ſolennitasque iuris omitti ſemper debeat, ſecũdum Bar. in l. Quintus, & in l. ſi fideiuſſor, in §. quædam. ff. man.

Quartò probatur, quia ſi iurant aduerſario eduntur, quod non calumniæ cauſa edi ſibi poſtulat. l. ſiquis ex argentarijs. §. exigitur. l. quædam. §. nummularios. ff. eo. non eſt ratio, cur etiam edi non debeant à mercatore, ex quo in notario idem quoque legimus. l. fi. & ibi Bar. ff. de bo. au. iho. iudi. po.

Quintò, & ultimò, quia iurant artem fideliter exercere, matriculantur, & ſunt denique publica authoritate approbati. l. fi. C. de iu. o. iudi. aliàs non gauderent priuilegio artis, nec in pertinentibus ad exercitium ſuum, ſtatuta facere poſſent: & tamẽ faciunt, ſecũdum Bar. in l. ex eo. ff. de mili. teſta. & in l. omnes populi. in 4. col. ff. de iu. om. iudi. ergo edent neceſſariò, ut argentarij, notarij, & ſimiles.

Sed multa etiam contra Bar. obſtãt, & ſequaces. & primò, quia in uſurario eſt ſpeciale. clem. 1. §. cæterum. de uſu. dictumque eſt ſupra ſatis. ergo contrarium in cæteris, & quidem de iure uulga. l. ius ſingulare. ff. de legi. conſiderando in effectu, quod non eadem ratio ſit in mercatoribus noſtri temporis, quæ eſt in uſurario, ex quo contractus non ineunt clam, & occultè, ſed palam, & publicè, ita ut facile conuinci poſſint: ergo à ceſſante ratione non tenebuntur edere.

Secundò, & iſtud urget, quia eſto, quod quæ de conſuetudine fieri ſolent pro appoſitis habeãtur. l. fi. C. de fideiu. non habentur tamen ubi agitur de mandato præſumendo, quia notarius ſolet rogari. l. prætor, & ibi Bar. ff. eo. & clarius in authen. de tabel. in prin. & tamen non præſumi

* tur. l. ſciendum. * ubi omnes. ff. de uer. obl. quæcunque. §. fi. ff. de publicia.

Tertiò, quia idem, quod in militibus antiqs, dici deberet in noſtris, & tamen non dicitur. l. miles. & ibi Bar. ff. ex quib. cau. ma. ergo nec de mercatoribus noſtri temporis, quod in argentarijs antiquitus obſeruabatur, teſtatumque reliquere iuriſcon. in locis præallega.

Quartò, quia cum exercitium faciant uoluntarie, rationesque conſcribant, ut negotijs proprijs conſulant, habeantque more diligentiſſimi patrisfam. expẽſi. & impenſi rationem, quemadmodum in ſimili dicitur in l. emptor, in §. Lucius. ff. de pac. ſi ederent, idipſum potius ſibi dãnoſum eſſet, quam utile, & facile mercaturam deſererẽt, quod parum utile eſſet reipu. l. ſiquis ex ſignatoribus. ff. quemadmo. teſta. ape. l. 2. C. quando, & quib. quar. pars debe. lib. 1. l. ſemp. §. negotiatores (ſingula ſingulis referendo) ff. de iu. immu. & cum ſit actus (ut dixi) uoluntarius, eſt argumen. in l. fi. C. ne uxor pro ma. ut non edant.

Quintò, & ultimò, uidetur mihi quòd ſit caſus in l. cuicunque, in §. 1. ff. de inſtito. ubi fœneratoris appellatione non uenit mercator, nec è contra, ex quo, ut diuerſa ponuntur, puncto diuiſiuo in medio poſito loco copulæ, iuxta not. in l. aut facta, in §. o uiri. ff. de pœn. & per Bar. in l. cum duobus, in §. ſi in coeunda. ff. pro ſo. ergo nec compelletur edere, ut fœnerator: quia ubi non cõueniunt uerba legis, eidem nec lex, & diſpoſitio. l. 4. §. totiens. ff. de dam. infec. l. quod cõſtiturum, de mili. teſta. l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accuſa.

Et hæc pars, uti uerior, tenenda eſt.

Nec ob. adducta in contrarium. nõ primum, quia cõſuetudo talis cum ſit facti, ut per Arbe. in l. cum de conſuetudine in prin. ff. de legi. non præſumitur, niſi probetur. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. c. 1. de conſti. in 6. intellige facti, ut pro bando, ut uerba ſonant, quoniam aliàs in diſponendo eſt iuris: ita Bal. in c. dudum, in 2. col. de elec. Imò quod Doctori eam allegãti non eſt credendum. l. iuriſiurandi. C. de teſti.

Tamen aduerte, quia hoc ipſum confundi uidetur per gl. in l. dus à patre. C. ſol. matri. & in l. illam. C. de colla. tradit Bar. in l. de quibus. in repe. nu. 21. ff. de legi.

Eoque magis, ſi notoria ſit, ut in caſu iſto, & notorietate quidem actus permanentis, non trãſeuntis, quoniam non ſolum allegatio Doctoris ſufficeret, uerum etiam cuiuslibet. clem. appellãti, de ap. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem Pollionis. ff. ad legem Iuli. de adulte. & utrobiq; not. & de notorio, quale eſſe debeat, declarat Bart. in l. ſi uero, in §. qui pro rei qualitate, in prin. ff. qui ſatiſda. co.

Nec ob. tex. in l. iuriſiurandi, C. de teſti. quia procedit in ſimplici teſte, non autem in Doctore, cui iſtud ipſum incũbit ratione officij, arg. in

in l.ſi quis decurio.C.ad legem Cor. de fal.

Verum eſt tamen, quòd non creditur eidem, niſi donec & quauſque contrarium probetur, & tacitę obiectioni occurremus.d.l.iuriſiurãdi, dũ dicit, quantacunque dignitate præſulgeat.

Reſpondeo igitur aliter, & realis ſol. mihi uidetur, quòd cum hæc conſuetudo ipſorum mercatorum gratia introducta fuerit, ut ſuprà oſtenſum eſt, non debet ad eorum læſionem retorqueri, quod utique eſſet, ſi rationes edere compellerentur.c.quod ob gratiam.de reg.iu.in 6.l.quod fauore uulg.C.de legi.nec probant ll.allega. per Bar.ſequentes in conſuetudine mandantis, non mandatarii, ut hic, & aduertit etiam Purpur. & benè: nec ſimile de argentario facit, quia eius officium cauſam habet publicam. l.argentarius. §.j.ff.eo.mercatorum autem non. Vel ſuſtine ad huc primam, quia imò credi non debet, ex quo duo ſpecialia ſimul concurrerent, ꝙ teſtis etiam non iuratus admitteretur, & ad teſtificandum quidem per ſcripturam, quorum neutrum de iure procedit.l.iuriſiurandi.C.de teſti.l.3.§.idē diuus.ff.eo.& not.in c.tuis.de teſti. & malè.l.1.C. de do.pro.l.cum poſt.§.gener.ff.de iu.dot. & ita in ſpecie tenet etiam Aret.in conſi.132.incip. in cauſa.in 3.colum.

Vel & tertio poteſt reſponderi.ꝙ benè uerum eſt ex conſuetudine confici ſolere, ſed non quaſi aduerſario mandante, quia negotiis propriis inſudant, ut ſuprà.

Non obſ.ſecundum, quia loquitur in habẽtibus officium authoritate publicum, & illis, q. ad redditionem rationis cõpelluntur iure actionis, nos aũt in negociationibus, & his, qui officio iudicis regulariter tenẽtur, ut hic, ergo de uno ad aliud non inferetur, arg. q; eſt, Inſt. de act.i prin. & in l.qui per colluſionem.ff.de act. emp.

Non obſt.tertium, quia nec id eſt negandum in caſibus à iure expreſſis, & p̃cipuè cùm nõ minus æquum uideatur ipſos ad editionem cõpelli non debere.l.nimis graue.C.de teſti. Conſiderando quoq; æquitatem hanc non eſſe iuris ſcripti, quæ tunc cuicunq; iudici ſpectat, aliàs uero ſoli principi.l.1.C.de legi.declarat Bart.in l.ubicunq;.in 7.col.ff.de inter.act.ergo nõ ſequẽda.l. placuit.C.de iudic.cap.fina.& utrobique not.de tranſactionib.

Non obſt.quartum, quia imò ex prædictis eſt ratio, qua teneri non debent, cum non habeant officium, quo & argentarij, & notarij fungebantur.& patet ad ſenſum & propterea iuramentũ debet intelligi ſecundum qualitatem perſonarũ, cum petentium, tum eorum etiam à quibus petitur.l.plenum.§.equitii.ff.de uſu & habi.

Non ob.quintum & ultimum, quia & ipſum quoque uerum eſt, ſed non ut rationes conficiant eo modo, quo argentarij: ergo nec ad editionem tenebuntur, & iſta ſatis ſint ultra dicta aliàs in aliis lecturis meis, & alio quidem ordine.

§ Additio.

Nouiſſimè uidetur mihi, ꝙ ſit caſus à nemine allegatus, ꝙ Mercator teneatur edere rationes ſuas agenti, in l.neminem, & ibi in ſpecie Bar. C. de ſuſcepto lib. 10. & in l.ſi quis.nu.8.C.de nauſr. eod.lib.

Sol.dic, ꝙ ad propoſitum d. iura non faciant. In primis, quia non loquuntur in mercatoribus ſed in officiali publico, qui non debet in officio refirmari, niſi prius rationes reddiderint: nos autem in mercatoribus, qui priuatis negotiationibus inſudant.

Secundo, quia non ſunt mercatores ſimpliciter, dato quòd de his loquantur, uel ſecundum Bar.arg.præſtent ad ipſos. ſed ſocij lucri & dãni, de quibus in l.1.C.pro ſoc.vel mercatores, quibus data erat pecunia dicta de cauſa, adeo ut nõ debeant non edi, quoniam aliàs lucrum & dãnũ uideri haudquaquam poſſet: argum.in l.1. in §. rationes.ff.de eden.

Tertiò & ultimò, quia de redditione rationis loquuntur fiẽda in fine anni, & extrà iudicium, ac uoluntariè, quod eſt longè alienum à caſu noſtro, quem in editione neceſſaria, & quidem iudiciali intelligimus.

Sed urget longè magis, quia rationes æquiparantur inuentario, ſecundum Bartol.in d. §.officio.ad fi, uerum hæres edit inuentarium creditoribus, & legatariis.l.fi.§.licentia. C.de iur. delib. tradit Bart.in l.controuerſia. in fi.ff. de tranſact. ergo & mercator.

Etiam quòd ſibi mandatum non ſit, quia nec eſt mandatum, in l.fi.ff.de bon.autho. iud.po. & tamen eduotur.

Sol. æquiparatio non eſt bona, quia ſicuti tutor tenetur facere inuentarium, ita tenetur rationes ſcribere: & hoc caſu duo hæc æquiparantur, ſed non ut ad mercatorem trahantur, qui ad hoc nullo modo obligatus eſt. cogita.

Stringe fortius, quòd erant æquiparata de iure antiquo.d.§.officio.cum ibi not. quòdq; ſupuenit ius nouum, in d.§.licentia. extendendum ad aliud, & ſi quoad unum tantum diſponat.l.ſi quis ſeruo.C.de fur.tradit Bat.in l.ſi minores. in 3.col. ff.qui pet.tu.

Solut.intelligitur hoc ipſum uerum, quando æquiparatio facta fuiſſet per uiam regulæ, ut per Doctor.in l.ſciendum.ff.de lega. 1.& quando in æquiparatis eſſet eadem ratio, quemadmodum declarat glo.in cap.quanquam.de electionibus. in ſexto, ſed in caſu iſto æquiparatio eo modo facta non erat, neque eadem ratio æquiparatorum. ergo,

Et ꝙ non teneátur mercatores, probo à partibus ſufficienter enumeratis, quia aut nolumus quòd ex tacito mandato teneantur, & tunc non tenebuntur, quia non habent officiũ de publico, ut argentarij, & nummularij. aut ex expreſſo,

& minus, quia tunc non eſſet dubitatio, nec teneretur officio iudicis, vt hic præſupponitur, ſed actione mandati, ut infrà.

Conſidera etiam, quod licet dicantur mercatores noſtri temporis, non propterea dicuntur ad differentiam mercatorum antiquorum, ſed argentariorũ, & numnlariorum, de qbus ſuprà.

¶ Difficultas in materia, non leuis.

Modò reſtat, ut aliud uideamus, ad gl. redeun
36 tes, quod non eſt abſque difficultate † quomodo prædicta ſic de rationibus argentarij hic fuerint inculcata, & ad propoſitum tex. noſtri, cum mulier officium iſtud, quod uirile eſt, exercere non poſſit. l. fœminæ. ff. de eden. l. 2. ff. de regu. iu. & not. in l. in multis. ff. de ſta. ho.

Pro ſol. dicunt Docto. poſt gl. & primo, quòd iſta mulier ſucceſſerat argentario. & malè, quoniam diuinat. conſiderando etiam, ſi eſſet uera, quod edere teneretur. l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. l. quædam. §. nihil. ff. eo. & tamen tex. hic præſupponit non teneri, & quòd denique dicit, rationes ſuas. Sed ſalua, quòd plerunque diuinare oportet, tolerabileque eſt, quando non facilè dubia poſſunt reſolui, iuxta doctrinam Bart. in l. ita ſtipulatus. in 14. colum. ff. de uerb. obligat. quòdque edere non tenetur, quia eas forte non habebat, nec dolo deſierat habere. vel quia ſucceſſio erat, etiam particularis, & non vniuerſalis, præallega. §. nihil. ff. eod. argum. in l. 1. in §. ſi ex fundo. ff. de hær. inſti. & ultimo loco, ad ultimum, quod pronomen ſuas, poteſt etiam in ſucceſſore uerificari. lege prima. §. ueteres. ff. de acquir. poſſeſſ.

Secundò ſoluit Bar. quod mulier hæc rationibus hic erat uſura. l. 1. §. edenda. ff. eo. quæ ſol. etiam in ſe uera eſt, & oſtendimus ſuprà, declarando quo modo iſtud poſſit apparere, & cognoſci, ſed falſa ad text. noſtrum, quoniam ſi ipſis uſura fuiſſet, debuiſſet utique edere, cuius contrarium tamen (ut diximus) præſupponitur in text. noſtro.

Tertiò, & ultimò ſoluunt alij, quòd mulier prædicta officium exercebat per ſeruum: & adhuc malè, quia edere etiam debuiſſet, & nihilominus hic non edit.

Quartò dicebant alij, quòd fortè huic mulieri depoſiti diſtributio facta fuerat ab argẽtario: quod cum Æmilius repeteret, non poteſt cogi ipſa ad edendum. l. nimis graue. C. de teſti. Quæ declaratio, & ſolu. peior eſt cæteris, ex quo peti debuit ab argentario, non à muliere. argum. in l. loci corpus, in §. competit. ff. ſi ſer. uen. eoque magis, quia pecuniæ numeratione, dato quòd hoc ſit uerum, dominium erat iam in eam tranſlatum. l. Lucius. l. die ſponſaliorum. ff. depo. not. in l. incendium. C. ſi cer. peta. & quia præſupponitur in tex. quòd fuerit depoſitaria.

Quintò dicebant alij, quòd non de muliere, ſed de maſculo loquitur, quòdque uerbum aduerſaria, pro parte ipſa capitur, exponiturque aduerſaria, ideſt pars, nuſquam etiam tutum, quia aduerſa pars dicitur, & non aduerſaria. ca. cum ſuper. de conce. præben. c. 1. de eo qui mit. in po. cau. rei ſer. cap. præſentium. §. teſtes. de teſti. in ſexto.

Prima igitur ſol. & intellectus ad iſtum text. poteſt teneri, quia pro rei ueritate, eſt cæteris minus periculoſus, & meminimus etiam in figuratione caſus, in alijs lectu.

Vel dicamus, & ultimo loco, quòd hæc mulier erat depoſitaria, quòdq; depoſitũ negabat, ita ut ad editionem ſuarum rationũ non teneatur. l. nimis graue allega. ſæpe. C. de teſti. l. ſi quãdo. C. de dila. cum uulga. cætera difficultatẽ non habent an fœmina poſſit eſſe argentaria, quia certum eſt (ut diximus) quod non. & minus, an poſſit ſaltem per ſeruũ, dictum miniſterium exercere, quia tenent * omnes, quòd ſic, & eſt caſus expreſſus in l. prætor. in §. 1. ff. eo.

¶ Dubitatio ultima glo.

Vltimò in glo. iſta dubitare contingit, (non enim diſputo intellectum eorum, qui exponebant rationes, id eſt inſtrumenta, quia violatur eo litera) dum in ea dicitur, editionẽ ex cauſa ad iudicis officium pertinere ſolere, an alias ul
37 tra ſuprà dictas, qua fieri debeat, † eſſe poſſit.

Reſpõdetur ex ea, breuiter, quod eſt, cũ actor petit ad replicationem fundandam, & bene: probaturque in l. fin. infrà, eod. ubi caſus clarus, & in l. marius. in §. fina. ff. ad legem Fal. & quidẽ operatur replicatio quoad exceptionem, quod exceptio quoad actionem. l. 2. ff. de excep. l. ſi ex falſis. & ibi Bart. in prin. C. de tranſac. Sed actor edit ad exceptionem fundandam, quia à ſeipſo inſtrui non poteſt. d. l. ſi quando. C. de dila. ergo & reus ad fundandam replicationem, quo caſu militat eadem ratio.

Sed contra, quia ſi reus non edit ad intentionem fundandam, multominus edet ad iam fundatam, & deſtructam reparandam. arg. in l. quotiens. ff. qui ſatiſda. co.

Sol. antecedens uerum eſt, cõſequens falſum, quoniam intentionem non fundat, ex quo ipſam à ſe fundare debet, nec eſt ab alio inſtruendus, qui poteſt eſſe inſtructus à ſe ipſo. l. argentarius. in prin. ff. eod. d. l. ſi quando. C. de dila. in replicatione haud dicendum, in qua inſtructus à ſe ipſo eſſe non poteſt: & propterea ſtant iſta ſimul, quòd non edat ad intentionem fundandam, & tamen edat ad iam fundatam, & deſtructam quidem reparandam. & ut latius dixi in alijs lectu.

¶ In glo. ultima, dubitatio I.

In gl. ultima, quamquàm additio ſit Ceruotina, & glo. præcedens in fi. ſe remittat ad dicta in lege, ſi quis ex argentarijs, in §. ex hoc edicto. ff. eo. & multa dicat Bar. hic ĩ fi.) dubitatũ, an editio officio iudicis, an uero actionis iure fieri debeat,
38 & † ẽ iudicio meo dubitatio abſq; difficultate officio

ficio iudicis fieri debere, quicquid in d. additione dicatur, alternatiuè.

Quoniam hic eſt caſus non cauillãdus, & in l. ſi maritus, in §. fi. ff. ad legem Fal. utrobique maximè ponderando, quòd dicitur ad officium iudicis hoc idem pertinere, quæ dictio, quandam intrinſicitatem, eius ratione, cui adijciat denotat. l. non putabam. ff. de condi. & de l. 4. §. totiens. ff. de dam. infec. declarat Bald. in l. militis codicillis. ff. de mili. teſta. & ad propoſitum probatur quoque in l. ſiquis ex argentarijs. in §. prætor, & in l. quædam, in prin. ff. eo. quòd officio iudicis fiat.

59 Et ratione etiam † ſuadetur, ac ſecundò, quia officium iudicis in æquitate fundatum eſt, ſicut & materia editionis, l. diuus. ff. de reſti. in integ. l. prætor, in prin. (ſingula ſingulis referendo.) de eden. & eſt arg. in l. in rem. in §. item quæcunq;. ff. de rei uen, ubi ſimile congruit ſuo ſimili, ſi maximè intrinſecum ſit, ut æquitas. aliquid Bar. in l. 4. in §. Cato, in 3. col. ff. de uerb. ob.

Tertiò, & ultimo, quia officiũ iudicis datur, ubi non eſt de ſpeciali actione prouiſum. l. 1. §. decretalis. ff. de ſuc. edic. l. 1. ff. de in. om. iudi. d. §. item quæcunque. tradit idem Bar. in l. ſi depoſita, in 1. colum. C. depo. ſed nullubi eſt de ſpeciali actione prouiſum, ergo. Vel & melius ſic, ubi non eſt de ſpeciali actione prouiſum, datur actio in factum. d. §. item quæcunque. l. in factum. ff. de ac. & ob. uerum hic dari non poteſt, quia locum habet, ſi non edantur, ad intereſſe: ergo officium iudicis neceſſariò.

Verum dubitationem faciebat, quia datur officium iudicis ex cauſa, ut hic: ergo non regulariter. l. quæſitum, §. denique. ff. de fun. inſtruc.

Secundò, quia qui ad editionem tenẽtur, ſunt obligati, & compelli poſſunt. l. prætor. in prin. & in §. is etiam. l. ſiquis ex argentarijs. §. 1. ff. eo. ſed officium iudicis nullã præſupponit obligationẽ. l. qui per collaſionem. §. 1. ff. de ac. emp. ergo.

Tertiò, & ultimò, quia uerba uidentur ad partem referri, quo caſu ſemper oritur actio, nec officium iudicis oriri poteſt. l. ſi ſoror. ubi bo. glo. C. de colla.

Non eſt breuiter à prima opi. recedendum, cõtrarijs parum obſtantibus, quoniam primũ fallaciam habet, ex quo reus nunquam edit actori, niſi ex cauſa, quæ multiplex eſt, ut ſupr. & ꝑpterea non põt eſſe niſi regulare, qd dicit hic, & in d. l. ſi maritus, quia legatarius agebat de replicatione fundanda. & in cæteris ſimiliter; cũ argentarijs expreſsè, uel tacitè demandatum fuiſſet, ut rationes conſcriberent. & uidetur ueriſſimũ. uel dic, quòd ex cauſa dictum eſt, quia aliàs regulare eſt in alia materia, ut detur uel actio ad exhiben. uel interdictum de tabu. exhiben. uel actio ex cõtractu, ſi præcedat. uel mandanti denique, ſi rationes uoluntariè ſcribuntur, & non ex neceſſitate officij, ut hic per Doct. & dixi in 2. lectu, alio tamen modo deducendo.

Non ob. ſecũdum, quia compelli poſſunt mediante iudicis officio, quod quãdam ſaltem quaſi obligationem continet ſecundum gloſſ. in l. ſi ſeruum, in §. fi. ff. de ue. b. ob.

Aliàs ſequeretur etiam, quòd pro eo quod quid eodem iudicis officio debet, fideiuſſor dari non poſſet: & tamen datur. ita Bar. in l. Marcellus. in 1. col. ff. de fideiuſſo.

Vel, quòd non poſſet exerceri contra ſingularem ſucceſſorem, & tamen exercetur, ut per eundẽ Bart. in l. ſi tertius. in §. ſiquis prius. nu. quinto. ff. de aqua pluu. arcen.

Et hinc, quòd perſonale, & in rem ſcriptum dicitur, ut ibidem.

Non ob. tertium, & ultimum, quia imò, ut ni dem poteſt, & maximè hic, & in d. l. ſi maritus relata ſunt ad ipſum iudicem, & propterea, ac non ab re eſt etiam, ſi eius officium oritur. d. lege, ſi ſoror.

Eoque magis, quia non conſtat actionem cõpetere, aliàs non referret ad quẽ uerba dirigerẽtur, ut hic dicunt Docto. & benè.

Oritur ẽt officium Iudicis, quia ſunt ꝓlata affirmatiuè, ut adhuc uideri poteſt, & tradit Bar. in l. metam. in §. ſed quod prætor. ff. qd me. cã.

Et in ſimili in edicto de min. & ex quib. cau. ma. ponderando illa uerba, quæ res erit aduertam. & illa, ſi qua mihi iuſta cauſa. idemmet inquit in l. ab hoſtibus. in §. ſed quod ſimpliciter. * in 7. col. ff. ex quib. cau. maio. & ita * communiter tenetur, & benè: præterquã in aliquibus caſibus, in quibus de ſpeciali actione prouiſum ſit, ut per me in aliis lectu.

Dubitatio II.

40 Secundò dubitatur, quare ſit, quòd non † detur actio mandati.

* Reſpondent hic Bart. & * omnes, hoc ideo fore, quia mandatum debet eſſe uoluntariũ, ac gratuitum. l. 1. ff. mand. uerum hic hmõi non fuit, quia quidquid facit argentarius, facit ex neceſſitate officij. l. argentarius. in prin. ff. eo. et go. & idem Bar. Ianus in l. quædam. in prin. ff. eo. & Bal. in l. ſi mandator. C. mand.

Sed contra, quia nauta, caupo, & ſimilis, qd quid faciunt, faciunt ex neceſſitate. l. 1. in fi. ff. fur. aduer. nau. ubi caupo iter agentes repellere nõ põt, nec recuſare, quominus eos hoſpitetur; & tñ datur actio in factum ciuilis, & plerũque ẽt ex locato, & conducto: non autem officiũ iudicis. l. 1. §. ex hoc edicto. ff. nau. cau. ſta.

Sol. neceſſitas eſt cauſata a uoluntate ipſorũ, quia poterant a principio non eſſe tales, nec ſignũ hoſpitij ante domum ponere, ut experientia docet, & declarat Bar. in d. l. fi. eſtque arg. optimum in l. commodato. in §. ſicut. ff. commo. & in l. 1. in §. ſi quis. iuncta glo. ff. ſi quis cau. in argentario autem (ut diximus) ratione officij ergo.

Et pro intelligentia nota, quòd in caupone eſt præciſa, in argentario autem cauſatiua,

iuxta nota. in l. fi. ff. de ſepa. tradit idem Batto. in l. Neſennius. in 2. col. de nego. geſt. quia nõ edendo tenebitur ad intereſſe actione in factũ: l. ſi quis ex argentariis. §. ex hoc edicto. ff. eo.

Verum, & ad propoſitum moueo difficultatem, quòd imò mandatum gratuitum eſſe non debeat, quia procuratori habenti ſalarium poſſet obiici mandatum minus legitimum, & tamen non obiicitur ſecundum Bald. in rubr. C. man. in fi.

Sol. quo ad actionem omnimodo eſt differẽtia, ſed quo ad executionem officij, poteſtas eadem uidetur. l. naturalis. §. pe. ff. de præſcrip. uer. declarat Bal. in d. loco, & benè.

Secundò reſpondent Doct. dari officium iudicis, quia mandatum ſit ad implendum edictum prætoris.

Et adhuc malè prima facie, quia eſto, quòd fiat hac de cauſa, fit tamen argentario, qua ratione deberet etiã (ut diximus) oriri actio mandati. l. licèt. §. ea obligatio. ff. man.

Sol. benè fit argentario, ſed quia non ſimpliciter fit, oriri nullo modo poteſt.

Tertiò, & ultimò reſpondetur, quòd cum ex edicto competeret iam actio in factum, ſi denegaretur editio, d. §. ex hoc edicto. & quidem ad intereſſe, ut ibi debuit a principio dari potius officium iudicis, quàm alia mandati.

Dubitatio III. & ultima.

41 Vltimò dubitatur, quæ utilitas poſſit† ex iſta diſputatione reſultare.

Congeſsi aliàs ego multas, ideo tres tantum nunc recitabo.

Et breuiter: prima eſt, quia officium iudicis dicitur miſericorditer implorari, longeque eſt fauorabilius, quàm actio, ſecundum glo. in rubri. ff. de iur. act. & propterea libellus non uidetur neceſſarius. l. requirendi. & ibi Batto. C. de ter. fugi. & ad propoſitum declarat idẽ Bart. in l. 1. nu. 2. ff. de iur. om. iud. tamen dubito (ut dixi aliàs) nec reperio.

Secunda eſt, quia ſemper æquitas iudicẽ mouet in actione, haud conſiderabile. l. quod ſi Epheſi. ff. de eo quod cer. lo. dummodo ſit a iure informata, ut inquit Ab. in c. ex parte. in 2. col. de offi. dele. & ideo dicit idem Battu. quod ea ceſſante, ceſſat officium ipſius, in l. in fundo, nume. 3. ff. de rei uendic. & alibi, quod ſi quis obligatus officio iudicis fideiuſſionẽ præſtare, minus idoneum facultatibus dederit, ad id tenebitur iterum: ſi autem iure actionis non, in l. 3. in fi. ff. de fideiuſſo.

Tertia, & ultima, quia in officio iudicis mora iudicialis non ſeruatur, aliàs ſic: & ideo, ſi quis confiteatur ſe habere tabulas, datur edictũ ſi quis omi. cau. contra negantem uero interdictum de tabu. exhiben. Ratio, quia edicto prædicto ſubuenit officio iudicis, in quo lis nõ conteſtatur, nec (ut dixi) mora iudicialis ſeruatur, ubi aliàs interdictum de tabu. exhib. cum in eo locum habeat actio in factum, formam iudicialem exigit, & ut per Bal. latius in l. 2. in §. fi. ff. ſi quis omiſſ. cau. teſta. & iſta ſufficiant. Die 22. Nouemb. 1542. Patauij. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Ratio a capite edi debet.*
2 *De edendo, quare dictum ſit in rub. cùm præpoſitio de, habeat ſignificationes multiplices, cum exemplis.*
3 *Gerundia, unde dicta.*
4 *Ignoratur communiter, quod multipliciter exponitur.*
5 *Edere, quid ſit.*
6 *Album, quid eſſet.*
7 *Britannia, quare Albion dicta.*
8 *Perfectè tunc enunciamus, cum loquimur ſecundum ſubiectam materiam.*
9 *Generalitas non illuminat intellectum.*
10 *Generalitas non reſtricta ad aliquam certam ſpeciem, obſcuritatem parit.*
11 *Rub. de edendo, an incipere debuerit a perſonis, et non ab actionibus.*
12 *Voluntas pro ratione, in his quæ ſunt iuris poſitiui, ſufficit.*
13 *Iudex libellum ineptum, parte nõ opponẽte reiicit.*
14 *Iudicium eſt trium perſonarum, iudicis, actoris, & rei.*
15 *Rofredi exemplum dicentis, quòd parum eſſet aquã in puteo habere, niſi hauritorium haberemus.*
16 *Glo. continuatio in rub. de edendo, cum illatione, quòd præparatoria neceſſariò præmitti debent.*
17 *Ordine perueniendi ad finem deſtructo, deſtruitur finis.*
18 *Iudicij fundamentum in editione actionis conſiſtit.*
19 *Iudicium a litis conteſtatione incipit.*
20 *Ex præparatorijs nunquid ad præparatum inferatur.*
21 *Adulterium ex præparatorijs an arguatur.*
22 *Intellectus ad §. 1. c. 1. quib. mod. feu. amitt.*
23 *Ex præparatorijs in mãdato nunquid inferatur ad præparatum.*
24 *Epiſcopus ſi aliquem abſoluat a iuramento ad effectum agendi, an poſſit cauſam ſimulationis uel uſuræ terminare.*
25 *Rub. de edẽdo triplici de editione tractat, actorũ, rationum, & inſtrumentorum.*
26 *Statutum ſi puniat falſificantem inſtrumenta, an puniat falſificantem acta.*
27 *De actione quare non prius dictum eſt in rubr. de edendo, ex quo iudicij fundamentum eſt.*
28 *De edendo quare dictum eſt in rub. et unde proueniat uerbum edere.*
29 *Edere, & exhibere in quo differant, & an alter iſtorum titulorum ſit ſuperfluus.*
30 *De edendo, & non de editione quare dictum eſt.*
31 *Libellus de inſultu uulnerando, an intelligatur de inſultu, & uulnere.*
32 *Gerundij natura eſt qualificare terminum, cui adiungitur.*

Anno

Anno Domini M. D. L.
Nouemb. III. lect. I.

¶ De edendo, Rub.

1 QVoniam ratio † debet edi à capite l. argentarius. §. edi. ff. eo. & deriuari ab eo, utpote à fonte riuulus, & in unaquaque re principium tradi, cuius ordine finem quoque interpretamur, ſecundum Bal. in l. quæuis, in prin. C. de fideicom. & quia etiam (ut uulgo aiunt) dimidium facti, qui benè cæpit, habet, imò, quòd ad ſumma perueniri non poteſt, niſi ex principijs, præſtantibus nobis euidentiorem intellectum ad ſequentia, ut inquit iuriſcon. in l. 1. ff. de origi. iu. & forte hoc eſt, qd Plato quoq; dicebat in lib. de iuſto, An neſcis omnis operis maximum quid principium eſſe? Ideo pro materiæ introductione, & primum, quæro, qua re ſic amphibologicè Gymnoſophiſtarum more, hu uſce lib. ſecundi author (pars enim prima eſt Codicis, quæ hoc anno ſeſe offert à nobis interpretanda, uſuque ita in alijs academijs etiam receptum) locutus fuerit, dicens de edendo.

2 † uerbum enim hoc, ſiue gerundium potius, ſecundum Grāmaticos, ſignificationes habet multiplices: nam plerunque cōditionem importat, ut per Bar. in l. ſi ex parte, ad fi. ff. de acqui. hæ, per illum tex. iuncta glo. quæ exponit adeundo, (hæreditatem intellige) id eſt ſi adieris, ipſumq; etiam Iaſ. citat hic, col. ... ſed ad aliud. Plerunq; cauſam finalem denotat, ut ſi dixero, Titium relinquo ad exequendum, l. id quod pauperibus, & ibi Bald. in princip. C. de epiſcop. & cleric.

3 Nonnunquam formalem, ut in libello, ſi dicat quis, quòd Titius ipſum inſultauit, dicendo ſibi uerba iniurioſa. l. 1. & ibi Iaco. But. infrà, de his, qui lat. occcul. tradit idem Bal. in loco ſuprà allega. & forma eſt, quia non ſuper inſultu, ſed ſuper uerbis iniurioſis, pcedetur, quibus actus gerūdij ſolum applicari uidetur. Poſſet & aliter exemplificari, ut in c. r. de poſtu. pręla. in 6. cùm dicitur, eligo Titium, poſtulādo, uel poſtulo eligendo. ſed quoniam in uerbis eſt perplexitas, & repugnantia, quoniam electio innititur iuri cōmuni, poſtulatio autem gratiæ, quæ ſunt contraria, formaq; reprobata à lege, ut ibi, & per Ro. conſi. 360. in prin. & 483. col. 2. primum tenendum eſt. Item & factum quandoque, ſecundū glo. in rub. Inſt. de ac. & Iaſ. hic. & hac ratione non mirum eſt, ſi ibi dicitur de actionibus, non de agendo, quoniam actio eſt ius, & non factū; & idem in bo. po. l. 3. §. eſt autem. ff. de bo. po. Et ſi dicatur, Titius numerando dedit decem Seio, ſonat actum, qui niſui ſubiicitur, ſeu modificationem, & qualificationem notat. ut per Bart. in d. l. ſi ex parte. l. uim facit. ff. de ui & ui ar. exe-

plificat etiam Bald. in l. ſi ex cautione, in 5. q. C. de non nu. pe. & ſuſius in l. falſus, in 2. col. C. de fur. debebat enim & ad propoſitum clarius loqui, ex quo amphibologia hæc, ſub ſe æquiuocationem continet, un de ambiguitas, & non parua quidem, naſcitur.

3 † Imò, quòd gerūdia carentia numeris, & perſonis, & habentia tam paſſiuam quàm actiuam ſignificationem, à gerenda duplici ſignificationem, ſecundum aliquos, dicta fuere, iuxta illud etiam Georgico. 3.

„ *Carpit enim uires paulatim, uritque uidendo*
„ *Fœmina.*

idelt, dum uidetur. & propterea reprehenſio-
4 ne non caret; † quoniam communiter ignoratur, quod multipliciter exponitur, & ignotantes, ſicut longe diſtantes ſpeculantur. l. quotiens in ſtipulatione ambigua. ff. de reb. dub. tradit idē Bald. in l. precibus, in 7. col. C. de impube. & in feu. in cap. r. in §. die lunæ, de pa. Cōſtan. dicens ſignanter æquiuocum eſſe, quod pluribus modis exponi poteſt: nec ſecus in l. cum Stichus, per illum tex. ff. de ſolu.

Cui difficultati multifariam, multiſque modis reſpondere poſſumus, & dicere primò, quod licèt plures habeat ſignificationes, ea tamen tenenda eſt, quæ actum facti denotet, ut ſuprà. &
5 quoniam edere, nil aliud eſt quoque quàm producere aduerſarium ad album, ut ei demonſtret quid dicturus ſit, & etiam aliter, ut in l. 1. in prin. & in §. edere. ff. eo. & in l. edita. infra. eo. dixique latè in 2. & 3. lectu. & ad propoſitum, quòd hoc idem facti ſit, & in facto conſiſtat, probatur in l. conſilio. in §. fi. ff. de cura. fu. & quo ad album (uera enim lectio eſt d. §. edere, & non ad alium, ut quidam dicunt) obiter de claro, non parietem dealbatum fuiſſe, quod multi ſentiunt, præcipuè glo. in clem. r. in uerbo albo, de iud. & Abb. in capitu. cum cauſam, colum. 3. de proba. & nos quoque in hunc errorem aliquando lapſi ita firmabamus declaran
6 tes, † ſed tabulam gypſatam potius, quam Iulius pollux λεύκωμα appellauit, & in qua prætorum edicta ſcribebantur, ſicuti & alibi decurionum nomina; in l. 1. & 2. ff. de albo ſcri. & de iſto albo etiam in lege ſiquis id, quod. ff. de iuriſ. omn. iudi. & in §. pœnales, inſti. de ac. & quòd uerum ſit, liquet ex eo, quia tenebantur, quis ne dum album corrumpens, uerum etiam ſi ipſum ſuſtuliſſet. d. l. ſiquis id quod. §. quod fieri nequit ſi paries ſit, igitur, & neceſſario, (ut diximus) erat tabula. quod & Nebriſſen. Grammaticus quoque confirmat, in uerbo, album. & ad idem notandum eſt, quod Sabini non album ſed alpum dicebant, à Græco deductum. ἀλφὸν, quæ uox candorem ſignificat, & inde alpes, à niuium candore, ſic appellatas fuiſſe. & λευκογραφίας qui depingit albo colore. & Albani populi (ut Solinus refert) qui albo crine
7 naſcuntur: † & Britannia Albiō, ab albis monti

bus, qui primò apparent ad eam nauigantibus. Vel & 2. eo redeundo, unde diſceſſimus, reſponderi poteſt, quod licet plures habeat ſignificationes, ea tamen præualet, quæ ſubiectæ materiæ conueniat, ut de editione actionum, rationum, & aliorum, de quibus infrà, intelligamus, uulg. l. ſi uno. ff. loca. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1. l. quotiens idem ſermo. ff. de regu. iu. tradit notatque Bar. in l. omnes populi, col. 2. ff. de iuſti. & iu. & exemplificat in uerbo fuerit, in ſtatuto poſito, quod præteritum, & futurum propriè ſignificat, ut hoc modo intelligatur, non illo, ex quo natura legis eſt dare formã futuris negotijs non præteritis. l. leges. C. de legi. c. fi. de conſti. ſubiiciens aliter tamen eſſe, ſi una propria ſit, alia uerò impropria, quoniam tunc propriæ ſignificationi ſtamus, nec recedimus regulariter à uerbis legis. l. non aliter. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. ff. de lega. 3. & in domo Pau. Caſtren. quòd licèt multis modis capiatur: pro ſimplici habitatione ſcilicet. l. lex. Cornelia. §. domum. ff. de iniur. pro domicilio. l. in lege cenſoria. ff. de uerb. ſi. pro familia plurium ſimul habitantium. l. 1. §. ſi uir. ff. ad Sylla. pro agnatione, ut ibidem, in prin. & pro patrimonio. l. lecta. ff. ſi cer. pe. attamen ea capienda eſt, uerboque danda ſignificatio, quæ conueniat rei, de qua agitur, conſil 92. colu. 2. uolu. 1. imò (philoſopho teſte) quod

8 † tunc rectè, & perfectè enunciamus, cum loquimur ſecundum ſubiectam materiam. 1. ethico. refert Bald. in l. data opera, in 10. col. C. qui accuſ. non poſſ.

Tertiò poſſumus reſpondere, quãuis adhuc plures habeat ſignificationes, quod tamen intelligi debet ſecundũ iuris ordinem, ut præparatória, quæ in editione actionum potiſſimum conſiſtunt, cum tractatus ſit de iudicijs, præparata præcedant. l. cum pater. §. pe. ff. de lega. 2. tradit Bar. in l. uxorem, in §. teſtamento. ff. de legat. 3. dicens in ſimili, ſi pater dotet filiam, ad quod ẽt de iure tenetur. l. fi. C. de do. pro. l. obligamur. §. lege. ff. de ac. & ob. & alternatiuè ſtipuletur ſibi aut filiæ reddi, quòd itelligi debebit facta ſtipulatio ſibi prius, poſtea filiæ poſt mortem patris, uel ſi fiat aliter ſui iuris: quoniam ordo eiuſdẽ ita expoſtulat. l. 1. §. quod ſi in patris. ff. ſolu. ma. l. 1. §. uideamus. C. de rei uxo. ac.

Vel & 4. quod perſonarum qualitas dictat, ut omni alia ſignificatione relicta ita intelligamus, ex quo non ad alios, quàm ad litigantes, hoc idẽ quoque referri poſſe uidetur. l. plenum. §. equitij. ff. de uſu, & habi. l. ex mil. teſta. c. magnæ, de uoto. c. requiſiſti, de teſta. plene Corſe. in ſingula. conditio perſonæ, per totum.

Quintò, & ultimò reſponderi poteſt, quòd cum libera ſit legiſlatoribus poteſtas loquendi, & conſequenter his, qui hunc librum compilarunt. l. 1. in prin. ff. de offi. præfe. urb. l. 1. §. initiũ. ff. de poſtu. §. pe. Inſti. de excu. tut. & utrobique glo. non etiam priuatis, ut inquit Saly. in l. 2. in 2. col. C. loca. haud eſt quid in eis, licèt ſimpliciter dictum ſit de edendo, quod reprehẽſionem habeat. & præcipue ultra hæc, quia poteſt etiam ſubauditione iuuari. l. fi. C. de libe. præte. quæ eſt quincuplex alias: ex natura actus, orationis, relationis, breuiloquę locutionis, & conſuetudinis, ut per Bal. in l. errore, in prin. C. de teſta. fuſius Ripa in rub. ad Treb. imò, quod laudabile eſt plerunque etiam, quod obſcurè, & amphibologicè loquantur, ne nimia facilitate noſtra hæc iuris peritia etiam idiotis reddatur communis, quod ſæpe exclamabat Bal. ut refert Pau. Caſtren. & poſt eum Iaſ. in l. iuriſgentium, in §. quinimmo, in ulti. col. ff. de pac. unde magna reprehenſione fuit dignus ob hoc Cn. Flaui. libertino patre genitus, & ſcriba, qui Ædilis curulis creatus, cũ ingenti nobilitatis indignatione ius ciuile per multa ſecula inter ſacra cerimoniaſque Deorũ immortalium abditum uulgauit, ut in l. 2. in §. Appius. ff. de ori. iu. quod. & Pau. quoque primę ad Corin. ca. 5. ſenſiſſe uidetur, dicens, pręedicamus ſapientiam Dei, reconditam in myſterio, quem nemo principum huius mundi cognouit. & Matth. 7. ibi ſolliciti enim eſſe debemus, ne margaritas noſtras mittamus ante porcos. idemque in ca. in mandantis. 43. diſ. Qua de re Ariſt. cum paulo obſcurius libros phyſicos edidiſſet, quàm Alexandro uideretur, eidẽ cauſam percõctanti, id de induſtria factum, reſpondit, ne à uulgaribus intelligerentur. Sic Orpheus, cũ ignotis hominibus ſacrorum cerimonias aperiret, qui nil aliud in primo ueſtibulo ab iis exegit, niſi iuriſiurandi neceſſitatem cum terribili quadam authoritate religionis. Nec alia ratione Plato Timæum, perpetuum apud ſe frequenter continuit, omniaque ſilentio conſecrauit Pythagoras.

Poſſet etiam opponi, ut dicebam aliàs, quòd

9 generale uerbũ ſit, & ſic demonſtratio † nulla, quoniam generales theoricæ non illuminant intellectum practicũ, qui debet eſſe de rebus tractatui (tactui forte dicere uoluit) quodammodo ſubiacentibus, ut inquit Bal. in c. cũ acceſſiſſent. in pe. col. de conſti. & benè. & alibi, quod generalitas cõfuſionem parit, in c. ad hæc, de reſcrip. & Ro. conſ. 326. in fi. quod reſcriptum redditur ſurreptitium, cum generaliter narratur, ex quo (ut dixi) generalitas obſcuritatem parit, & Princeps facile circumueniri poteſt. l. fi. ad fi. C. de do. promi. unde ſi debeo tibi decem actione perſonali, ea quidem, antequam ſoluantur, mea ſunt, ſi in genere nullius, nec ab aliquo poſſidentur. firmat idem Bal. conſi. 319. in 1. lib. poſt Bart. in l. ſequitur, in §. ſi uiam. ff. de uſuca. qui tamẽ hoc non dicit. & in quacunque generalitate hoc idẽ procedere demonſtrat idem Ro. conſi. 455. ad medium. & forte, quia conſenſum non habet, ita, ut hac de re nec poſſit etiam effectum ſortiri, ex quo radix eſt humanorum actuũ, & ſubſtantia uocatur, alias carent anima, & ſpiritu eſ-

ſentiati

ſentiati.l.ſi ego.l.non omnis .ff.ſi cer.pe.l.obligationum ſubſtantia.ff.de ac.& ob. Bal.conſ.326. col.2.lib.1.

10 Sed nihil eſt, † & pro ſol.breuiter dici poteſt prædicta omnia uera eſſe, quando generalitas non eſt ad aliquam certam ſpeciem reſtricta: verum hic reſtricta eſt,ut ſuo loco declarabimus, quoniam non aliter intelligi poteſt,quam de editione actionis,& ſimilium, ergo confuſionē, aut obſcuritatem parere non poteſt, quoniā genus ad ſpeciem reſtrictum, ſpecies eſt, ſecundū Bal.in authen.hoc inter liberos,in prin.C.de teſta.unde in l. 1.ff.de offi.eius,Senatuſcon. mentio ſimpliciter facta eſt quoque,quia non poterat niſi Syllania. verificari. Nec ſecus in renunciatione generali dicitur,in authen.matri, & auiæ.C.quando muli.tu.offi.fun. nt valeat, quia beneficium erat mulieris, necaliter, quàm de Velliano intelligi debeat,ut ibi per Bar.in 4.col. imò ad propoſitum noſtrum, quòd legiſlatoris proprium eſt,generaliter. ff.de lega. præſtan.l.regula.§.fi.ff.de iu.& fac.igno.l. 1.§. quod autem. ff.de alea.tradit Bal.in d.c.ad hæc, de reſcrip.

Vel dicamus,ꝙ ſit genus,put eſt terminus cōmunis,qui verificatur in pluribus. l. uxorem. §. concubinæ.ff.de lega.3.non quòd includat ſpecies limitatas,quia non reperitur editio in genere,ſicuti nec alibi bo.po.cum tamen generaliter dictum ſit infra,qui admi.ad bo.po.poſſunt, ut ibi per Bal.in 2.col.in 2.q.& declarat idem met in c.cum ordinem,in 1. col.de reſcrip.

11 Vltimò opponi poſſet, † quod debuerunt legiſlatores incipere non à rebus , ſiue ab editione ipſarum,ſed à perſonis, & tractare primum, qui ſint hi,qui edere tenentur,& quibus editio fieri debeat,ut in ſimi li infrà,qui teſta.fa. po. & de teſta. & de his, qui ac. po.& ſubſequenter de accu.& ibi glo.& not.in c. 1.ubi Abb. & alij in prin.extra de accu.& eſt caſus clarus in l. ſi quæ ramus.ff.de teſta.& in l. quidam referunt. ff. de in.codi.& in l. 1.ff. de confirman.tu.& ideo bene dicebat Bal.in d.l.ſi quæramus, in prin.quòd perſona eſt principium,à quo,& ſine quo nihil ſubſiſtere poteſt. & quòd ab ipſa perſona dependent omnia,licèt cætera ſe habeant tanquā principia , & fundamenta totius : & ita etiam dicit Barba.in tub.de iudi.in 2.col. & non ſine ratione,quia perſona dignior eſt cæteris rebus , unde ga.l.iuſtiſſimè.ff. de Ædi. edic debetque digniorum tractatus ſemper præmitti.l.1.ff.de ſta. ho. unde,ut Flo.etiam ait in rub.de ſerui. uidemus, quòd de ſeruituti.perſonalibus prius tractatum eſt ibi, quàm de realibus: plœraque ſunt huiuſmodi, non referenda , quoniam (ut inquit rheto.3. philoſophus) quod breuius eſt, eſt etiam delectabilius . & habetur etiam in l. 1. ff. quod met.cau.& in l.ampliorem, in §.in refutatorijs. C.de ap.& melius quàm alibi , in l. ita uulnera-

12 tus,in fi.ff.ad leg.Aqui. Cui difficultati † etiā reſponderi poteſt,& dici , quòd reprehendi nō mereantur,ex quo hæc ſunt iuris poſitiui,& huiuſmodi quidem, vt ſufficiat pro ratione voluntas.l.1.§.puetitiam,& ibi glo.ff. de poſtu. plene Veronen.conſi.15.nu.7.uol. 2.& Barba. in rub. qui admi.col. 8. Adde, qđ habetur in l. quia poterat.ff.ad Treb.quòdq́ne lex hac de re à ſubditis infringi non poteſt,licet in ſe rationē non habeat.l proſpexit.ff.qui & à quib.l.non omniū & ibi Bal.ff. de legi. qui dicit etiam in l. de quibus,in 12. col.ff.eo.per.d.iura , quòd cōſuetudo pariter ex ſola authoritate conſtituentium ualet,licet ratione careat.& formaliùs Bart.ī Auth. de hæ. & Fal.in prin . quòd non poteſt concludens ratio aſſignari,quare liber auth. ſit ſic diu in ſus in tres partes. Vel & ſcdò poſſumus rñdere,quod hoc non ſemper ſit uerum.l.cum hi. §. ſi prætor.ff.de tranſac.l.aut facta , in prin. ff. de pœn.ubi vtrobique à cauſis incipit iuriſcon. & non à perſonis.& ad tollendum argu. ſufficit dare inſtantiam.l.manumiſſiones quoque.ff.de iuſti.& in.§.pauonum,iſti.de re.di. c.ſicut urgeri. 1.q.1.Bar.in l.quamuis.C.de pigno.Iaſ.in l. credidit.ff.de no.o.nun.& fuſius quam alius Caſſa ne.conſi.32.ou.13. Aut tertiò, & vltimò, ꝙ cum non poſſit fieri editio,nec de rebus tractari,quin etiam tractaretur de perſonis,haud fuit neceſſarium ordinem ſeruare, qui in locis ſupr. al lega.ſeruatus fuit.& hinc eſt, quod non tantū gratia rei ſit editio, vt ſciat an cedendum,uel cōtendēdum ſit. l. 1.ff.eo.uerum etiam actoris,ut uideatur actionem intentare,ſine qua nemo experitur.l.ſi pupilli.§.uideamus.ff. de nego. geſt.

13 & † denique iudicis , qui libellum admittat, vel reiiciat,ſi ineptus ſit.l. 1.ff. de offi.aſſe. quod facit etiam parte non opponente . Inno.in c.examinata,de indi.Soci.conſi. 146.in 5.col.nolu. 1. Paris de Pu.fo.62.col. 2.in tracta.ſyndi.vnde nimirum eſt etiam cum in iudiciis fiat , & in ia-

14 nua fori, † ſi hinc dicimus iudicium eſſe trium perſonarum actum,iudicis,actoris, & rei.c. fo-

* tus,de verb. ſig.tradunt * omnes in rub. extra, de iudi. Ex quibus declarata incidentet etiam habetis hæc omnia, quid ſit edere,& uirtualiter vnde dicatur,cuius gratia fiat,ſiue cui,qualis,& ad quid: cætera videbimus infr.de induſtria nūc ſilentio inuoluēda. obiter tamen,quod de libello dictum eſt declarando, uerum eſſe hodie,non olim,auth.offerat.C.de lit.cōte.d.l.1.§. 1.ff. de edē.& fere per totā Italiam ita ſeruatur: ſet è dixi, quia Apuli hoc non faciunt, vt per Roſ. in quo lo.offera.lib.in prin. imò quòd d.authen.offeratur, etiam quoad in ducias deliberatorias, conſti.regni.correcta eſt,incip.dilationes,ad fi.de di. la.& eſt libellus conuentionalis , de quo etiam in l.edita. infr. eo. ad differentiam contradictorij,de quo in l.1.C.de his qui po.no.Bar.in l.certum,in §.ſiquis abſente,in fi. ff.de con fe. & citatorij ad effectum interrumpendæ præſcriptionis.l.fi.C.de anna.excep.

In glo.rub.(diuiſione enim facilis eſt, ut per Iaſ.

Iaſ.& alios)in prin.ibi.§ poſt. originem, dicẽdũ
eſt, & primò, ut dixi in alijs lectur. & addendũ
15 ultra, † exemplum materiale Roſ. in libel. ſuis,
in quib.ac.primum, & ſecũdum decre.inter po.
col.3.par.4.quod parum eſſet habere aquam in
puteo,niſi etiam hauritorium haberemus,ad ꝓ
poſitum tamen, quod ſic modica foret utilitas
primi decreti, niſi ſecundum quoque adhibere-
tur, de quibus in l. ſi finita, in §. Iulianus.ff.de
dam.infec.contra opi.eorum,qui uolebant non
in omnibus perſonalibus actionibus locum ha
bere,ſed in cauſa damni infecti tantum, in qua
id ſolum iure cautum reperitur.l. prætoris offi-
cium.l.prætor,eo.ti.& ratione prædicta male,ut
per eum.quòdque parum curarentur actus iudi
ciarij, niſi eſſent executionis effectus, ut inquit
Signo.conſi.54.col.1.ad fi.inferendo amplius,
& ob id, ſententiam die feriata executioni man-
dari non poſſe. & quod deniq; ad idem fruſtra
eſſent Nomothetæ, ideſt legum latores, qualis
Solon apud Athenieſes, & apud Lacedemonios
Lycurgus,niſi eſſent nomophilaces, ideſt ipſarũ
cuſtodes. imò quòd ſine magiſtratibus uiuere
non poſſemus, nec ſine iuſtitia, ſecundum Bal.
in l.1. in 5.col. C.de iure libe. dicentem etiã hac
de re,non mirum eſſe, ſi conſuetudine, & præ-
ſcriptione ſimul acquiritur merum imperium:
quod nil aliud eſt. quam habere gladij poteſtatẽ
ad animaduertendum in homines facinoroſos.
l.imperium.ff.de iu.o.iu. quòdque factæ ſunt le-
ges, ut humana coerceatur audacia, & ut tuta
ſit inter improbos innocentia.cap. factæ autem
ſunt leges.4.diſ.l.congruit.ff.de offi.præſi.

Nec ſit iuriſdictio tandem in territorio, tanq̃
in re inanimata, aliter quàm ſeruitus in fundo
ſeruiente,uel dominante:in magiſtratu vero,tã-
quàm in ſubiecto animato,ſine quo per ſe nihil
agit. Bal.in c.1.in §.adhoc,col.2.de pa. iu. fir. in
uſib.feu.& ut hic,ita etiam glo.dicit in cap.duo
ſunt,in uerbo,in quibus.96.diſ.& in c. commiſ
ſa,& in c.ubi periculum, in §. præterea,de elect.
in 6.Abb.in rub.de reſcrip.in prin.Ancha.con-
ſi.205.colu.1. & conſi.218. ad fi. & Ro.conſil.
322.colu.penu.

Secundò,paulo poſt,ex eadem glo.habetis cõ
16 tinuationem huiuſce tituli † ad præcedentes: q̃
cum dictum fuerit ſuprà,de magiſtratibus, con
ſequentes erat uidendum de iudicijs, quæ per
eos exercentur, ſed quia iudiciorum præparato
rium eſt editio,ideo de edendo dicitur.

Et qua continuatione infertur, præparatoria
neceſſariò præmitti debere.

Quòd ex eo probatur etiam,quia actio ad ex
hibendum eſt præparatoria rei uẽdicationis.l.1.
& 2.ff.ad exhibẽ.& ipſam ſemper præcedit,quæ
de re non poſſunt in eodem libello cumulari.
Bar.in l.1.in fi.ff.de priua.delic.Cy. in l. ordina-
rij, in prin.in 2.q.C.de rei uen.

Et idem in querela dicendum eſt, quæ ſimili
ter præcedit neceſſariò peti.hær.cuius eſt præpa
ratoria.l.qui de inofficioſo.ff.de inoffi.teſta.

Nec ſecus in poſſeſſorio, cuius commodum
maximum eſt.l.is qui deſtinauit.ff.de rei uen.§.
commodum,Iuſti. de interdic. præceditque ne-
ceſſariò proprietatis q. l. incerti. C. de interdic.
plenè omnes in l.naturaliter,in §.nihil commu
ne.ff.de acqui.po. & quòd hoc tantum ſit dice-
re,quantum eſt, quòd cumulari non poſſint ſi-
mul,ut ſupr.& ratione ordinis firmat Bart.in l.
edita,in 6.col.infr.eo. Et idem in primo decre-
to dicimus, quod ſit præambulum ad ſecundũ.
l.ſi finita.§.Iulianus, & ibi idem Bar.ff. de dam.
infec.tradit Iaſ.in l.iubere cauere.ff.de iu.o.iud.
Et in iuſſu patris antequã adeatur hæreditas. l.
ſiquis mihi bona.§. iuſſum .ff.de acquiren.hær.
Et in bo. po.gratia litis agnoſcendæ. l. poſthu-
mus.§. fi. ff.de inoffi. teſta. quæ eſt præparatoria
querelæ, ſi filius emancipatus exhæredatur, ut
ibidem. Et in publicatione proceſſus, antequã
concludatur in cauſa.l.probatam, & ibi Bart. C.
de ſenten.plene Matan.in ſpecu.pra.fo.64.co.4.
uer.undecimus actus.& diximus in l.admonen
di.ff.de iureiu.

17 Quorum omnium † ratio forte ea eſt, quia
deſtructo ordine perueniendi ad finem, deſtrui-
tur finis.l. oratio. ff. de ſponſa.l.Neſennius, iun
cta ſeq.ff.de excu.tu.& quia in ſimili, ſi legatum
relinquatur alicui vt tutelam gerat, eidem non
debebitur,niſi tutelam geſſerit,ut inquit Bal. in
l.generaliter,in 6.col.C.de ep.& cle. & maximè
quia ordo iuris eſt,ut heri dicebam,qui peruer-
ti non debet,poſt Bar.in l. uxorem,in §.teſtamen
to. ff. de lega. 3. declarat idem Bald. conſi. 326.
colum. 2.uol.1.

Verum, quod iſta continuatio tuta non ſit,
nec ſolida, quòd præparatoria ſemper præmit-
tantur, argumentis oſtenditur: nam actio ad ex
hibendum (quod proximè etiam teſtati ſumus)
eſt præparatoria rei vendicationis.d.l.ordinarij.
C.de rei uen.& tamen poſtponitur titulo prædi
cto de rei uend.

Cui difficultati reſponderi poteſt, ut hic per
Iaſ.& per me latè in 2. lectu. ubi trado quinque
ſol.Nouiſſimè tamen aliam addentes,& veriſſi-
mam quidem, quod licèt ratione prædicta de-
buerit præcedere titulum de rei uen.alio tamen
reſpectu poſita eſt, ut dicam ſtatim. interim ita
ſoluit glo.in rub.C.de bo.po.contra tabu. & eſt
argu.in l.pater Seuerinam,in §.conditionum.ff.
de condi.& de.& in c.olim,de reſcrip.& in cap.
Rainutius, & ibi not.de teſta.quod demonſtra-
tur, non poſt titulum de rei uen.& de peti. hæ.
& non ante, & quòd ſit præparatoria rei uendi-
cationis, poſita fuit, quia eſt perſonalis in rẽ ſcri
pta.l.3.§.eſt autem.ff.ad exhi.inuẽta ad ſimilitu-
dinẽ realiũ, ut inq̃t glo.in rub.ff.ſi cer.pe.& hu-
iuſmodi qdẽ, ut neceſſariò ſeq̃ debuerit exẽplatũ
exemplar præcedere.l.in teſto magna.ff. de con-
di.& de. & ita in ſpecie ẽt arguit Bunge. præcep.
in præallega.rub.ſi cer.pe.in 8.col.& ad propoſi
tum

tùm dicit Barto. in ſimili, in l. unica, ut ibi refert Doc. lect. 5. in 5. not. C. de ſent. quæ pro eo. & eſt uerum, q in factis non habentibus certam naturam, uel quantitatem, totum intereſſe debetur: nec habetur conſideratio dupli, quia nec eſt ſimplum, cui poſſit adaptari.

Eoq; magis, quia accidens eſt, q agatur actione ad exhibendum, ex quo agens non compellitur. l. 1. C. de alie. iu. mu. cau. fac. c. examinata, de iudi. naturale autem q ſit perſonalis in rem ſcripta. d. §. eſt autem, natura & non accidens attenditur. l. qui habet. ff. de rut. ergo, & ità tenent * omnes, licèt Dec. dicat, hoc uerum eſſe in rebus immobilibus, non in mobilibus. l. 1. C. ad exhib. l. 1. ff. eod. not. in l. ad rem mobilem. ff. de procu. & in l. 2. in §. 1. C. quando & quib. quar. pars debe. lib. 10. ubi aſſignatur ratio, quam idem Deci. adducit, ex quo immobiles latere non poſſunt, mobiles autem ſic: & male, quia ſi utilis eſt, ut in d. l. 1. dicitur, ſequitur neceſſariò, q nec in mobilibus erit neceſſaria.

Tamen pro opi. Decij conſidera, q text. dicit alibi, hoc idem ordinarij iuris eſſe, in l. ordinarij. C. de rei uen. & à prima ſol. non recede.

Secundò inſtatur adhuc contra prædictã continuationem, & illationem glo. q verè non ſint, quia editio actionis bene eſt præparatoria iudicij, & hac ratione præmitti debuit, ſed non alia, quæ inſtructoria cauſæ dicuntur, ut teſtes, inſtrumenta, & rationes. l. 1. ff. de fid. inſtrumen. c. per uenit. extra, de teſti. & non immeritò, quia alia etiam ſunt, quæ inſtrumenta appellantur, & tñ non inſtruunt cauſam, ut illud, quo fundus colitur, & de quo in l. quæſitum. ff. de fun. inſtru. & inſtrumentum, id eſt ſexus, in caſu c. fraternitatis. de frigi. & male. declarat Barba. latius in c. 1. nu. 25. de proba.

Cui difficultati etiam reſpondent omnes, continuationem ſaluantes, præcipuè Franc. Tig. qui fuit præceptor Barto. ſeu à quo Piſis omnia habuit, ut dicit Ang. in l. ſi quis ſeruo. ff. de ſol. Bal. Fulg. Paul. de Caſt. & Iaſ. ſatis eſſe, q aptitudine & potentia poſſint eſſe præparatoria, ſi in libello fiat eorum mentio, quoniam tunc ante litẽ conteſtatam edi deberent, à quo tempore iudicium formari dicitur. l. amplius non petitum. ff. rẽ rat. hab. tenſtinet Inno. & alii, in d. c. 1. & Barto. in l. poſtquàm. in §. dies, ut lega. no. caue. & non eſt à ratione alienum, quod ex multis, in aliis lec. maximè ſecunda probamus.

Adde nouiſſimè Bald. alibi dicentem, adeò uerum eſſe, aptitudinem & potentiam conſiderari poſſe his modis, ut actum repræſentent, conſil. 242. colum. 1. ad fi. uolum. 1. & per glo. in §. præiudiciales, Inſti. de act. & in prin. de re. di. to. lib.

Vel & melius, q imò hæc quoque præparatoria dicuntur, ediq; debent ante litem conteſtatam, ſi fuerint propria uel communia. l. 1. §. edenda ſunt omnia. ff. eod. & fuit reſponſio Abb. in d. c. 1. in 6. col. de prob.

Vel & ultimò, q de editione propriè intellexit, & impropriè: propriè ante lit. conteſt. impropriè uerò poſt, argumen. in l. 2. ff. de offi. procon. ſenſitq; glo. noſtra hic, in ſecũda continuatione. & ſatis eſt, q continuatio poſſit vt in pluribus uerificari, quemadmodum in ſimili dicit glo. in l. ſuis quoque. in §. puto. ff. de hær. inſti. quã extollit Aret. in l. 1. col. pen. de teſta.

18 † Et maximè in editione actionis, in qua iudicij fundamentum conſiſtit. l. 1. ff. de eden. l. edita. infr. eod. l. ſi pupilli. §. videamus. ff. de neg. geſ. l. 2. ff. de offi. aſſeſſ.

Tertiò oppono, q editio libelli non poſſit eſſe præparatoria iudiciorum, cum à citatione incipiant. §. fin. Inſtit. de pœ. te. liti.

Et ſepoſitis aliorum ſol. (multum enim laborat idem Iaſo. hic.) ut dicebam aliàs reſpondeo,

19 † q imò iudicium propriè incipit à lit. conteſt. l. amplius non petitum, allegata etiam ſupra, ff. rem ratam hab. c. 1. de lit. conteſt.

Et hinc eſt nouiſſimè, q bon. poſ. agnitio, eſt actus iudiciarius, & tamen citationem non requirit. l. fi. C. qui admi. Barb. in rub. eo. ti. col. 32.

Quòdq; non eſt de proceſſu, ſecundum Alexand. in rubr. de in ius uocan. & Canon. in cap. quoniam contra. de probat.

Et q denique ſecundum iura antiqua, licebat iſta ratione actionem mutare uſque ad litem conteſtatam, ut uidebimus in l. edita. C. de eden. tradit Bart. in l. cum quærebatur, in §. fin. ff. iud. ſol. Aliæ eſſent etiã difficultates tangendæ, ſed quia in aliis lectu. dictum eſt ſatis, non inſiſtam nunc aliter.

20 Sed nunquid ex præparatoriis † inferatur ad * præparatum. omnes * dicunt, quòd ſic, ſublato prius tamen obſtaculo. l. quod per manus, de iure cod. ut hic per Dec. & Rip. in rubr. de iudi. ou. 11. & bene, propter cõnexitatem. l. quiſquis, & ibi Barr. C. de agric. & cenſi. lib. 10. adeo, ut uendita ſeruitute rei, res ipſa etiam uendita uideatur. l. ſi aquæductus. ff. de contrahen. empt. l. 1. ff. ſi uſufr. pe. l. 3. §. qui habet. ff. de ſer. ruſt. prædio. tradit idem Bart. in l. 1. in 2. colum. ff. de no. ope. nuncia. dicens, ſi cui præcedentia permittantur, q eadem quoque ſequentia permitti uidentur. & probatur in l. qui proprio, in §. itẽ quæritur. ff. de procu. & ut infra latius, nec ad propoſitum (quod vulgo aiunt) bona ſit illatio, niſi ex præmiſſis fiat. l. Papinianus exuli. ff. de minorib. l. Stichum. §. naturalis. ff. de ſolu. l. qui ad certum. ff. de act. empt.

21 Et ſi mulier † reperta ſit in præparatoriis adulterii, arguitur adulterium hac ratione, debet que dote priuari. l. qui domum. l. & ſi amicis domum. l. quod ait lex. ff. ad legem Iul. de adul. c. plærunque, de don. int. uir. & uxo. & fuit opi. * Bal. magis * communis, in c. tua. de procu.

22 Qui dicit etiam in l. aduerſus, in 2. colum. C. de fur. q oſculum confunditur cum adulterio, ex quo præambulum eſt ad illud naturaliter ordinatum

dinarium, & ita quoq; ſenſit Bar. in l. capite quinto. ff. ad legem Iu. de adul. & Abb. in c. tertio loco, in pe. col. de proba.

Quod lege etiam, ultra ſupradictas, & ratione probatur: lege, quia ſic vaſſallus priuatur feudo, ſi ſolus cum domina inuentus ſit, & in præparatorijs veneris. c. 1. §. 1. quib. mo. feu. ami. & licèt in uaſſallo loquatur, & in materia feudi, in qua ſpecialis, & extraordinaria conſuetudo ſolet attendi, nec ad conſequentias trahi, ut per Bar. in l. ut iuſiurandum, in §. ſi liberti. ff. de ope. liber. & Alex. in l. diuortio, in §. ſi fundum, in 2. col. ff. ſolu. ma. plenè Cur. iuni. conſi. 26. nu. 11. & per. extendetur tamen ad caſum noſtrum, in naturali ratione fundatum, ut ibi, quoniam uiolatur naturalis ſocietas. l. aduerſus. C. de crim. expi. hæ. Ro. conſi. 212. in 2. col. & per locum à ſpeciali probatur inductio. d. c. 1. ex his quæ habentur in l. Caii Caſſij. ff. de fideicom. lib. Ratione vero ob criminis deteſtationem, quoniam atrociſſimum reputatur. l. auxilium, ubi glo. not. ff. de mino. Gramma. deci. 74. nu. 14.

Vel quia maxima afficitur iniuria maritus, uiolaturq; ſocietas maritalis (ut proximè dicebam) & hoc idem ſibi eſt grauius, quàm homicidium filii. l. codicillis. §. pen. ff. de lega. 2. tradit Bald. in l. ſi. in pen. col. de feri. & in c. ex parte, in 2. de conſue. & præcipuè (ut dixi) quia ex præparatoriis infertur ad præparatum; & quia præſumitur quid ſemper ſubſecutum ex præcedenti tractatu. l. 1. ff. de iudi. Bal. in d. c. ex parte.

Tamen uerior uidetur opi. contraria ex multis, & primò ultra dicta aliàs, quia conſiderandũ eſt in adulterio duplex eſſe principium: quoddã præparatorium & remotum, quoddã uero propinquum & ſubſtantiale. l. ſi pecuniam. ff. de cõdi. ob cau. ſed ſi in præparatoriis veneris reperiatur. principium præparatorium eſt, & remotũ ergo non propinquum & ſubſtãtiale, quia multa tractantur, quæ non perficiuntur, dicit Bald. in l. multum intereſt. colum. 2. C. ſi quis al. uel ſibi. eſtq; tota uis in concluſione l. ſi voluntate. ubi idem Bal. C. de reſcin. uen. d. plenè Deci. cõſi. 21. col. 1. uol. 1. ergo nec dote priuabitur.

Secundò, quia homicidium eſt maius adulterio. c. ſi quod uerius dicitur. 33. q. 1. Fel. in c. at ſi clerici, de iudi. inq; eo ordinaria pœna non punitur is, qui nõ perfecit. l. 2. & 3. ff. ad legem Iul. de ui priua. l. is qui cum telo. C. ad legem Cor. de ſica. ergo nec mulier in præparatoriis veneris inuenta, quia ſi de quo magis uidetur ineſſe & nõ ineſt, conſequens eſt, ut nec inſit de quo minus. l. relegatorum. §. conſtitutum. ff. de interdic. & releg. c. ſi Paulus. 32. q. 5.

Et idem in ueneno dicit Flo. in l. item ſi obſtetrix, in princ. in 1. col. ff. ad legem Aquil. in adulterio, ueneno, homicidio, & falſo, Gramma. latè, deci. 74. allega. etiam ſupra, per totum.

Tertiò, quia leges, huiuſcemodi pœnas pro delictis imponentes, ut plurimum loquuntur per uerba temporis præteriti perfecti. ſi hominẽ occiderit, ſi à uiro receſſerit, ſi uenenum propinauerit. l. 1. ff. ad leg. Cor. de ſica. prærallega. c. plerunque. de do. int. ui. & uxo. l. 1. ff. de extraordi. cri. d. l. is qui cum telo. ergo ſatis non erit mulierem inuentam in præparatoriis adulterij, ut dote priuetur. l. 1. §. ſi. ff. quod quiſque iu. quæ pœna mulieri eſt maxima. l. 1. ff. ſolu. ma. l. teſtamento centurio. ff. de man. teſtamen. l. aſſiduis. C. qui pot. in pign. habe.

Quartò probatur per text. in §. quia uero plurimas, in Authen. ut li. ma. & auiæ. ponderando tria ibidem. Primò dum dicit, q ſolui nuptiæ nõ poſſint, niſi ex cauſa, & ſunt uerba procemialia legis, ex quo facile ac ſine cauſa hoc idem fieri ſolebat ante dictam conſtitutionem. Secundò q ex cauſis ſolummodo ſoluantur. in d. §. nominatis. Tertiò q adulterium inter cætera exprimit, & alia, ergo præparatoria ueneris excludentur, nec etiam in cauſa ut nuptiæ ſoluantur, & mulier dote priuetur.

Quintò & ultimò uidetur caſus à nobis aliàs allegatus, in c. literis, de præſump. ubi nõ poteſt iudex ſententiam diuortii ferre prætextu adulterii, niſi ex uiolenta præſumptione, per quam indubitanter carnis copula probatur, ut puta ſi teſtes dicant, nudum cum nuda, ſolum cum ſola, in eodem lecto iacentes uidiſſe, ea (ut credebãt) intentione, ut ſe carnaliter cognoſcerent. imò q probabilis eſt etiam, ne dum uiolenta, ut p Abb. in c. quanto, de præſump. & nimirum ad propoſitum, quia directè probari non poteſt, & per rationes intrinſecas, ſed extrinſecas, quæ non præſumuntur, niſi exprimantur, ut pulchrè declarat Bal. in l. ſolam. in 1. col. C. de teſti. ergo non ſi in præludiis ueneris ſimpliciter reperiantur.

Et tenendo ſic, parum obſtabunt contraria, nam d. l. qui domum, & ſeq. incipiens, & qui amicis, loquuntur in adulterio conſumato, & qñ quis conſenſit delicto, præſtando domum delinquentibus, quo caſu non mirum eſt ſi tenetur, ex quo agentes & conſentientes pari pœna puniuntur. c. 1. de offi. deleg. eſtq; cauſa cauſam, quæ eſt cauſa cauſæ. l. manumiſſiones quoq; ff. de iuſti. & iu. & pondera dum dicunt etiam, q quaſi adulter punitur, oĩa longe aliena à caſu noſtro. Similiter quicquid ſit, tex. in d. l. quod ait lex, loquitur in filia inuenta, non in præparatoriis Veneris, ſed in ipſo crimine & actu Veneris, dataq; eſt etiam poteſtas dicto caſu patri & non marito, quia non eſt ueriſimile q ipſam interficiat. l. nec in ea. §. ſi. eod. tit.

Nec ſecus intelligendum eſt, quod habetur in d. c. plærunq; ut ſupr. oſtenſum fuit, nec repeto. & ſic opi. Bald. in d. c. tuæ, & in d. l. aduerſus. & Bar. in d. l. capite quinto, & Abb. in d. c. tertio loco, falſa, quantum ad prædicta.

22 Non † obſt. text. in c. 1. in §. 1. quib. mo. feud. amit. quia ut dicebam aliàs, loquitur in caſu claro, q uaſallus priuetur feudo alternatiuè, ſi dominam

minam cognouerit, uel turpiter ludere cum ea fuerit inuétus, quo caſu ad ueritatem ipſius ſufficit alteram partem eſſe ueram. l. ſi hæredi plures. ff. de condi. inſti. nos autem in dubio, quorũ duorum non eſt par eademq; ratio. l. cõtinuus. §. cum ita. ff. de uerbo. ob. quod nihil aliud eſt dicere, niſi quod diſpoſitio legis eo caſu ultra procedit, in caſu autem noſtro eſt dubia, quomodo reſpondet etiam in ſimili Bald. in l. cum ancillis, col. 2. C. de inceſ. nup. & in dubio debet capi ea præſumptio, quæ ſit excluſiua delicti. l. merito. ff. pro ſo. præcipuè ubi debet eſſe conſummatũ, aliàs puniretur affectus, etiam quando ad actũ proximum delicto deuentum non eſſet, haud dicendum. l. ſiquis non dicam rapere. C. de ep. & cle. multa Gramma. in loco ſuprà allega. deci. 74. col. 1. & Bal. conſi. 294. per totum. uolum. 1.

Vel & nouiſſimè ad d. tex. rñde, quod iure Lõgobardorum loquitur iniuſto, & ſine ratione, quod etiam aſininum appellatur, ut per Bald. in authen. dos data, in 2. col. C. de do. ante nup. & Iſer. in c. 1. in §. fi. de no. feu. in uſib. quod refert, & ſequitur Maran. in diſpu. ſuis. 2. nu. 34. nec ad caſum noſtrum aliquo modo trahendum, præcipuè, quia iure Ro. uiuimus, ut in d. locis not. Et minus rurſum facit ratio, quia non eſt conſiderabilis, ut mulier dote priuetur, ex quo adulterium ex eo non probatur, nec ex iſtis præparatoriis infertur ad præparatum, quod etiam, cum ſupra ſatis oſtenſum ſit, ſilentio inuoluo.

23 Sed quid in mandato, † an ex præparatoriis inferatur ad præparatum? uideretur dicendum quod ſic. quia ſi procurator conſtituatur ad contrahendum, uigore contractus poteſt etiam eidem ſolui. l. quod ſeruus, in fi. ff. de ſolu. tradit Bar. in l. filiæ. ff. eo. ſignanter dicens, ſi quis mandet alicui, ut contrahat, quod eidem mandare uidetur, ut ſolutionem recipiat. Et idem in l. qui procuratorem. ff. de procu. ubi habens mandatũ ad litem inchoandam, illud idem habere uidetur etiam ad eam perficiendam. Et ſi minoris nomine, læſionis prætextu, reſtitutio petita ſit, reſtitutorium iudicium accipere etiam compellit. l. qui proprio. § item quæritur. ff. eo. & not. in l. ad rem mobilem. ff. de procu. & in l. inuitus. C. eo. tamen opponitur, quia imò conſtitutus ad agendum, appellationem proſequi nõ tenetur, præallega. l. inuitus. c. non iniuſtè, eo: ti. Rota de ci. 273. in nouis Bal. in d. §. item quæritur, colu. 4. et uidetur caſus ĩ l. 1. in §. igitur. ff. de exer. ac. ubi præpoſitus ad locandum, nõ uidetur præpoſitus ad exigendum, intellige locationis penſionem. Idq; clarius in l. hoc iure. ff. de ſolu. ubi hoc iure utimur, ut litis procuratori haud recte ſoluatur. tradit Bar. in l. ſtipulatio iſta, in §. ſi ſtipuler, in 3. col. ff. de uerbo. ob. Et in c. Nicolao, de ap. ubi qui habet mandatum ad iudicem impetrandum, quod eſt præparatorium litis, non intelligitur habere id ad ipſam litẽ ꝓſequendã.

Et ſi denique iudex delegatus ſit in cauſa poſſeſſorii, quæ eſt præparatoria petitorii, non propterea cognoſcet petitorium. l. ſi de proprietate. C. ſi a nõ cõpe. iud. fue. ap. c. 1. de ſeq. po. & fruc.

Et hæc opi. uerior eſt, quoniam mandatum ſtricti iuris eſſe dicitur, non facilè extendẽdum, uulga. l. diligenter. ff. man. cap. cum dilecta, & ibi not. de reſcrip. & ita tranſit Deci. hic, poſt Ro. conſi. 330. col. 3. & 4. & ultra eum, conſil. 461. in 1. & benè. Præſertim, quia cauſa ap. à prima diuerſa eſt penitus, & ſeparata. unde eſto ꝙ appellare debeat, ſi ſententiam contra ſe reportauerit, non tamen hac ratione ap. proſequi tenetur. & ita declarat Bar. in l. cum & iudices, in 2. col. C. de iu. cal. Et quo ad ſecundũ, & tertiũ, quia ſolutio requiritur ſpeciale mandatum, ut idem Bar. dicit in d. §. ſi ſtipuler, & eſt caſus in l. uero procuratori, ĩ prin. & in l. qui hominem, in §. ſi gener. ff. de ſolu. etiam ſi ſit pater, inquit Abb. in c. cum M. in 3. col. de conſti. imò (ut dixi ſuprà,) ſi quis à procuratore mutuam pecuniã accepiſſet, uel cum eo aliter contraxiſſet nullo actu domini interueniente, quòd ei etiam ſolui poſſet, d. l. quod ſeruus. Bar. in l. eum qui ita, in §. qui ſibi aut filio. ff. de uer. ob. Quoad quartum uerò, quia limitate ad impetrandum tantũ fuerat conſtitutus, nec erat conueniens, quòd ſe ad litem proſequendam ingereret. l. in agris. ff. de acqui. re. do. l. euictis. ff. de uſu. cum ſimilibus. Et quo ad quintum denique, quia poſſeſſorium, & ſi præambulum ſit petitorij, nihil tamẽ cum eo commune habet. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. po. & quia ex diuerſis nõ infertur.

Ex quibus dubium facientia ſublata manebunt, nam primum procedit in peculio, cui ſeruus præpoſitus ſit, ut exactioni præpoſitus ẽt uideatur, quia eſt quid vniuerſale, vt hæreditas. l. peculium. §. ſi ære. ff. de pecu. Bar. & alii in rub. ſolu. ma. ad fi. nos autem loquimur in mandato ad certam rem ſpecialem ut ſuprà.

Et ſimiliter ſecundum, ſecum reſponſionem habet, ut in mandato agendi procedat, quod ad litem perficiendam etiam extenditur. l. qui cum maior. §. accuſaſſe. ff. de bo. lib. l. in ſeruitutem. §. petiſſe. ff. eo. eſtque argu. in l. cum Syllanianum, in §. fi. C. de his quib. vt indi. Nec ſecus tertium. ex quo vnum ſine altero ſtare non poteſt, ſitque dicto caſu reſtitutio, ut agatur, & ſic neceſſariò, cum unum ab altero pendeat, cõnexumq́ue ſit, ex præparatorio infertur ad præparatum. & not. in d. l. ad rem mobilem, & in d. §. item quęritur. & dubium non habet. Vel fac regulã quicq̃d dicatur, quòd imò etiam in mandato, ex præparatorijs ad præparatum inferatur, ut per glo. in d. l. ad rem mobilem. ff. de procu. & iam oſtẽſum fuit propter connexitatem, quod Iaſ. in l. 1. in 1. col. C. de tran. etiam declarat plenè Caſſane. cõſi. 1. nu. 29. Cur. iuni. conſi. 19. nu. 16. uol. 1. & ad contraria reſpondeas ut ſupra.

Verum adhuc quæritur, de alia not. q. ſi epi-

ſcopus

ſcopus abſoluat aliquem à iuramento, & quidẽ ad effectum agendi, quia dicat contractum ſimu
24 latum, uel uſurarium, an poſſit † cauſam princi
* palem etiam terminare, * communis opi. eſt, ꝙ ſic, per regulam ſupradictam, quia iudex præparatorii eſt etiam iudex præparati, & originaliter eiuſdem Bald. in l. ordinarij, in 1. col. C. de rei vẽ. quem ſecutus eſt etiam Alex. in l. quotiens. C. de iudi. & conſi. 58. ad fin. uolum. 1. & ſuſius, ut Petralanc. teſtatur ſing. 88. & communem dicit in ſpecie Deci. in rub. extr. de iudi. colum. 2.

Et pro ea uidetur caſus clarus, in c. de prudentia, de don. inter vir. & uxo. ubi iudex eccleſiaſticus, & ſic incompetens, ratione matrimonii, qđ eſt ſpirituale, efficitur competens, & cognoſcit etiam de dote, deq; materia aliàs, in c. tuam, de ordi. co. & in l. Titia, & ibi Bar. ff. ſolu. matr. ergo & ratione iuramenti quoque in caſu præſenti, quoniam hmõi eſt. c. & ſi Chriſtus, de iureiur.

Et ad idem etiam in l. minor, in fi. princ. ff. de mino. ubi ſi cognitione prætoria fundus mihi ablatus ſit, eadem etiam reſtitui debet, & congrui. cap. 1. de reg. in. Auth. è contra. C. de repu.

Nec ultimo loco uidetur poſſe diuerſitatis ratio aſſignari, ſi iudex conuentionis cauſam recõuentionis audit, & utranq; debito ſine terminat c. 1. de mu. peti. co. non etiam poſſit epũs hoc caſu de cauſa principali cognoſcere.

Contrarium autem tenuit Pau. de Caſt. in d. l. ordinarij, & multa ꝓ eo etiam adduci poſſent, ut dixi aliàs, ſed nunc ſatis ſit adducere text. qui in indiuiduo hoc idem probet, in l. 1. C. ad exhi. ubi præſes fuit iudex in actione ad exhibendum, & ſic præparatoria, & tamen in actione reali alius cognouit.

Breuiter mihi placet Bal. opi. non ex ſupradictis, tamen, quoniam tex. in c. de prudentia, ſpeciali ratione procedit, & in dote, quæ eſt acceſſorium matrimonij, & ſine controuerſia ſequi debet ſuum principale c. acceſſorium. de regu. iur. in 6. c. accedens. ut lite non conte. Abb. in c. ex parte. col. 2. de reſti. ſpo. Bal. in l. & ſi cõtra. ad fi. C. de nup. plene Caſſa. conſi. 43. nu. 14. & facit quod habetur in l. 3. ff. de iur. dot. Secundum etiam parum probat, quoniam iudex erat competens, hic autem non, uel dic, ꝙ de facto id uerum ſit, ut fundus ablatus reſtituatur, quia quæ de facto fiunt, de facto debent retractari, & ad hoc ille tex. ſolet allegari, Et minus tertium, quia id eſt ex regula l. cum Papinianus. in fin. ibi, cuius enim in agendo. C. de ſen. & quia non debet licere actori, quod nõ liceat etiam reo. Rota deci. 104. col. 1. in nouiſ. & Deci. 353. in fi. eo. lib. & in regu. non licet plenius. de reg. iu. in 6. longe diuerſa a caſu noſtro: Ea igitur ratione ſolum, ut dicebam aliàs, tenenda eſt, totum enim pendet a competentia uel incompetentia iudicis, quia eſto, ꝙ actu incompetens ſit, potentia tamẽ eſt competẽs, quo caſu ſtatim petita abſolutione a iuramẽto, fit cõpetens actu. l. quæſitum. §. illud fortaſsis. ff. de lega. 3. uulga. l. pe. ff. de milit. teſta. aliàs a laico non differret, qui in cauſa eccleſiaſtica nunquam nec actu, nec potentia competens effici poteſt. c. lator. & ibi Abb. col. 2. qui filij ſint legi. pulchrè Ang. in l. 3. C. de iudi. & quia plus eſt, ꝙ cauſa incidat, quàm quòd ſit præparata, & nihilominus incompetẽs de incidenti cognoſcit. l. quotiens. C. de iudi. ergo multo magis epiſcopus hic præparatam. Nec obſt. tex. in l. 1. ad exhiben. quia cognouit iudex datus a præſide, perindeq; eſt, ac ſi ipſe cognouiſſet. c. ſanè. de offi. dele. l. 1. §. qui mandatum. ff. de offi. eius. & probatur hæc reſponſio in l. ſæpe. & ſeq. ff. de. offi. præſid. & ſentit quoque Cur. hic, & bene, & quia cum eſſet dubitatio ibi apud legiſlatorẽ, nunquid filia quæ matri ſucceſſerat, non obſtante uenditione patris (ancilla enim ab ipſo fuerat alienata) poſſet agere tanquam domina ad exhibendum, & decidatur ꝙ ſic, omni alio caſu præſupponitur habilitas, & ſic, quòd iudex foret competens. l. qui teſtamento. ff. de teſta. c. 1. de æta. & quali. in 6. & iſta ſufficiant.

25 In ea. glo. ibi, & nota. habes, quòd hic † de triplici æditione agitur actionum, rationum, & inſtrumentorum, & eſt uerum, & in legibus ꝑ eam alleg. ſed uidetur defectiua, quia acta omittit, & nihilominus in eis iudicij ſubſtantia conſiſtit, & cauſæ deciſio, & de quibus etiam ſpecialiter tractatur in l. 2. infra eo. Saluant ſcrib. præcipue Fulg. omiſiſſe de induſtria, quia appellatione inſtrumentorum ueniunt acta. l. 1. ff. de fi. inſtru. tradit Bart. in l. in fraudem. in §. neque. ad fi. ff. de iure fi. & ex eo etiam liquet, quod debet intelligi ſecundum leges allegatas, in quibus fit (ut diximus) de actis mentio. Bart. in l. non ſolum. in §. ſi liberationis uerba. ff. de libe. lega. Quæ reſolutio tamen dubitabilis eſt, quoniam hac ratione debuiſſet etiam omittere editionem rationum, quæ pariter ueniunt inſtrumentorũ appellatione. l. ſcripturas. C. qui po. in pig. ha. hinas Bar. in l. 1. C. de iu. cal. & tamen non omiſit. Imò, ut inquit Bar. in l. 1. in §. 1. ff. de eden. non eſt uerum, quòd inſtrumentorum appellatione ueniant acta, & probatur in d. §. neque. ubi inter hæc duo copula ponitur, quæ diuerſitatem arguit copulatorum. glo. in rubr. de iur. & fac. igno. Bart. in l. ſed & reprobari. in §. amplius. col. 4. ff. de excu. tut. Et
26 † ideo, ſi ſtatutum puniat falſitatem inſtrumenta, locum non habebit in falſificante acta, ut per Gandi. latè in tracta. malefi. de fal. col. 4. & Rimi. latius, atque alios dicentes ſuppleri per gl. in rub. ff. eo. quæ de actis etiam mentionem facit, & bene. Sed conſidera etiam quo ad ſupradicta, ꝙ ſecundum communem uſum loquẽdi non ita appellatione inſtrumenti continentur rationes, ut acta, quod præſenſit etiam Bar. in d. l. 1. de iuram. calum. & maximè attendi debet, cũ ſit in exaudiendis ſermonibus, & verbis legum

poten-

potentiſſimus.l.librorum. §.quid tamẽ Caſſius.
ff.de leg.3.Pau.de Caſt.conſil.40. ad fin.uolum.
1.nec probatio ipſius neceſſaria, quãdo illuſtres
Doctores ita eſſe teſtantur, ut Bar.in loco præall.
fuitq; dictum Cur.Senio.conſi.74.col.27. relati
per Sauilia.conſi.325.col.2.nol.2.

Nec officit, quòd inter inſtrumenta & acta po
natur copula, in d.§.neque, quia ponitur inter ge-
nus & ſpeciẽ.l.fi.§.cui dulcia.ff.de ui. tri. oleoq;
lega.& ita idem Bar.reſpondet ibidem, & proba
tur in rub.inſt.de ſer.& aqua.& per glo. in l. 1.
C.de rer.permut.

Et minus quod de ſtatuto dictũ eſt, quia for-
te, ut dicebam aliàs, propter criminis deteſtatio-
nem, id inductum eſſe uidetur.

Vel & melius, ꝙ imò uerificetur in falſificãte
etiam acta, ex quo ſecundum communem vſum
loquendi debet intelligi, ut per eundem Bart. in
rubr.ff.de nou.ope.nunc.

Verum adhuc difficultatem moueo, quare eſt
cùm editio actionis ſit prius facienda, quàm ra-
tionum, inſtrumentorum; & actorum, ex quo in
ea fundamentum iudicii conſiſtit, ꝙ nõ prius de
27 actione dixerit, † ut facit Iuriſcon. in l. 1. ff.eod.
quàm de aliis. augetur difficultas, quia de actio-
ne in ſpecie eſt tractatus, actorum uerò in gene-
re, debuitq; omnino hac ratione præmitti.l.ſi ſer
uus ſeruum.§.inquit lex.ff.ad legem Aqui. & ta
men factum non eſt, ſed de rationibus tractatũ
in l.prima, ĩ 2.de actis, ĩ tertia de actione, & ſuc
ceſſiuè de inſtrumẽtis ĩ aliis legibus, & malè: ſen
titq; Ripa in d.l. 1.in princ.& non reſoluit. Cogi
ta tu ſi pro ſolu.forſitan dici poſſit, in contingen
tia facti ita eueniſſe, ubi Iuriſcon.artificioſo ordi
ne proceſſerunt, quod declarat Odofr. in d.l.edi
ta. nume.2.

Vel aliter, ꝙ ordo literæ & compoſitionis at-
tendi non debeat, ex quo conſtat de mente legiſ-
latoris.l.nec enim.ff.de ſol.firmat Bart. in authẽ.
hoc amplius, in prin.C.de fideicom.

Vel & ultimò, cum non poſſit concludens ra
tio aſſignari.l.non omnium.ff.de legi.dici poteſt
id factum fuiſſe, quia ſic legiſlatori placuit, Bart.
in l.hæreditatem, in prin.nu.1.in fi.ff.ad l.Fal.&
in l.ex facto, nu.19.ff.de uulg.& pup.ſubſt.& ita
licèt ad aliud, reſpondet Cy.hic.& facit text.in l.
2.C.de cri.ſacr.& in c.in iſtis.4.diſt.& fuſius ẽt
ſuprà diximus, nec repetimus.

In ead.glo.ibi, de edendo, id eſt de demonſtrã
28 do, ab edo, edis † uult dicere, & non ab edo, es,
eſt, ideſt comedo, & bene. quod etiam hic decla-
rat Odof. Hinc uidemus, ob id quod ab edendo,
idus (diuiſio enim dicitur, quia diuiditur mẽſis
per medium) quaſi edus dicebatur pariter ab e-
dendo, quia dies epularum erat: ab edo edis igi-
tur dici debet omnino ut prius. ſed declaratio,
tanquam nota, neceſſaria non erat, ex quo uerba
intelligenda ſunt, ne abſurditatem includant. §.
ſed & quod principi placuit, ĩſt.de iu.na. l.Plau
tius.ff.de aur.& arg.lega. imò quando de mente
conſtat, ꝙ mala grammatica etiam nõ uitiat, nec
leges Priſciano ſubiacent.l.quoniam indignum.
C.de teſtamen. Bald.conſi.33. ad fin. uolum.1.
uerum abſurditas maxima eſſet aliter intellige-
re, & hoc ipſum à materia penitus alienum. l. 1.
§.edere.ff.de eden.l.edita.infrà eo.ergo.probabi-
lis tamen, nec ſpernenda, rudium gratia. l.1.§.
quamuis.ff.de uen.inſpic.c. 1.de no.for. fide. in
uſib.feu.optima glo.in §.cum ex aliena, Inſtit.de
rerum diuiſione.

Sed ad idem opponitur, ꝙ ſatis eſſet prouiſum
per actionem ad exhibendum, nec tractatus iſte
29 fuerit neceſſarius, quod intellige † quo ad edi-
tionem inſtrumentorum.l.3.§.pen.ff.ad exhib.l.
non ignorabit.l.inſtrumenta.C.eo.

Soluit Alb.& primò, licet Cur.dicat, nihil eſſe
quòd iure actionis ex illo titulo fit exhibitio, hic
autem offi.iud.& per actionem in factũ.l.1.inſt.
eo.l.ſi quis ex argentariis.§.pertinere.ff.eo.

Aliter Cur.quòd tit.ad exhibendum locũ ha-
bet quando inſtrumenta propria petũtur, & ſic
à domino, iſte uerò, quando communia. d.§.pe.
l.1.§.edenda.ff.eo.

Quæ confundi uidetur per text.in d.l.3.in §.
ſciendum, & in d.§.pen.no.ubi non ſolum Dño
actio ad exhibendum datur, uerum ẽt non Dño,
ſi ſua interſit. Saly. latè in l.1.in pen. col. inſr. eo.

Et plana, ſepoſitis his omnibus, ac uera tradi,
ſi dixerimus ꝙ cum per titulum ad exhibendum
prouiſum ſit ad alium effectum, quã ſit per iſtũ
de edendo.l.1.ff.de eden.l. 1.& 2.ff.ad exhi.præ-
alleg.§.ſciendum, non põt dici iſte uel ille ſup-
fluus. & eſt ad idem not.theo.Barto.in l. ſi mari-
tus.1.in §.1.in 1.col.ff.ad legem Iul.de adult.di-
centis, quando duo ſunt auxilia eundem effectũ
habentia, quòd non refert qualiter intententur,
quòdq; diuerſa eſſe non uideantur, & nimirum,
quia effectus regulantur à cauſis.l.licet. §.ea ob-
ligatio.ff.de procur. ergo ſi effectus fuerint di-
uerſi, ſecus.

In ea.glo.ad fin.dum ſe remittit ad not.in ru-
br.ff.eo.quare ſic per gerundium dixerit author,
30 de edendo, † & non uerbaliter de editione, ut
alibi de pactis, de tranſact.& ſimilibus, concluſi
ne habetur, quoniam relatum eſt in referente.l.
aſſe toto, ff.de hæredib.inſtituen. authen.ſi quis
in aliquo documento. infra eod. quòd hoc ideo
factum ſit, quia neceſſitatem importat. & ſic trã
ſit Odof.Io.Fab.Iuſti.de act.in rub.& alii hic, per
laſ.relati, & habet colorem.

Sed Bart.& Docto.replicant, iure non proba-
ri, quòd gerũdium neceſſitatem importet, & ſic
reſponſio glo.falſa. §.conſideremus in Authent.
de trien.& ſem.§.cum igitur.ibi, nec eſt lex, quæ
hoc dicat, de non eli.ſec.nub.eo.lib.& maximè:
quia uidemus dictum fuiſſe de in ius uoc. & de
poſtu.& tamen nemo inuitus id facere compel-
litur.l.1.C.ut ne.inui.

* Et eſt * cõmunis reprobatio: ſed iudicio meo,
glo.ſaluari poteſt, quòd de neceſſitate, cauſatiua

intellexerit, non præciſa, & eſt rationabile, quia ſi quis uult obtinere & conſequi quod intēdit, actionem edere debet. l. qui accuſare. l. edita. infrà eod. l. 1. ff. de eden. Quæ neceſſitas, ut dicit Ripa, & benè, in rub. de in ius uoc. & de poſtul. conſiderari etiam poteſt, deducendo ut per eū, nume. 6. dic tu quòd glo. ita declarat in d. l. 1. ut ne inui. & hoc modo ſignanter neceſſitatis uerbum, in l. fi. ff. de ſepu. nonnihil Bar. in l. imperiū, colum. 2. ff. de iuriſd. omn. iudic.

Et quod neceſſitatem præciſam non importet, aliàs in pulchra q. Alexan. ita decidit, eius q locauerat fundum ad decennium cū pacto francandi, ut id facere non cogatur præciſe, conſ. 28. ad fin. uolum. 4. quotidianumq; eſt.

Secundò reſpondet etiam Bar. poſt Pet. tamē, q ideo dixit de edendo, & non de editione, quia ſibi ſic placuit. l. 1. §. pueritiam, ff. de poſtu. noluit dicere, ut in ſimili ſuprà, quòd cum hæc ſint ad bene eſſe, parum curandum eſt: & præcipuè, addas tu, quia uidemus quoque dictum fuiſſe alibi de ſatiſdando, & de ſatiſdationibus, de iureiurando propter litem, & de iuramēto calūniæ, de contrahen. emp. de emptione & uend. & ſimilibus. & ita tandem tranſit Dec. & alij. nec obiicias tu refugium miſerorum eſſe ita reſpōdere, quoniam longe magis miſeri mihi illi uidentur, qui his tricis tempus terunt, & laborant in re, ī qua laborandum non eſt, cum nec poſſit concludēs ratio aſſignari, imò q ipſemet Iuriſcon. dixit in l. non omnium. ff. de legib. & in l. proſpexit. ff. qui & à quibus.

* Tertiò tamen rndet Bart. & eſt communis * reſolutio, quòd ſic dixit, quia intendit tractare principaliter de actu edendi, & non de effectu editionis: & principaliter dixi, quia incidenter etiam de ipſius effectu tractat in l. edita. infra eo. & quadrant quæ diximus ſuprà col. 1. poſt Bald. in l. ſi ex cautione, in 5. q. C. de non nume. pecu. plenè Purpu. hic, in princ. Quam reſponſionem etiam arbitrantur multi, Iaſ. Socin. Aret. & alii tutam non eſſe, dantes inſtantias, ubi gerundiū inuenitur, ibi de effectu tractari rei, de qua agiſ, & de actu prout eſt in facto, etiam ubi uerbalia nomina poſita ſunt, ut per eos. & ſic nugis poſt poſitis, prima, uel 2. quòd arbitrarium ſit, tenenda eſt, & ut latius dixi in aliis lectu.

Et ſi à communi hac reſponſione recedere nolueris, poteris dicere, quòd in primam incidat, defenſatam ut ſuprà, qm̄ ſenſus erit per gerūdiū fuiſſe ſic rubricam hic poſitam, & alibi, ut cauſatiuam neceſſitatem oſtenderet editionis, quæ omnino fieri debet. l. 1. ff. eo.

Id unum quoque non omittentes, ut Ripa dicit, cum gerundium prædictum non ſit hic à legumlatoribus indeterminatè poſitum, ſed cum adiectione præpoſitionis De, quòd materialis cā huiuſce tituli noſtri deſignatur. l. 1. §. nunc uidea mus. ff. de coniungen. cum emancip. lib. & benè. dixi late in rub. de offi. eius.

Præſtantq; argum. hæc ad not. q. ſi in libello dictum ſit, quòd Titius inſultum fecit uulnerando, an intelligatur de inſultu † & uulnere, an ve
31 rò de inſoltu cum d. qualitate uulneris.

Breuiter Iaſ. hic, reprobando Salyc. in l. 1. C. de his qui lat. occul. tenuit, quòd de inſultu & uulnere intelligatur, duoque maximè ſtringunt, q gerundium in uerbum reſoluatur, & ſenſus ſit, quòd inſultum fecerit & uulnerauerit. l. quiſqs. C. de dona. glo. in Authen. de non elig. ſecund. nu. in rub. & quia in libello ſemper ſit ſecūdum intentionem agentis declaratio. l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iudi. coniuncta l. abſentem. ff. de pœn. & ut per eum latius.

Sed opin. Saly. uerior uidetur, quam etiā Dec. hic ſecutus eſt, Purpur. & alii, quòd ſolum intelligatur de inſultu, cum d. qualitate tamen uulne
32 ris, ex quo† gerundii natura eſt qualificare terminum, cui adiungitur. l. ſi quis maior. C. de trāſact. d. l. 1. in illis uerbis, reos occultando &c. C. de his qui lat. occul. & in indiuiduo uidetur caſus in l. illud, in §. fi. ff. ad legem Aquil. & hoc eſt quod dicebat Bart. in l. nunquam plura, in pen. colum. ff. de priua. delic. quando ſunt plura facta ad eundem finem & effectum tendentia, quòd unum tantum eſſe cenſetur. & magis in terminis conſi. 108. in princ. unde etiam uulgatum id probatur, ubi duo propter unum, utrobique unum tantum. l. qui libertatis. §. 1. & ibi Bar. ff. de enic. Iaſ. in l. quominus, col. 5. ff. de flum. proptee coniunctionem actuum, & in delictis Bald. ita etiam declarat ſignanter per d. l. illud, in c. paſtoralis, in fin. de appel. & in l. aduerſus, in princip. C. de fur. & clarius in fi. & in l. quicunque. in 2. colum. C. de ſer. fug. cum igitur unum ſit, uulneris eſſe non poteſt, quoniam (ut diximus) gerundium qualificat, ergo inſultus tantum, cum d. qualitate alterante. l. aut facta. ff. de pœn. l. Aquilius Regulus. ff. de donation. cum ſimilibus. & continuationem actus in argumen. ſic conſiderat etiam Iuriſconſul. in l. quod ait lex, in §. final. ff. ad legem Iul. de adult.

Ex quibus adducta ad oppoſitum per Iaſ. facilè tolluntur, quoniam uerum eſt, quòd gerundium in uerbum reſoluitur, ſed qualificando. l. 5. ff. ſi uſufr. peta. non faciendo quòd aliud ſit delictum ab inſultu ſeparatum, ex ſupra dictis, & ut in iuribus ad idem alleg. in quibus nō poteſt hoc modo conſiderari, ſed diſpoſitiuè potius.

Veriuſq; uerba ſecundum intentionem agentis interpretari debere, ſi rationabilem patiantur interpretationem. l. quamuis. ff. de in ius uocan. l. 1. §. quamuis. ff. de uen. inſpicien. uerum hic rationabilis non eſſet, ſed contra expreſſam iuris determinationem, ergo admitti non debet, & quia etiam, ut dicebam aliàs, à propria uerbi ſignificatione recederemus, ut per Alexand. in l. diuortio, col. 5. ff. ſol. mat. & facit etiam quod dicit Angel. in l. in ambigua. ff. de legib. & quia accuſatio præſumitur fieri malo zelo, cum ſit genus

illam

illaudabilis intentionis, ut inquit Spec. in §. 1. de præpa. iudi. nu. 7. & ita tranſeo. vel & aliter reſponde, ut per Doct. contra Iaſ. tenentes, & ut dixi ego quoq; in aliis lectu. & ex his finis ſit huic rub. Die 8. Nouemb. M D L. Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Edere, quid ſit.*
2 *Libellus, hodie an ſit neceſſarius, & in quo differat a petitione.*
3 *Editio triplex eſt, actionum, rationum, & inſtrumentorum.*
4 *Editio ſit ex ſeptem cauſis, cum declaratione.*
5 *Remedia tria dantur, ut quis edat.*
6 *Editio quo tempore fieri debeat.*
7 *Editio in iudicio fieri debet.*
8 *Editio fit, ut reus deliberet nũquid uelit cedere, uel contendere.*
9 *Editio in ſcriptis fieri debet.*
10 *Editio gratia rei fit.*
11 *Iudices olim ab edendo nominabantur edititij.*
12 *Generis nulla eſt demonſtratio, cum ſit quid immaginarium.*
13 *Iudicia per magiſtratus exercentur.*
14 *Editio præparatorium iudiciorum eſt.*
15 *Libelli defectus omnia facit corruere, cum totius iudicij fundamentum ſit.*
16 *Præparatoria an præmitti debeant.*
17 *Ex præparatorijs, an inferatur ad præparatum.*
18 *Adulterij ex præparatorijs, an inferatur ad adulterium.*
19 *Præſumptiones legũ ſunt liquidiſſimæ probationes.*
20 *Acta an ueniant appellatione inſtrumentorum.*
21 *De edendo, quare per gerundium dixit.*
22 *Gerundium unde dictum.*
23 *Accuſatio de inſultu uulnerando, ſi probatum ſit inſultus, an uulnus probatum ſit.*

¶ De edendo. C.

QVamuis in hoc titulo multa dicãtur, & adeo multa, ut præcipi potius, quàm præberi uideatur facultas, cùm ſcribendi, tum loquẽdi, ut de commentariis Cæſaris (adeo opinione hominum probantur) inquit Hirtius. Imò quòd cum Poeta poſſemus ita etiam præfari.

„ *Frontonis platani, conuulſaq; marmora clamãt*
„ *Semper, & aſſiduo ruptæ lectore columnæ.*

Sed tamen quia inueniendis inuenta minime obſtant, naturaq; nouas ſemper deproperat edere formas, decreui piſtrinum ſolitum, quod elapſis feriis, quaſi manumiſſi reliqueramus, Deo optimo maximo auſpice tamen, nunc primum repetere.

Et quoniam principia maxime ualent ad ſequentia, dimidiumq; facti qui bene cœpit habet, ut eſt in prouerbio, & libentius perducunt nos ad auſcultationem eorum, quæ dicturi in materia ſumus, aliqua ad tituli euidentiam præmittemus.

Diffinitio.

Et primo, quid ſit edere?

Diuiſio.

Secundo, quotuplex ſit editio.

Cauſa.

Tertio, quot cauſæ.

Actio.

Quarto, quot remedia.

Tempus.

Quinto, quando fieri debeat.

Locus.

Sexto, in quo loco.

Ratio.

Septimo, quare

Modus.

Octauo, qualiter.

Perſona.

Nono, cui.

Denominatio.

Decimo & ultimo, an ſint iudices, qui ab edendo nominentur, & appellati ſint.

Edere igitur, nihil aliud eſt, quàm demonſtra
1 re, qua actione † quis uelit experiri. & qua uſurus ſit. l. 1. ff. eo.

Vel copiam deſcribendi facere.

Vel producere aduerſarium ad album, ut uideat quid dicturus ſit, & utrunque probatur in d. l. prima. in §. edere. (quid ſit album, dixi alibi ſatis, dicto text. reſtituto, qui in uulgatis codicibus, ad alium dicebat, & malè) & nota, quòd duo hæc differunt, quòdque plus importat primum, quàm ſecundum. l. 2. & ibi Purpu. Illuſtr. Doct. notat, nu. 2. infra eo. l. 1. ff. quemad. teſt. ape. l. boues. §. fi. ff. de uerb. ſig.

2 Et prædicta omnia olim, non hodie, † quoniã
libellus neceſſarius eſt, auth. offeratur. C. de liſ. conteſt. ad quem omnia referantur, principium, medium, & finis, ut ibi, & in cap. 1. de lib. ob. & in l. ut fundus. ff. cõmuni diui. fuſius Io. de Graſ. in lib. qui arbor iudicio. inſcribitur, colũ. 16. & quare, declarat Alb. in d. auth. offeratur, col. 1. in fi. & 2. in princ.

Quod intellige communiter, & in cauſis grauibus, ex quo multi etiam ſunt caſus, in quibus neceſſarius non eſt, enumerati per Io. de Blanaſco, Inſti. de ac. in prin. qualiter fiat editio, col. 1. & 2. & Alb. fuſius, in d. auth. offeratur.

Et differt à petitione, quoniam formam contiinet, petitio autem eſt ſine forma, ut declarat Cardin. in clem. ſæpe, in 17. q. de uerbor. ſignific. Rimin. in l. edita, in princ. infr. eod. eſtq; de ſubſtãtialibus iudicij, de quibus in l. prolatam. C. de ſen. quæ remitti etiam conſenſu partium nõ poſſunt, ut no. Bar. in d. auth. offeratur, idem Rimi. in l. 2. col. 11. infr. eo.

3 Quo ad ſecũdum, dic etiam, ꝙ triplex eſt, † a-
ctionum, rationum, & inſtrumentorũ. & in hoc non inſiſto, quia dicemus. infr. poſt glo. interim adde, ꝙ editio fit ẽt reſcripti, licet dici poſſit, ꝙ ueniat ap. inſtrumentorũ. caſus eſt in l. nec exem-

plum.ibi, nec exemplum editionis precum &c. C.ad leg.Cor.de fal.& nummis.l.1.ff.de offi.conſu.l.2.§.ſi mater.ff.ad Tertul.& partus. l.Arethuſa.ibi, exiſtens conditio efficit, ut ex libera edat. uulgati enim codices habent naſcatur, & malè, ſicq; illum tex.doctiſſimus Haloander reſtituit, & ita in pandectis Flo.legitur tamen edatur, id eſt naſcatur, exponi debet, & ſic non facit ad propoſitum, & hæc ſufficiant quantum ad iſtud. vel dic, quòd edere etiam ponatur pro dicere, ut in ora.pro P. Quin.Ci.

Quo ad tertium dico, q cauſæ ſunt ſeptẽ.pri-
4 mo generalis, hæcq; † eſt æquitas, in qua titulus fundatus eſt.l.1.in prin.ff.eo. nam æquiſſimum uidetur, eum, qui acturus eſt, actionem edere.& eſt æquitas ſcripta, informata à iure, & non ſine ratione, vt infra, & ſic propriè æquitas.l.placuit. C.de iud.c.ex parte.2.& ibi Abb.col.2.de offi.de leg.§.oportet, in Auth.de iudi.

Secundò ſpecialis, hæcq; in contractu ſita & poſita eſt.l.quædam, in prin.ff.eod. ubi procurator metu pœnæ actionis in factum edere non cogitur, quia id (dicit iuriſconſ.) conſequi poſſumus per actionem mandati.

Tertiò eſt officium, putta nummulariorum, qui rationes conficiunt, & ad quorum fidem frequentiſſime decurrimus.d.l.quędam.§.nummularios.

Quartò eſt ſucceſſio, ſi quis argentario ſucceſſiſſet, quoniam is, ut hæres tenetur edere, diſtinguendo tamen, ut facit iuriſcon.adhuc, ibidem, in §.is autem.

Quintò delictum, ut in uſurario, cle.1.§.cæterum, de uſu.& ſuo loco dicemus.infr.in l.1.

Sextò conſuetudo, ſi librum rationum conficiat mercator, de quo etiam infrà in l.1. præallegata.interim Bald.poſt Iacob.Butr. colum.ſecunda ad fin.ibidem.

Septimò & ultimò, uſus.l.1.§.edenda, ibi, quibus quis uſuros &c.ff.eo.

5 Quo ad quartum † dic quòd tria ſunt remedia prodita à lege, actio ſcilicet ex eo contractu. d.l.quædam, inducta ut ſupra. Item officium iudicis.d.l.1.in fi.ibi, id ex cauſa ad officium iudicis pertinere ſolet. & ibi dicemus, infr.eo.& ultimo loco actio in factum, ex mora, de qua etiã in d.l.quædam.l.ſi quis ex argentariis.§.ex hoc edicto.ff.eo.iuncta glo.

Quo ad quintum, arguentes ab ordine titulo-
6 rum, quod arg.ualet, quia non aliàs leges † ſituãtur, niſi ſub eiſdem, & congruis quidem. §.quibus, in prima Cod.conſti.& ibi Bald.colum.2.& Bartol.in l.cum filio, in pen.colum.ff.de lega.1. uideretur dicendum, fieri debere ante citationẽ, quia iſte titulus eſt ante titulum de in ius uocã. & hoc idem innuere uidetur text.in l.quidam Hyberus.ff.de ſerui.urban prædio.& quia etiam citatio eſt de proceſſu.c.quoniam contra, de probat.quo caſu non haberet reus tempus ad deliberandum, ut infra ſi poſt citationem fieri deberet. Contrarium tamen uerius eſt, poſt citationem fieri debere, ante tamen litem conteſtatam: nec ab re, quia in iudicio fieri debet, ut infrà, & in Authen.offeratur, proximè etiam alleg. C.de lit.conteſt.iudicium autem à citatione incipit.§.fi.Inſti.de pæ.te.liti.ergo.

Nec obſt.contraria: non primum, quoniam argum.non procedit, ubi de mente aliter cõſtat, & aliter poteſt ratione ſuaderi, ut hic, & in l.cũ pater, in §.fidei tuæ committo, ff.de leg.2. imò q ea ſunt iuris poſitiui, & ad bene eſſe, ſatiſque eſt dixiſſe, ita legiſlatori placuiſſe, non quòd neceſſarium ſit, dixeruntque forte hac de re Bononien.in cap.Raynutius, nume.ſeptuageſimoſecundo.de teſtamen. hoc argumen.nil eſſe debilius, & probatur in l.talem.ff.de hæred.inſtit.& in l.quidam teſtamento.ff.de pecu.leg.

Non ſecundum, quia text.ibi loquitur de urbanitate, de quo multa Bartol.in l.creditores in repet.colum.tertia.C.de pignorib. ubi aliàs editio fit iudicis officio, uel aliter, ut ſupra.

Non ultimum denique, quia ualde dubium eſt: & dato quòd ſit de proceſſu, hoc tamen non tollit inducias reo.d.auth.offeratur.

7 Quo ad ſextum † ex ſupradictis expeditum uidetur, in iudicio fieri debere, quia eſt caſus clarus, loquendo maximè de iure nouo Cod. in d. authent.offeratur, ibi, Offeratur ei, qui ad iudicium uocatur, libellus.C.de lit.conteſt. & in corpore unde ſumitur, ideſt in §.ſancimus, in Authen.de exhib.reis.

8 Quo ad ſeptimum dic, quòd fit, ut † reus deliberet nunquid uelit cedere, uel contendere.l.1. ff.eodem.l.edita, ibi, prout edicti perpetui monet authoritas.infr.eod.& ibi pulchre Purpura. nume.599. Alexand.conſi.3.in cauſa, colum.1. in fi.uolum.1.

9 Quo ad octauum † etiam clarum eſt ex ſupradictis, quòd fieri debet in ſcriptis hodie.d.authen.offeratur.

10 Quo ad nonum, † cui fiat, ſeu cuius gratia, dici etiam poteſt, quòd fiat gratia rei, ratione prædicta.d.l.1.ff.eo.Item actoris, ut uideatur actionem intentare, ne dicam habere, quia ſine ea aliàs nemo experitur. l.ſi pupilli. §. uideamus.ff. de nego.geſt.& denique iudicis, ut uideat, an libellus ſit aptus, necne: quoniam ſi ineptus, ne iudicium eluſorium fiat, laceratur.l.prima.ff.de offi.aſſ.not.in cap.1.de lib.ob. Io.de Blanuſ. in loco, de quo ſupra.

11 Quo ad decimum & ultimum uerò † ſine diſputatione etiam dicendum eſt, quòd ſic, olim tamen, non hodie, hiq; ea ratione edititij appellabantur, & ſoli de crimine ambitus iudicabant, quorum meminit Cic.in ora.pro L.Muræna, & pro Cn.Plancio.

Et iſta nobis ſufficere deberent, tamen priuſ-
12 quàm ueniamus ad gloſſ.rubr. oppono, † & uidetur mihi, quòd ſic ſimpliciter dicendo, De edẽdo, legiſlator reprehenſione non careat, quoniã gene-

generale uerbum eſt, generis autem nulla demonſtratio, cum ſit quid imaginarium, quod nec in obligatione cadit. l. ſecunda. §. & harum, ubi Bar. in fin. ff. de uerbo. oblig. idem Bartol. in l. Mœnius, in §. duobus. ff. de leg. 2.

Et nimirum, quia conſenſum non habet. l. obligationum ſubſtantia. ff. de act. & oblig. Cyn. in l. 1. C. quæ res pig. ob. po. Plus dicit Bal. cōſi. 383. Bertonus, colum. 2. uolum. 5. quòd qui in genere confitetur ſe uſurarium, nihil confitetur. Et alibi Iuriſcon. in l. prætor edixit, in princip. ff. de iniur. quòd generalitas obſcuritatem parit.

Et idem Bald. in c. cum acceſſiſſent, colum. penult. de conſti. quòd generales theoricæ non illumināt intellectum practicum, ex quo debet eſſe de rebus tractatui quodammodo ſubiacētibus. & hac de re Flo. in l. in tradendis, in princ. ff. cōmunia præd. ꝙ exceptio, uel reſeruatio, quæ fit, debet fieri ſpecialiter.

Cui difficultati tamen reſpōderi poteſt, & dici, quòd hæc omnia procedant, & uera ſint in genere generaliſſimo, quod ſupra ſe nihil habeat, & de quo in l. legato generaliter, in prin. ff. de leg. 1. Bar. in l. 1. in prin. ff. de iur. om. iud.

Vel & melius, quòd obiectum uerum ſit adhuc, in uerbo generali, quod nulli qualitati determinatæ aſtrictum ſit, nec reſtrictum ad aliquam certam ſpeciem, ut hic reſtrictum eſt, ut infra, ergo ſpeciale dicetur. l. ſi optio. ff. de opt. lega. ibi, cum tota familia ad unum, idest Stichum reciderit, quem tex. dicit ſing. Bal. ī auth. hoc inter liberos, in prin. C. de teſta. l. 2. ff. de lib. & poſthu. l. fundus qui locatus. ff. de fund. inſtr. l. ſi in emptione. §. fi. ff. de contrahen. emp. Alex. conſil. 6. uideretur, col. 1. uol. 4.

Vel dic, ꝙ non ſit uerbum generale, ſed mutilatum, ſubauditione ſuppleandum, ut enthymema, in l. prima. ff. ſi certum petat. & in ſimili quando in ſupraſcrip. legum dicitur, ad edictum. l. fin. C. de liber. præter. Alexand. in d. l. 1. colum. 1. ad Senatuſcon. Treb. & ſimile, quoniam ſubauditur exponendum. & cum ſubauditio ſit multiplex, ut per Bald. in l. errore, in princ. C. de teſtam. hoc erit ex natura breuiloquæ locutionis. l. Gallus. §. primo. ff. de libe. & poſthu. optimus text. in l. oratio, in fin. ibi, ut ſuppleatur quod orationi deeſt. ff. de ſponſal.

Secūdò oppono, quòd omnino uerbum iſtud obſcurum, ſiue ambiguum ſit, naſcens non ab alternatione, ut in l. ubi autem non apparet, in §. qui illud, aut illud. ff. de uerb. oblig. non ab indefinitate, ut in l. ſi ſeruitus. ff. de ſerui. urban. prædio. ſed ab æquiuoco, quoniam editio multifariam, multiſq́ue modis fit, & non ſolum unius rei eſt, ſed & plurium, ut ſuprà. & eſt ſimile in l. quotiens in ſtipulationibus, ubi glo. Bart. & omnes. ff. de uerbor. oblig. ſi canis mentio fiat, quoniam latrabilis eſt, piſcis, & ſtella, Bald. in l. ueteribus, in prima lectu. in princip. ff. de pac. fuſius. uerum hoc ipſum uitioſum eſt, ex quo prius diſtingui debet, poſtea diffiniri, inqt Philoſophus, ergo malè. & quòd uitioſum ſit, probatur in l. non idcirco, ubi in ſpecie Odof. C. de teſta.

Sol. ambiguum, ſiue obſcurum uerbum eſſe non poteſt, quoniam habet relationem ad actionem, uel rationes, uel inſtrumenta, & breuiter prout materia patietur, in qua de editione tractetur, intelligi debebit. l. ſi uno. ff. loca. & ſic ſi declarari poteſt, huiuſmodi eſſe non dicetur, ut p Bal. in l. hac conſultiſſima, colum. ſecunda. C. de teſtam. melius in l. hæredes palam, colum. 1. ff. eod. & not. in l. 1. & in l. edita. infra eo. & in l. fi. C. de anna. excep.

Tertiò & ultimò oppono, regulare eſt (quod omnes hic admittunt) ubi reperitur gerundiū, quòd inſtruat, ſiue conſulat, quid agendum ſit, argum. in l. is qui deſtinauit, ff. de rei uendi. in l. prima. ff. de inoffic. teſtamen. Bald. pulchrè, in rubr. de liber. & poſthum. ad fin. hic autem nulla inſtructio colligitur, ergo malè: & maximè, quia potuit facere hoc ipſum compilator facilè. l. unica. §. ſin autem. uerſi. ſin uerò. C. de caduc. tollen. quomodo ita præcisè etiam arguit Rimin. in l. prima. in fin. infra de in ius uocan. & in l. in bonæ fidei, colum. quarta. C. de pact. & in l. petens, colum. quarta. C. eo. & dicere de edendo actiónem, uel de editione actionum, in materia præciputum. l. prima. ff. eodem. quod tamen non fecit, & malè.

Sed & iſtud quoque tolli leuiter poteſt, & dici, antecedens uerum, cōſequens autem falſum, quoniam ſi ſubaudiatur actio, uel aliud, ut ſupr. ſatis inſtruxiſſe uidetur, nec eſt à iure alienum. Nec facit, quòd hoc idem facile dicere potuerit compilator, & non dixerit, quia id uerum eſt in interpretatione extenſiua, quæ in caſu omiſſo locum non habet. at nos ſumus in declaratiua, ſuppletiua, ſiue ſubauditiua, longe ab illa differente. d. l. hæredes palam. §. ſed ſi notam. ff. de teſtament. Regien. conſil. 146. Melchior, in fin. uolum. ſecundo. igitur nullo modo reprehenſionem habebit.

In glo. rubr. modo, in princ. dum dicit, quòd
13 iudicia per magiſtratus exercentur, & benè. l. ſecunda. §. poſt originem. ff. de orig. iur. ibi, parum eſt enim ius in ciuitate eſſe, niſi &c. cap. ubi periculum. §. præterea, de electio. in ſexto. cap. unico. §. & quoniam, de ſta. regu. eod. lib. argumen. ſumi poteſt, non ab re eſſe etiam, ſi arma legibus indigent, & è conuerſo leges armis, ut in proœ. Inſtit. in princip. & ſignanter per d. §. poſt originem, ita inquit Alb. in l. 1. nu. 1. de Iuſt. Cod. confir. & ad illud uulgatum infert Fulg. quòd nō ſeruata forma tradita à lege, actus erit ipſo iure nullus, conſi. 107. ſuper eo, colum. pen. & probatur in l. cum hi, in §. ſi prætor. ff. de tranſactio. & in l. qui Romæ, in §. Flauius. ff. de uerb. oblig. & pulchre Bald. in l. cum mulier, colum. 10. ff. ſol. mat. quòd niſi lex, ipſiusq; diſpoſitio ad iudicium deduci poſſit, erit ridiculoſa.

Secundò dicit glo. quòd idcirco hic de edẽdo tractatur, quoniam edere, & editio, præparatorium iudiciorum eſt, 14 †& in hoc continuatio ipſius communiter * approbatur.

Et bene, quia præparatoria pręmitti debent. l. 1. ff. de orig. iur. citata per Deci. & Iaſ. ante eum, quæ non facit, quia neceſſarium ibi non eſt, ſed ea ratione, ex quo præfationes libentius nos perducunt ad lectionem propoſitæ materiæ: & hac de re glo. ibi uerbum neceſſariò, in prin. exponit, id eſt utiliter, adde tu text. in l. 1. in princ. ibi, bene eſt. ff. ſi cert. pet.

Melius igitur facit text. adhuc per eũ citatus, in l. 1. ff. de interrog. act. & per glo. ante eum, in l. 1. ff. ad exhib. ſignanter loquens in interrogatoriis, quæ ſunt præparatoria litis, ad differentiam eorum, quæ ſunt deciſoria, ut in tit. de confeſſis declarat Iacob. But. in l. cogi, per illum text. C. de peti. hær. & Bart. in d. l. 1. Gui. Papæ conſi. 200. interrogatoria, in princ. But. in c. fi. in princip. de confe. quæ nec hodie neceſſaria ſunt, ſed in deſuetudinem abierunt, ut tex. met dicit, in d. l. 1. ꝙ tamen per illũ tex. præparatoriis uti debeamus, quantum ſit ſatis, tradit Bald. in l. presbyteri, in princ. C. de epiſc. & cler.

Facit etiam text. in l. ad legatum, & in leg. ad rem mobilem. ff. de procur. & in l. 1. C. ad exhib. & in l. 2. cum ſimilibus. ff. de iuriſd. om. iud. facilis inductionis.

Et ad idem, quia ſic eſt etiam in aditione hæreditatis, quam facere debet filius iuſſu patris, præambulum neceſſarium, aliàs aditio non ualeret, etiam ſi ex poſt facto eam ratam haberet. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acquir. hær. & eſt nunc limitatio ad id, quod dicitur in l. fi. C. ad Maced. quòd rati habitio retrotrahitur, & ęquiparatur mandato.

Et cum ſit quòd cauſa præcedat cauſatum, dicaturq́; proprie cauſa, ad cuius eſſe aliud ſequit. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procur. l. quædam, in princip. ff. eod. de eden. l. 3. §. ex pluribus. ff. de acquiren. poſſeſſ. Bartol. in l. ubicunque, colum. 1. ff. de interrog. act.

Tamen continuatio hæc falſa uidetur, quia actio ad exhibendum eſt præparatoria rei uendicationis. d. l. ad rem mobilem. l. ordinarii. C. de rei uendi. l. incerti. C. de interdic. & tamen titulus de rei uendicatione, ubique titulo ad exhib. præponitur.

Cui difficultati reſponderi poteſt, & dici, ſtare iſta ſimul, ꝙ actio ad exhibendum ſit præparatoria rei uendicationis, & tamen præpoſtere tractentur. l. nec enim. ff. de ſolu. l. 1. §. prius. ff. de uulg. & pup. ſubſt. l. præpoſteri. C. de teſta.

Et probatur, quia præcedit quandoque etiam libellus, ſi præpoſtere conceptus ſit, quia dicat, peto Titium cogi & condemnari, ita Bald. in l. edita. lectu. 2. colum. 17. infra eo. ſignanter per iura proximè alleg.

Et quia fingitur primo fieri, & tractari, quæ primo fieri & tractari debebant, argum. in l. 3. in §. qui habet. ff. de ſer. ruſt. præd. & fuit uerbũ glo. in l. illud. ff. de acqu. hær.

Conſiderando quoque hoc idem maximè locum habere, ubi apparet ordo iuris, ut hic, & in l. quotiens. ff. de uſufr. Bar. in auth. hoc amplius, in prin. C. de fideicom.

Et quia diuerſis reſpectibus hoc idem fieri ſolet, ut per glo. not. in rub. C. de bono. poſſ. contra tabu. argum. in l. pater Seuerinam, in §. conditionum. ff. de condi. & dem. Ecce de rei uendicatione, quia prius tractauerat de petitione hæreditatis, quæ eſt uniuerſalis, & poſtea ad exhibendũ, quia in his quandoque prius quàm rei uendicatione quis experitur, ad exhibendum agit. l. 1. & 2. ff. eod. & utrobique not. & quandoque dixit glo. continuatiua ibidem in rubr. quia non ſemp neceſſaria eſt.

Exemplum in rebus immobilibus, quod admittunt omnes. l. 1. C. de alien. iud. mutand. cau. fac. & hoc quia non facile latere poſſunt, ut dicitur in l. 2. in §. 1. C. quando & quib. quar. pars deb. lib. 10.

Et ſi agatur ad tignum, in ędificio immiſſum, quod tamen res mobilis eſt. l. gemma. ff. ad exhi. ſed quare ſecus ſi agatur ad gemmam anulo incluſam, ut ibidem? Sol. quia non militat in ea ratio, quæ in tigno cõſiderabilis eſt, ne ſcilicet ruinis deformetur ciuitas. l. prætor. §. hoc interdictũ. 2. ff. de no. ope. nun. l. 1. §. ſi quis nemine prohibẽte. ff. ne quid in lo. pub.

Et quia non ſolum eſt præparatoria rei uendicationis, uerum datur quoque ei, cuius pecuniariter intereſt. l. 3. §. ſciendum. ff. ad exhib. l. ſi liber homo. ff. eo. glo. exhiberi, in l. 2. infra eo. & in l. 2. in §. 1. in uer. agatur. ff. de iur. fiſci.

Et quia (ut inquit glo. in l. 1. ff. ad exhi.) uidemus etiam, ꝙ in actione reali offertur libellus, et poſtea interrogationes fiunt. l. 1. ff. de interr. act. quamuis (ut dixi ſupra ex mente Iuriſcon. ibidẽ) hoc idem exoleuerit.

Vel quoad actionem ad exhibendum, dic in d. loco tractaſſe, non autem ante titulum de rei uend. quia non eſt actio realis, ſed perſonalis in rem ſcripta, quæ ad exemplum realium proponitur. l. 3. §. eſt autem. ff. ad exhib. not. in rubr. ff. ſi cer. pet. & ſic ne prius de exemplato tractaretur, quàm de exemplari, arg. in l. in teſtamento. ff. de condi. & demon.

Tamen quia iſtud eſt regulare, & ut dicitur i l. ordinarij. C. de rei uen. ordinarij iuris eſt, à prioribus ſol. non recedaris. l. ſuus quoq;. §. puto. ff. de hæred. inſti. l. ab ea parte. ff. de prob.

Secundò contra iſtam continuationem facit, quia editio actionum, ideſt libellus, hodie, Authen. offeratur. C. de lit. conteſt. bene eſt præparatoria iudiciorum, ſpeciemq́; futurę litis demonſtrat. l. edita. infra eo. ſed non alia, quæ potius inſtructoria cauſæ dicuntur. l. 1. ff. de fid. inſtr. ubi inſtrumentum dictum eſt, eo ꝙ inſtruit, & ipſius appel

appellatione, quoniam eſt terminus generalis, uenit omne, quod idem operatur, ut actu & teſtes, & ita declarat ſignanter per illum tex. Dec. Sen. in l. fi. in princ. infra eo. & Rimin. hic, ad aliud tamen, colum. 4. dic tu, ꝙ capitur large, ut ibi, ideſt in d. l. ſtrictè pro actis. l. 2. §. neque, & ibi Bar. ff. de iur. fiſ. ſtrictiſſimè uerò, pro inſtrumentis, propriè extraiudicialibus, quod adhuc idem Bar. declarat in d. §. neque.

Cui difficultati quoq; reſpondetur, quòd etiã inſtructoria poſſint eſſe præparatoria, aliquo caſu, puta ſi in libello eorum fiat mentio, ut pulchrè per Bar. in l. poſtquàm, in §. ſi dies. ff. ut leg. no. ca. not. in cap. 1. de prob. exemplificando, ut ibi per eum, & ſufficit, quia quod eſt in aptitudine, & in potentia, actu repræſentat, argum. in l. 2. ibi recepturi non eandem ſpeciem quam dedimus, iuncta glo. ff. ſi cert. pet. l. cum quis. ff. de dolo. Bald conſi. 242. quia ueritas, colum. 1. uolu. primo, in ſimili, conſi. 161. proponitur, colum. 2. uolum. 3.

Conſiderãt etiam Dialectici, ſi dicatur, homo eſt qui loquitur, homo riſibilis eſt, ꝙ non ideo minus rectè dictum erit, quia loqui poteſt, & quia aptus eſt ad ridendum.

Tamen non credo, ꝙ hæc ſit mens gl. quòdq; poſſit ex iſto capite argu. tolli, ex quo iſtud accidens eſt, & non conſiderabile, primordialiſq; natura ſua, ut inſtruant, & quidem attendenda, & iſtud eſt quod obſtat. l. certi condictio. in princi. ubi glo. magiſtra. ff. ſi cert. pet. quam citat Areti. in c. 1. in antepenult. colum. de iudic. & ad idem Socin. in l. frater à fratre, in duodecima. ff. de condiction. indeb.

Igitur reſponde ſecundo, quòd intellexit, editionem eſſe præparatoriam, propriè, & impropriè, propriè ante litem conteſt. poſt uerò impropriè, quod ego adducebam aliàs, ſumpto argum. ex gl. poſita. in l. 2. ff. de offi. procon. l. pater Seuerinam. §. conditionum. ff. de cond. & demonſt.

Et nunc non placet, quoniam ſi cauſam inſtruunt, non poſſunt poſt lit. conteſt. dici, nec ꝓpriè, nec impropriè præparatoria, d. l. 1. ff. de fid. inſtrum. Conſiderantes quod dicitur in d. l. 2. & in præalleg. §. conditionum, potiſſimum in uerbis uerificati, quod eſt longe tolerabilius. cap. intelligentia, de uerbo. ſignific. glo. in l. eas cauſas. ff. de condict. & demonſt. Bald. in l. ex arrali, in fi. C. de act. emp.

Vnde ultimo loco putaui (cæteris etiam de induſtria prætermiſſis) reſponderi poſſe, ꝙ eum omni caſu, & in quibuſcunque hominum actibus unum ſemper ſit præcipuum, atque præſtantius cæteris, exempli gratia, in contractibus iuris gentium, conſenſus. l. iuriſgentium, in prin. ff. de pac. toto tit. Inſti. de ob. quæ ex con. in ſtipulatione, uerba, quæ eſt contractus iuris ciuilis. l. 1. ff. de uerb. oblig. in l. ſcriptura. l. humanum. C. de legi. ad not. in rub. de conſtit. in teſtamento, hæredis inſtitutio. §. ante hæredis Inſti. de lega. l. proximè. ff. de his quæ in teſta. de. & ſimilibus, ita
15 præcipuum ſit in caſu præſenti, & † totius iudicii fundamentum quidem, libellus. Vnde dicebam heri, & nunc ad propoſitum repeto, quòd ad ipſum omnia referuntur. nouiſſime Cuman. conſi. 77. uiſis, colum. 2. quòdq; omnia corruũt, ſi defectus ſit in fundamento, ideſt in libello, ſuper quo fundata ſunt. c. cum Paulus. 1. q. 1. l. Legi. ff. de excep. rei iud. Pau. de Caſt. conſi. 65. uiſo, colum. ult. uolum. 1. & ideo diligenter aduertendũ eſt, quia difficile admodum uidetur, in eo componendo, non errare, ut exclamat poſt Gof. Abb. in proœ. practicæ ſuæ, colum. 1. ad fi. libello autẽ ſit editio, igitur benè dixit glo. hic de edendo tractari, quia edere & editio potiſſimum eſt præparatoria iudiciorum, habẽdo reſpectum ad actionem & libellum, tanquam ad iudicii (ut diximus) fundamentum, tametſi alia poſtmodum cauſæ inſtructoria ſint. quod licet uidere, quia dicitur in l. edita, edita actio ſpeciem futuræ litis demonſtrat. & in l. 1. in princ. qua quiſque actione agere uult, prius eam edere debet &c. & in §. edere. ea l. eum quoque edere Labeo ait, qui producit aduerſarium ad album, & demonſtrat qđ dicturus eſt, uel id dicendo, quo uti uelit, & hãc credo meram ueritatem.

16 Tertiò contra † iſtam continuationem facit, quia præſupponit neceſſariò præparatoria præmitti debere, & male, ſecundum Bald. in authẽ. generaliter, colum. pen. C. de epiſc. & cler. ubi ſi actor non præſtiterit ſatiſdationem de ſoluendis expenſis in caſu ſuccumbentię, iuxta formam de qua ibi, non propterea proceſſus erit nullus, ex quo (ſubdit, & in hoc obſt. magnaq; eſt eiuſdem authoritas, ſecundum Alex. in l. Gallus, in §. etiã, colum. quarta. ff. de libe. & poſthum.) ordo iudicij non conſiſtit propriè in præparatoriis iudiciorum, quòdque eorum omiſſio non uiciat proceſſum.

Reſponde breuiter, & adde uerbum, quia nõ obſtabit aliter, quòd omiſſio eorum non uiciat proceſſum, præter libellum, & ita ipſemet dicit, ratione prædicta, & non ab re (ſubiicit) quoniã ſuper eo fundatur iudicium per lit. conte. & poſt eum Alex. conſi. 37. uiſo, col. 1. uol. 2. & ſic continuatio communis defenſata eſt.

17 Verum quæritur, an ex præparatoriis † ad præparatum inferatur. uideretur dicendum, quòd non, quia præparatoria ſunt acceſſoria, & nõ cõuenit quòd ad principale ex eis inferatur, quia principale trahit ad ſe acceſſorium, non ecõtra. l. quod per manus. ff. de iur. codic. l. ex pupillari. ff. de uulga. & pupil. ſub. l. 2. iuncta gloſſ. ff. de peculio lega.

Et hinc eſt, quòd pactum nudum non ueſtitur à ſtipulatione pœnali acceſſoria, ut per Iaſ. in l. iuriſgentium, in §. quinimo, colum. 3. ff. de pac. Ferrarien. in l. ſi pacto quo pœnam, in princ. ubi etiam idem Iaſ. C. de pac. & in l. petens, col. 6. C. eo. Item quòd ſubſtitutio exemplaris non poteſt

fieri

fieri in codicillis, ex quo non ſunt apti ad hoc, & quia nõ uult lex ſubiicere principale acceſſorio. l. humanitatis, & ibi Bal. col. 1 2. C. de impub.

Et tertio loco, ꝙ inter hæredem & legatariũ nulla coniunctio inducit ius accreſcendi, imò legatum expirat, ut per eundem Bal. conſ. 379. thema, col. 2. uol. 4.

Cõfirmatur obiectum, & magis in terminis, ut dicunt aliqui hic, quia ſponſalia ſunt præparatoria nuptiarum & matrimonii, & tamẽ ad matrimonium neceſſariò non infertur. l. item quia. §. 1. ff. de pac. l. ſtipulationẽ. ff. de iu. dot. l. ſi puellæ. ff. de ſponſa.

Et quia procurator ad exhibendum datus, nõ uidetur datus ad agendum.

Ad idem facit, quia in præparatis non ſunt ſumenda arma de domo rei. l. nimis graue. C. de teſti. & tamen ſecus eſt in præparatoriis, ergo ex his non infertur ad præparatum. l. ordinarii. C. de rei uendic.

Vltimò q. poſſeſſorii eſt præparatoria petitorii. l. incerti. C. de interdic. & tamen nihil habent commune. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirend. poſſeſſ.

Nihilominus contrarium uerius eſt, & in materia quidem, aliis Docto. nugis ſepoſitis, quia ſi editur actio infertur ad præparatum, quale iudicium futurum ſit. d. l. edita. inſra eo. præalleg. l. 1. ff. de eden. in princ. & in §. edere. & quia ex iuſſu patris ad hæreditatis aditionem infertur, ut dicebam heri, & ex cauſa ad cauſatum.

Ad oppoſita reſpondetur, & ad primum maximè, quod urgere uidebatur plurimum, nõ ut per Deci. hic, ſed aliter, aſſumptum eſſe uerum, ꝙ acceſſorium non trahit ad ſe ſuum principale, argum. in c. quod in dubiis, de conſecr. ecc. uel alta. ſed ꝙ præparatoria ſint acceſſoria falſum. l. 1. 2. & 3. ff. de pecu. leg. quia præcedunt & non accedunt, ideo præmittuntur, & ex eis ad præparatum omnimodo infertur, ut dictum eſt.

Non obſt. ſecundum, quia eſto ꝙ ex aliquo accidenti non ſequatur matrimonium, ut in d. iuribus, non eſt propterea, ꝙ non ſint præparatoria, quòdq; non inferatur ex eis ad matrimoniũ. l. 1. & 2. l. oratio de ſponſa.

Ex quibus tertium quoque tollitur, confundiq; uidetur per iura ſupra alleg. maximè in l. 1. C. ad exhi. & in l. ordinarij. C. de rei uend. & in l. ad rem mobilem. ff. de procu.

Non obſt. quartum, quia illud ideo eſt, ex quo agens intentabat actionem realem, quo caſu ſpeciale eſt reum exhibere debere, cum ſint præparatoria eiuſdem actionis: nec mirum hac de re ſi ſumuntur arma de domo rei, quanquam ſecus ſit in præparatis.

Non obſt. ultimum, quia eſt præparatorium petitorii, non ut inferatur ad præparatum, quia ut dictum eſt nihil habent cõmune, ſed ut prius expediatur. Vel dic quod non ſit præparatoriũ propriè, quia ex eo non infert ad ꝑparatũ, ut hic.

18 Et ad idem dubitatur ex his, † an pariter ex ꝑparatoriis adulterii ad adulterium inferatur, ut mulier perdat dotem, necne, iuxta tex. in c. plerũque, de do. int. uir. & uxo.

Et breuiter glo. in l. quod ait lex, in princ. ff. ad leg. Iul. de adult. & Bal. in c. tuæ, in fi. ſentiunt, ꝙ ſic, quia ex præparatoriis infertur ad præparatũ (ut dixi) ita ut etiam ad ſeparationem thori agatur, & ad dotis amiſſionem. & uidetur caſus ꝓ iſta opin. aliis prætermiſſis, quę multa ſunt, in l. 1. ff. de extraord. cri. ubi ſollicitatores alienarum nuptiarum, & ſi effectu ſceleris potiri nõ potuerint, puniuntur tamen: & ita etiam per illũ text. dicit Pic. in l. Titia, in §. Titia, col. 89. ff. de leg. 2. nec ab re, quia hoc caſu adulterium præſumptũ eſt, ergo multo magis reperta in præparatoriis
19 Veneris. & facit, quia † præſumptiones legum ſunt probationes liquidiſſimę. l. licet Imperator. ff. de leg. 1. & regulare (quod iam dictum eſt) ex præparatoriis ad præparatum inferri. conſiderãdo quoq; criminis grauitatem. l. 1. C. de quæſtio. l. auxilium. ff. de mino. & maximè in marito, cui hoc idem grauius eſt, quàm homicidium filii. l. codicillis. §. pen. ff. de leg. 2. Bal. in c. ex parte, col. 2. de conſue. & furtum, inquit Alex. conſi. 24. animaduerſis, colum. 10. uol. 2. propter infamiã, ut inquit Bald. in d. c. tuæ. & quia uiolatur ſocietas maritalis, de qua in l. aduerſus. C. de cri. expila. hæ. & hinc eſt quòd ſolus maritus accuſat. l. quamuis. 2. C. ad legem Iul. de adult. l. miles. § uolenti. ff. eo. not. in l. ſi conſtante. ff. ſol. ma. quòdq; ſolus occidit inuentum in adulterio. l. Gracchus. C. ad leg. Iul. de adult. §. his quoque. in Authen. ut li. ma. & auiæ. Afflic. in c. 1. in fin. an ma. ſuc. in feu. uxo. in uſib. & cum Bald. opi. in d. loco ma-
* gis * communiter tenetur.

Tamen multa obſt. & potiſſimum (breuitati ſtudendo) à generalibus incipiẽtes, quòd ſumus in pœnalibus & odioſis, & maximè pro graui delicto, pro quo etiam pœna grauis infligenda eſt, l. ſancimus. C. de pœn. in quibus ad propoſitum extenſio fieri non debet de caſu ad caſum, deducendo, ut per Rip. in rub. de iudi. extra, col. 3. Alex. conſi. 113. uiſo, ad fi. uolum. 2. præſertim, q a iura in adulterio ſignanter loquuntur. maximè text. in d. c. plærunq;. l. interpretatione. l. ſi ꝑ ies. ff. de pœn. c. in pœnis, de reg. iur. in 6.

Quod argum. parum obſtat, quia fit extenſio de ſimilibus ad ſimilia, ut no. i l. ſi quis id quod. ff. de iur. omn. iud. Bal. in c. 1. in §. porrò, quæ fu. prima cau. bene. ami. in uſib. imò quòd lex, quantuncunque pœnalis, dicitur æqua, quia pro utilitate communi poſita eſt. l. ita uulneratus. ff. ad legem Aqui. Bal. in l. ſi quis ſeruo, columna tertia. C. de furt.

Secundò obſt. quia pœna priuationis non habet locum, niſi in caſibus à iure expreſſis, iuxta glo. in c. ſi. de iur. par. imò eſt tex. in §. cum igitur. uer. ſicut enim. in Auth. de non eli. ſecun. nub. Iaſo. in l. quod te, ad fi. ff. ſi cer. pet. Alex. conſi. 92.

per-

perſpectis, colum. 3. uol. 6. & conſi. 212. ponderatis, col. 1. eo. lib.

Cui etiam reſpondetur, quòd ſatis expreſſum uidetur, cum ſit de mente legis. l. nominis & rei. §. uerbum ex legibus. ff. de uerb. ſig. l. ſcire leges. ff. de legi. glo. ordinaria, in c. ſi poſtquam, de elec. in 6. Alexan. multa conſi. 203. uiſo themate, colum. 3. uol. 7. Ferrarien. in l. pacta quæ contra, colum. 2. C. de pac. Bart. in l. 3. ff. ad legem Pompe. de par.

Tertiò obſt. quia deciſio d. c. plerunque, non habet locum in uidua committente ſtuprum, ut per Doct. in l. ſororem, ubi in ſpecie Alexã. C. de his quib. ut indig. ergo multominus in uxore inuenta in præparatoriis Veneris.

Debile adhuc, ſuſtinendo Bal. opin. quia contrarium in uidua eſt uerius, ut tenuit ibi Paul. de Caſt. quia durante uiduitate, dicitur eſſe in matrimonio. l. filii. §. 1. ff. ad municipal. perindèque eſt, ac ſi in uita mariti deliquiſſet, ergo à deſtructione antecedentis arguendo, conſequenti deſtructo, ut per Bald. in l. conuenticulam, colum. 9. C. de epiſcop. & cler. habebit locum etiam in muliere, quæ in præparatoriis adulterij inuenta ſit. & partem Paul. de Caſt. in d. l. ſororem, probat etiam Bermon. Choueroni. in tracta. concubina. fol. 51. col. 1. & 2.

Quartò, quia ex præſumptiuis probationibus condemnaretur, ſi dotem amitteret, & malè. §. ſi de adulterio, in Auth. ut li. ma. & auiæ. maximè quia ſi eſt delictum graue & atrox (ut dicebatur) probationes debent eſſe luce meridiana clariores, & præſumptio non ſufficit, ut in crimine falſi per Deci. quod conſi. not. eſt 175. in cauſa, colum. 5. & 6.

Quod etiam tollitur, quia adulterium directò probari non poteſt, & præſumptiones uiolẽtæ ſufficiunt, cum in præparatoriis inuenta eſt. c. præterea, de teſti.

Quintò & ultimò probat opi. contra Bal. text. in l. palàm, in §. quæ in adulterio. ff. de ritu nupt. ubi mulier in adulterio comprehenſa, notatur infamia, quaſi publico iudicio damnata, inquit Iuriſcon. ergo non ſi in præparatoriis adulterij.

Quod adhuc fallaciam habet, quoniam ex præparatis ad adulterium infertur. d. l. quod ait lex, & in hoc ſe fundat Bald. & cæteri poſt eum.

Tamen ſi contra Bald. tenere uis, ut dicebam aliàs, tene per text. clarum in d. c. præterea, quicquid garriant omnes, ubi mulier de adulterio conuincitur, ut dotem amittat, ſi teſtes de uiſu deponant, uel etiam de auditu, & præſumptionẽ uiolentam fama conſentiens ſubminiſtret, ac alia legitima adminicula ſuffragentur, ergo non erit ſatis, ſi in præparatoriis Veneris inuẽta ſit.

Et idem in c. literis, de præſump. ubi oportet, ꝙ teſtes dicant uidiſſe ſolum cum ſola, in eodem lecto iacentes, ea ut credebant intentione, ut ſe carnaliter cognoſcerent. ergo non erunt (ut dicebam) præparatoria ſatis, & iſta duo citat etiam Deci. hic & ultra eum pulchre Rom. per illum text. conſi. 91. nu. 8. ubi etiam d. c. præterea & alia ad idem citat.

Vltimò, quia iura, ut plurimum per uerba pteriti temporis perfecti loquuntur, præſertim tex. in d. c. plærunque, ibi, ſi mulier propria uolũtate à uiro receſſerit, ergo præparatoria adhuc ſatis non erunt, ut dicatur conuicta, & dotem amittat. l. 1. §. fin. ff. quod quiſque iur. Et maximè quia multa tractantur, quæ non perficiuntur, l. ſciendum. §. dictum. ff. de ædi. edic. & quia lex imponens pœnam actui perfecto nõ habet locum in præparatoriis actus. c. perpetuo. de elect. in 6. ex quibus facile omnia pro opi. Bal. adducta tolli poterunt, quia hæc ſine dubio eſt æquior.

Et maximè tex. in d. l. 1. quia non dicit, quòd puniatur abſolutè, ſed extra ordinẽ, propter uoluntatem perniciosæ libidinis. ergo nec hic, atq; in caſu præſenti, in amiſſione dotis, tanquam adultera, ex quo oſculum, & ſimilia ſunt præparatoria remota, ut ſignanter dicit Bald. ſic ipſum declarando, in l. ſi quis non dicam rapere, col. 3. & pe. C. de epiſc. & cler. & in l. 1. in §. hæc autem uerba. 1. ff. quod quiſque iur. & licet ex præparatoriis inferatur ad præparatum, tamen nõ infertur hoc caſu, niſi proxima fuerint, ut in d. c. literis. Item tolli & illud poterit, quòd crimen graue ſit, quia hoc potius efficit, ut præparatoria hæc non ſufficiant, ex quo ubi malus eſt periculum, ibi cautius eſt agendum, uulga. l. 1. §. ſed & ſi quis. ff. de Carb. edic. c. ubi periculum, de elec. in 6. & iam teſtati ſumus, conſi. Decii adducentes ſuprà, inter diſputandum, 175. Cogita tñ, & à communi aliàs nõ recede, quoniam ſtat etiam concluſio, quòd ex præparatoriis inferatur ad præparatum.

In ea. glo. ibi, & nota, cæteris conſultò prætermiſſis, quia nihil habent, uidetur quòd ſit defectiua, dum ponit triplicem editionis ſpeciem tãtum, quoniam de actis mentionem non facit, de
20 †quibus tamen in l. 2. infr. eo.

Reſpondet tamen Alex. quòd non ſit ex eo defectiua, quoniam acta ueniunt appellatione inſtrumentorum. l. in fraudem. §. neque. ff. de iu. fi. l. 1. ff. de fid. inſtru.

Et malè, ſecundum Iaſ. quoniam hac ratione etiam comprehenderentur rationes, nec debuiſſet earum fieri ſpecialis mentio, & nihilominus facta eſt.

Replicat Deci. in rationibus fuiſſe neceſſariũ, quia à priuatis ſcribuntur, non in actis habentibus publicam authoritatem, ut inſtrumenta. c. quoniam contra, de prob.

Quod uidetur contra tex. in l. argentarius, in prin. ff. de eden. ibi, Quia officium eorum atque miniſterium publicam habet cauſam. & in l. qd priuilegium. ff. depo. ibi, idq; propter neceſſariũ uſum argentariorum ex utilitate publica receptum eſt. & in l. ſi uentri. in §. in bonis. ff. de priuileg. credit.

Sol.

Solu. ſtant iſta ſimul, quòd publicam habeat cauſam, & tamen non ſit publicum, patet, quia exercetur per ſeruum. l. prætorani. §. ſed & ſi ſeruus. ff. de eden. quod alias fieri non poſſet. l. generali. C. de tabu. lib. 10. eſt enim (ut inquit Odofr. in l. 1. in prin. infrà eo.) medium inter duo extrema, publicum ſcilicet, & priuatum, unũ eſt priuata ratio, aliud inſtrumentum publicum.

Sed hoc ſtante adhuc inſtatur, quòd rationes ueniant appellatione inſtrumentorum, ex quo medium denominatur ab extremo potentiori. l. quæritur. ff. de ſta. hom.

Et quia etiam ipſæ inſtruunt cauſam. l. 2. ff. de fid. inſtrum. non debuiſſet igitur ex his, de rationibus ſpecifice dici, & ſic ſaluatio Alex. defendi non poteſt.

Quare ergo de ipſis mentionem fecit gloſſ. & non de actis? quia ſecundum communẽ uſum loquendi, non ita ueniunt, ut acta, inſtrumentorum appellatione, ut per Rip. hic, à quo non diſſentio, & declaratiò Bar. eſt in l. 1. nu. 2. C. de lut. calum. adde tu Soci. in l. fi. col. 3. infr. eo.

Et ita dicere melius eſt, quàm dicere ut Cyn. quòd hoc ideo factum eſt, quia gaudent breuitate moderni, quĩ, hac ratione, potuiſſet etiã in ſpecie dicere, de actione tantum.

In ea. glo. ibi, ſed quare &c. aliqui tenuerunt, quòd per gerundium dixerit, editionem fieri debere, ut neceſſitas imminere edenti argueretur.

21 † ita glo. in rub. ff. eo. quam reprobat Barto. quia hoc nullibi probatur.

Et rectè, quoniam bene neceſſe habet agens edere. l. 1. ff. eo. & in ſimili in rub. de lib. & poſthum. & ibi Bal. ſed nullibi cõſtat (ut dicit) quòd gerundium hoc ipſum arguat, perindeq; eſt, ac ſi dixiſſet, de editione, deque eius natura, multa Bal. in l. falſus, colum. 2. C. de fur. & in l. id quod pauperibus, col. 1. C. de epiſ. & cle. & Saly. in l. 1. col. 2. C. de his qui lat. oc. & licet neceſſe agens edat, id facit, quia ſubiecta materia dictat, non ex natura gerundii, & eſt reprobatio * communis. l. ſi mulier. §. pen. ff. quod met. cau. Seyſel. hic, & bene, patetq; inſuper ex rub. de in ius uoc. & de poſtulan. quæ poſitæ ſunt per gerundium, & tamen neceſſitatem non importaut. & ex his malè hoc ipſum aſſerit Caſſane. conſil. 33. deceſſit, nu. 18. & conſi. 41. quia caſus, nu. 8. & Andr. de Piſis in tract. gerund. nu. 8. & ad idem Valla elegan. lib. 1. c. 19. in prin. inquit, gerundium nil aliud eſſe, quàm participium præſentis temporis, idemque in edendo quod in ipſa editione.

Pet. de Bellapert. aliter, quod ideo ſic dixit, quia ſibi ſic placuit, nec certa ratio reddi poteſt: quam opin. nec probat, nec improbat Barto. Dec. audacter cũ ea tranſit, ſubſcribunt Ferrarien. & Cur. Adde tu glo. in l. 1. in §. pueritiam, in verſ. ratus. ff. de poſtu. & ibi Feder. de Scalis no. ubi ẽt Aug. & facit quod habetur in l. non omnium. ff. de legi. & in c. ſi quã, de reſcri. Alex. pulchrè in ſimili, conſi. 61. circa col. 1. uol. 4.

22 Vltimò dicit Barto. † quòd cum gerundium ſit modus agendi & patiendi, declara tu ſic dictum à gerenda duplici ſignificatione, actiua & paſſiua, noluit ſic dicendo ſignificare, ſeu determinare actum edendi, non effectum ipſius editionis, * & eſt reſol. * communiter approbata. Cyn. ante Bar. quod etiam Dec. hic atteſtatus eſt, quamuis de effecto quoque tractetur in l. edicti. infra eod. de quo principaliter glo. tractare nõ intendebat, nec debet eſſe hac de re in aliqua conſideratione l. ſi quis nec cauſam. l. rogaſti, in princ. ff. ſi cer. pet. l. uerum. ff. de fur. & in ſimili dicit idẽ Dec. in rub. de offi. eius, in prin. & in rub. de offi. dele. col. 1. & ſignanter utrobique per reg. d. l. ſi quis nec cauſam. & hic quibuſdam friuolis obiectionibus reſpondet, quia nomen uerbale poteſt ẽt ſignificare actum, prout eſt in fieri, & fuſius Seyſel. dic ut per eos.

Verum ad materiam quæritur, quoniam hic
23 ſimpliciter de edendo dicitur, quid ſi † ſic edatur ſic, accuſo Titium, quòd inſultum fecit contra me, uulnerando, & utrunque probatum ſit, an iudex accuſatum condemnet de inſultu tantum, an uerò etiam de uulnere.

Iaco. But. & Saly. in d. l. 1. C. de his qui lat. oc. tenuiſſe uidentur, de inſultu tantum condemnari debere, qualificato tamen addas tu, licèt ſic referendo Saly. non dicat, & nimirum quia natura gerundii eſt qualificare uerbum, cui iungitur. d. l. 1. ibi, eos occultando. l. ſi quis maior. C. de trã ſact. l. item facit. ff. de ui & ui arm. & ita ſignãter d. theoricam inducit Alex. conſi. 1. colum. 6. uol. 3. & dictum commune eſt, ut atteſtatur Dec. qui adducit etiam doctrinam Bar. in l. ſi tu ex parte, in fi. ff. de acqui. hære. ubi ſi gerundium reſpiciat uerbum futuri temporis, conditionem inducit, exemplum (ut ibi dicitur) ex ſubſtitutione adeundo, quoniam exponitur, ideſt ſi adierit, ſi uerò præſentis, tunc actum qualificat, ſignãter per text. in d. l. item facit. Bal. fuſius in d. l. falſus.

Et ita tenuit etiam Cur. & dicit pro iſta opin. eſſe caſum in l. illud, in §. fi. ff. ad legem Aquil. ubi quando fit inſultus cum uulnere, unum delictum eſt, & non duo. & glo. ad idem in l. qui de crimine. C. de accuſ. & ante eum Bald. d. l. illud, allegando conſi. 351. ſtatuto cauetur, in princip. uolum. 2. & conſi. 433. punctus, in princ. uol. 5. & in l. diuortio, col. 3. ff. ſoluto matrimonio, & in l. ſi familia, colum. 1. ff. de iuriſd. omn. iu. Bart. conſi. 108. in princ.

Et ratione ultimò poteſt confirmari, quoniã in delictis debet ſemper interpretatio minor fieri, ut ſit potius unum, tametſi qualificatum, quã duo, uulg. l. ſi præſes. l. interpretatione. ff. de pœn. idem Deci. hic, in fi. & quia ſic etiã pluribus pœnis inſtitutis, ultra eum, ſtabitur ſemper minori, ut inquit Cuman. conſi. 138. hoc maximè propoſitum, colum. 1. ex prædictis, ad quod facit etiam in ſimili not. tex. in l. Sempronius Proculo. ff. de lega. 2.

Tamen

Tamen Iaſ. hic, fretus authoritate Ioan. Andr. in addi. Spec. in tit. de lib. concep. in §. nunc uidẽdum, tenuit contrarium, motus tribus mediis.

Et primò, quia gerũdium hic, ſeu in caſu iſto, reſoluitur in uerbum: & eſt ſenſus, quòd Titius me inſultauit & uulnerauit, ergo debebit condemnari de inſultu & uulnere, non de inſultu tantum qualificato. l. quicquid. C. de donat. ibi, retinuit uſumfructum donando. quæ uerba pariter exponuntur, quòd donauerit, & uſumfructum retinuerit. quem text. ita quoque intellexit, & induxit Deci. conſil. 30. cum ſit. in princip. uolu. 3. Imò quòd dixit, alibi non eſſe Alexand. quòd res tradita, per retentionem uſusfructus, præſumatur, conſi. 7. uiſo inſtrumento donationis, in princ. uolum. 6.

Cui fundamento tamen poteſt reſponderi, tenendo dictum commune Saly. ut reſpondent ali qui, quòd illud non eſt ibi, quia gerundium qualificare non poterat uerbum, cui iungebatur, ut hic.

Quæ reſponſio non eſt tuta, quia imò poterat ipſum qualificare, ne retentione uſusfructus donatio eſſet perfecta, & poſſet quandocunque reuocari, non qualificat, ergo gerundium in uerbum reſoluitur, ut ſit donatio & uſusfructus, & hic pariter inſultus & uulnus.

Vnde reſponde tu aliter, quòd eſt uerum, ꝙ reſoluitur in uerbum, qualificando & ibi, & hic. ibi, quòd ſit donatio cũ retentione uſusfructus, & hic inſultus cum uulnere. d. l. illud, in fi. per quem text. ita nouiſſime inquit Bald. in l. aduerſus, in princip. C. de furt. ſuſius in l. quicunque, colum. 1. C. de ſer. fug. & in cap. paſtoralis, in fi. de appellation.

Secundò motus eſt per theoricam Bartol. in l. ſi præſes, in fi. ff. de pœn. ſed quia non ob. & potius probat contrarium, ut ſuprà tranſeo.

Tertiò & ultimò, quia in libellis eſt regulare, cum in ciuilibus, tum in criminalibus, ut ſemp fiat interpretatio ſecundum intentionem agentis, uulg. l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iudi. l. abſentem. ff. de pœn. cõfirmo ego, ꝙ ſemper in eo uidetur deduxiſſe id, quod eſt ſibi utilius. l. q ſtipendia. C. de proc. & ibi Alex. in ſpecie, col. 2. ſed utilius ſibi erit, quòd duo ſint potius delicta, quàm unum, ergo.

Reſpondet Dec. ut ſuprà uerum eſſe, ad hoc ut ualeat, & ſuſtineatur ſimo, ultra eum, ꝙ uerba etiam ſunt improprianda, ut per Bar. in l. ſcire debemus, in fi. princ. ff. de uerbo. oblig. ſed non ut duo ſint delicta, quia in mitiorem partem inclinandum eſt.

Dicerem ego etiam uerum, quando eſſemus in dubio, ſed hic clarum eſt de iure, quod gerundium qualificat uerbum, cui iungitur, ut ſuprà, igitur non interpretabitur ſecundum intentionem agentis. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. ff. de lega. 3. tradit Alexand. in d. l. diuortio, in princi. colum. 4. ff. ſolu. matrim. nec aliam interpretationem patitur, quia rationabilis, ſeu probabilis non eſſet, ut per Bald. & Imol. in l. hæredi. ff. de legatis primo, & Angel. in l. in ambigua. ff. de legi. & ex his, quoniam etiam illatio ex præmiſſis non uidetur, cum hic materialiter dicatur de edendo, non quòd gerundium aliquid ſignificet, ut in l. 1. in §. nunc uideamus. ff. de coniungen. cum emancip. liber. & eſt argument. in cap. intelligentia, de uerb. ſignific. ſumus de iſta rub. expediti. Die viij. Nouemb. M D L I I I I. Patauii.

SVMMARIVM.

1 *Diſputatio utilis eſſe debet non uana.*
2 *Oppoſitiones in materia urgentes, cũ ſuis ſolu. quod ſic bene dictum ſit de eden. ſimpliciter. & ibi de gerundio aliqua, deque duplici neceſſitate, præciſa & cauſatiua.*
3 *Communiter ignoratur, quod multipliciter exponitur.*
4 *Gerundiũ, de quo hic, multas habet ſignificationes.*
5 *Generis non eſt demonſtratio.*
6 *Declaratio.*
7 *Voluntas in his, quæ ſunt iuris poſitiui, ſufficit pro ratione.*
8 *Titulus de edendo, an ſit ſuperfluus propter titulum ad exhibendum.*
9 *Cauſa efficiens, quæ fuerit hic, quæ formalis, materialis & finalis.*
10 *Edere, quid ſit.*
11 *Album quid.*
12 *Album triplex erat.*
13 *Editio unde dicatur.*
14 *Editio quando fieri debeat.*
15 *Editio quo in loco fieri debeat.*
16 *Editio quare fieri debeat.*
17 *Editio cui fiat.*
18 *Editio qualiter fiat.*
19 *Iudicia conſiſtunt in tribus perſonis, iudice, actore, & reo.*
20 *Præparatoria præmitti an debeant.*
21 *Ex præparatorijs adulterij, an inferatur ad præparatum.*
22 *Ex præparatorijs nunquid in mandato ad principale inferatur.*
23 *Iudex eccleſiaſticus, abſoluat actorem à iuramento ad effectum agendi, an ſit competens in cauſa principali.*
24 *Intellectus ad text. in l. 1. C. ad exhiben.*
25 *Iuramentum, ſi à parte remiſſum ſit, & is cui remiſſum eſt abſolutionem petat, an aduerſarium trahat ad forum eccleſiaſticum.*
26 *Editio quotuplex.*
27 *Declaratio ad tex. in l. argentarius in prin. ff. de eden. & in l. quod priuilegium. ff. depo.*
28 *De edendo quare per Gerundium dictum ſit.*
29 *Accuſatione indicatur, quod Titius fecit inſultum Seio, uulnerãdo, an ſint duo delicta, uel unum tantum qualificatum.*

Lectu.

Lectu. III.

De edendo. Rub.

1 QVoniam diſputatio utilis eſſe debet,† nõ uana, inutilis, & fruſtratoria, ut inquit Iurecon. in l. 1. in §. dixerit aliquis. ff. de public. ibi, ad quid utique edictum hoc propoſitum eſt. & in l. ſi ſeruum. in §. fi. ibi effectus huius conſtitutionis ille eſt. ff. de uerb. obl. & in l. quotiens. in § nequaquam. ibi, nec quiſquam putet nullum effectum hoc habere, ff. de admin. tut. qualis illa, quot ſint in orbe figuræ, quot maris arenæ, & ſimilis. ex quo nec dici tractatiue, aut fieri debet, quod dictum, uel tractatum, ſeu factum non releuat. l. hæc ſtipulatio. §. diuus. ff. ut leg. no. ca. Bar. in l. 2. nu. 1. infr. eo. unde in materia hac ratione inſtrumentum antiquatum renouari non debet ſecundum Bart. in l. ſi quis ex argentariis. in §. nec iterum. ff. de eden. nec edi rationum exemplum ſi petatur, quia non probat. auth. ſi quis in aliquo, & ibi. idem Bart. in 2. oppo. infr. eo. nec iuramentum præſtari, ſi non releuat, inquit adhuc Bar. in l. 2. 1 §. quod obſeruari. col. 1. C. de iuram. calum. duxi ego quinta hac uice in præſentiarum, antequam ad materiæ interpretationem & tractationem ueniamus, aliqua dicere, ex quibus elici poſſit, an aliquid utilitatis ex hoc titulo, allaturi ſimus nec ne, & an auctor laudem, uel reprehenſionem ex eo ſibi comparaerit, quæ cauſa efficiens fuerit, quæ formalis, q̃ materialis, & quæ denique finalis huius libri, ut in ſimili dicitur in l. 1. ff. ſi cer. pet.

Quo ad primum igitur oppono, & uidetur
2 qđ malè dictum ſit, de edendo, † ex quo gerundiũ eſt in do, quod ab edo, edis deriuatur, ut hic per glo. & in rub. ff. eo. quódq; ne exponitur idest de demonſtrando, non ab edo, es, eſt: quia tunc exponeretur, ideſt de comedẽdo, dic tu abſurdiſſimum & uitandum. l. nam abſurdum. ff. de bo. lib. modo gerundium neceſſitatem importat, ut per glo. in d. rub. ff. eo. & exemplum poni poteſt. uxor tibi ducenda eſt, ideſt neceſſe eſt, uxorem ducas: & tamen nemo agere compellitur. l. 1. C. ut ne. inui. age. coga. ergo nec actionem edere. quia eſto quod alibi dicat tex. in l. 1. ff. eo. qua actione quiſque uſurus eſt, quod eam prius edere debet, nihilominus intelligendum eſt, ſi agere uelit, ſed non quod ad agẽdum compellatur: quod & per locum à ſpeciali probatur, quia cõpellitur filius, & hæres occiſores patris, uel teſtatoris accuſare, ut Caſt. declarat in d. l. 1. ergo non regulariter. l. quæſitum. §. denique. ff. de fun. inſt. & eſt arg. etiam in l. in re mandata. C. manda. ubi unuſquiſque ſui ipſius & rerum ſuarum eſt dominus. Sol. neceſſitas duplex eſt, quædã præciſa, quædam cauſatiua, ut per glo. in l. fin. ff. de ſepa. illa compelli non poteſt, arg. in l. cum proponas, iuncta gl. C. de hær. inſti. & in princ. Inſti. de hær. qual. & diff. iſta autem fit, quia ſi nõ edat abſoluetur reus ab obſeruatione iudicii, ſiue (& melius) actori audientia denegabitur. l. ubi pactum. C. de tranſact. Bald. in c. 1. in §. i quibuſdã. in fi. de conſue. rec. feu. in uſib. declarat glo. in d. l. 1. C. ut ne. inui.

Vel dicamus non eſſe uerum, quod importet neceſſitatem regulariter, ut hic per Bart. & alios.
* & eſt * communis opi. tradit Alex. conſil. 17. ad fi. uolunt. 4. & ceſſabit ubiectum, quia ad deſtructionem antecedentis ſequitur deſtructio conſequentis. c. cum ex officij. de præſcrip. Bal. in l. cõuenticulam. col. 3. C. de epiſ. & cler.

Vel et ultimò (ut inquit Seyſel. hic) qđ quãuis aliquando neceſſitemur aliquid facere, ut in exemplo, de quo ſuprà, uxor tibi ducenda eſt, & ſimili. c. in cauſis. de re iud. c. exceptionem. in fi. de except. clem. ſæpe. §. & quia, de uerb. ſig. & in rub. de hæred. in ſt. id non eſt ex natura gerundii, ſed propter accidens ratione adiuncti, & propter ſubiectam materiam, & bene. l. ſi uno. ff. loc. ideo, quod ex natura gerũdij, importet neceſſitatem, labitur Fere. Vicentinus. in c. 1. nu. 49. de conſtit. & non ab re teſtatur hic Cy. quod hoc ipſum q̃ſiuit à magnis grammaticis, qui non aliud ſibi dixerunt. Et quia præpoſitio De, ſeruit ablatiuo gerundij, dictum eſt de edendo. i. de edẽda actione, & accuſatiuo, de edendo, actionem ſcilicet.

Secundò oppono, quia ex ſententia Boetij, cõ
3 muniter ignoratur † quod multipliciter exponitur. l. quotiens. ff. de reb. dub. Bald. in l. 1. in fi. C. de bon. poſſ. ſecun. tab. unde fit, ut mirum nõ ſit, ſi ſuper lege habente uarios intellectus fundamentum ſolidum fieri non poteſt. l. in ambiguo, & ibi Bart. ff. de reb. dub. & ſi ſententia lata contra legem, habentem uarios intellectus ualet, ut ſentit Bart. (& eſt notandum) in l. qui Romæ. in §. duo fratres. in 6. oppo. ff. de uerb. oblig. aliàs autem non. l. ſi expreſſim, & ibi not. ff. de appel. ſed uerbum hoc multifariam multiſq; modis intel
4 ligi poteſt, uariaſq; habet ſignificationes: † in primis enim qualificat uerbum, cui adiungitur. l. 1. cum his, quæ ibi no. per Saly. C. de his qui latro. occul. l. ſi quis maior. C. de tranſac. l. uim facit. ff. de ui & ui arm. tradit Alex. conſi. 1. col. 6. uol. 3. et eſt exemplum in dict. l. 1. ubi qui reum criminis ſibi ſciarit occultando eum pari pœna puniendus eſt. & in d. l. ſi quis maior, ubi ſi quis interpellando iudicem, uel ſupplicando principi, uel non implendo promiſſa, uenerit contra trãſactionem iuratam, efficitur infamis, & actione priuatur. & in d. l. uim facit, ubi pariter uim facit quis, ſi nõ ſinat poſſidentem uti arbitrio ſuo re poſſeſſa, uel ſerendo, uel arando, uel aliter ædificando, eoq; interdicto tenetur. latè Corn. conſ. 143. col. 4. uol. 4.

Interdum conditionem importat, ſi maximè futurum reſpiciat. exempli gratia, in l. ſi ex parte. in §. fin. ff. de acquir. hæred. ubi hæres inſtitutus adeundo hæreditatem, poteſt quam partẽ uolu-

rit

rit aut omittere aut uẽdicare, & ibi exponit glo.
adeũdo.i.ſi adierit, de quo tex. remiſſiue hic per
Aret. & Saly. ante eũ in d.l. 1.C.de his qui lat. oc.
Corne.conſi.90.col.2.uol.4.Deci.conſi. 31. nu.
6.uol. 1.Soci.Iuni.conſ.71.in prin.uol.3. quan-
doq; cauſam formalẽ, puta quia dicatur in accu
ſatione, quod ego inſultaui Titium, dicendo ei
uerba iniurioſa, & ratione gerundii, accuſatio
prædicta procederet non ſuper inſultu, ſed ſu-
per uerbis iniurioſis, & iuxta not.in l.ſi non con
uitii.C.de iniur.tradit Bal. in l.id, quod pauperi
bus, col.2.C.de epi.& cle. aliquando finalem. l.
1.ff.de tute.l.1.§.dolum.ff. de dolo. ibi ad tuen-
dum hic ad decipiendum. & etiam ſi dicat quis
conſtituo te procuratorem meum ad agendum,
& ut latius in d.loco. ſepiſſimè uero actum, qui
uiſui ſubiicitur.d.l.uim facit. aliter exemplificat
Bal.in l.ſi ex cautione in 6.q.C.de non nume. pe
cu.ſi dicatur, quod Titius dedit decem Seio, ea
ſibi numerando. & edere etiam hoc eſt parere.l.
bones.§.edere.ff. de uer.ſi.l. Aretbuſa.ibi, edatur
ff.de ſta.ho.latiſſime idẽ Bal.in l.falſus, col.2. C.
de fur. ubi ẽt dicit, qđ gerundia ſunt in uſu, &
& maximè in libellis, ergo ad propoſitũ malè, eo
redeundo unde diſceſſimus, qm̃ ſic amphibolo-
gicè auctor locutus uſ, ſignataq; eſt ſatis uo. qua
ut pluimũ utuntur demones, ut inquit Albe. &
ibi exẽpla ponit in l.nemo, prima.ſupr. de iudæ.
glo. ante eum, in l.ueteribus. ff. de pac. & uos a-
lias. hinc dicimus, quod qui obſcure loquitur
nihil loquit.l.de ætate.§. nihil.ff. de int.ac.ſequu
ti opinionem illorũ, qui idem obſcurũ, qđ ambi
guũ eſſe dicunt, minimè tamen uerũ.d.l. ueteri-
bus. ibi, ambiguam uel obſcuram, differuntque
non ut Accur.ibi dicebat, ſed quia ambiguum.
(ut diximus) multas habet ſignificationes, obſcu
rum uerò nullam, ſed in ſe ipſo latet.

Sol.eſto, quod plures habeat ſignificationes,
& uarias, ea tñ tenenda eſt, quæ actũ facti deno-
tet, ut infr. declaraturi loco ſuo qđ ſit edere. uel
& ſecundo, quod ea ſit attendenda, quæ ſubie-
ctæ materiæ conueniat, de edendo actionem uel
alia, ut ſimiliter dicemus infrà. & not.glo.l.ſi u-
no.ff.loca. & nõ ab re à ſubiecta materia arguen
tes ſic dicimus, quia uerba deſeruiunt intẽtioni,
non econtra intentio uerbis.l.ſcire leges.ff.de le
gi.c.intelligentia. de uer.ſi.uel & ultimo, qđ cũ
poſſit ſubauditione iuuari, & ſuppletione uerbi,
non erit quid, in quo poſſit rationabiliter repre
hendi.l.oratio.in fi.ibi, ut ſuppleat quod oratio-
ni deeſt.ff.de ſpon.l.1.ff.de teſta.Bal. in l. errore,
in prin.C.eo.

Tertiò oppono, quod malè dixerit de edendo
in genere, & ſimpliciter loquendo, quoniam ſic
ad quamlibet ſignificationẽ adaptatur. l. ſiquis
ita.§.fin.& ibi Bald.ff.de teſta.tu. not. in rub. de
poſthu.hæ.inſti.efficitque, ut omnis editio ſub
d.uerbo comprehendatur, ut in ſimili in dona-
tione inquit Iurecon.in l. alienantur.in §. dona-
tionis.ff.de uerbo.ſig.& eſt argum.in l.1.in §.ge
neraliter.ff.de lega.præſtand. & in l.in fraudem.
in §.fina.ff.de milita.teſtamen. & in l.regula. in
§.fina.ff.de iur.& fact. ignoran.

Et quoniam generis non eſt demonſtratio,
5 † quid intellectuale, quod in iure potius, quàm
in facto conſiſtit.l.incendium. C.ſi certum peta.
l.Meuius.§.ſi duobus.ff. de lega.ſecundo. Barto.
in l.2.in §.& harum.in fin. ff.de uerbor. obligat.
Bal.in c.cum uenerabilis.num.7.de except.ea de
re prius erat à ſpecie inchoandum poſtea deſcen
dendum ad genus.l.2. C.de pignor. quam dicit
alibi non eſſe Bald.in capitulo, ſtuduiſti. nume.
8.de offic.deleg.

Solu. licet uerbum ſimpliciter prolatum ſit,
& in genere, reſtringitur tamen ad ſpeciem, quo
niam aliter intelligi non poteſt, niſi de edenda
actione, uel aliis, ut infrà, quo caſu dici poteſt,
quod ſpecies ſit.l.ſi optio.ff.de optio.leg.l.ſecun
da.ff.de liber.& poſthum.l.ſi in emptione. §.fin.
ff.de contrahen.empt.Bald.in authen. hoc inter
liberos.in princip.C.de teſtamen.Guid.Papæ cõ
ſilio 65.nume.6. Vel & ſecundò quod uerum
ſit obiectum, niſi à lege ſpecialiter loquente reci
piat probabilem interpretationem, ut infrà, in l.
edita. & in l.1.ff.eo. Vel & ultimò, quod ue-
rum ſit in genere generaliſſimo, quod nihil ha-
bet ſupra ſe.l.1.& ibi Bartol.in princip. ff.de iu-
riſdict.omnium iudic.idem in l.unica. colum.4.
6 C.de ſenten. quæ pro eo. † non in ſubalterno,
uel inferiori de quibus in l.legato generaliter. ff.
de lega.primo. Dec.Seni.in l.cum mota. colum.
2.C.de tranſact.

Quartò oppono, quod à perſonis edentibus,
ſeu à quibus editio fieri debeat, & cui, debuiſſet
auctor incipere, & non ab editione ipſa actionis
uel aliorum, uulga.l.ſi quæramus. ff. de teſtamẽ.
& infrà, qui accuſ.poſſ.qui teſtamen.facere poſſ.
qui admin.ad bono. poſſeſ. & eiuſdem generis
pluribus, quæ breuitatis gratia referenda non
ſunt.

7 Solu. poteſt dici in primis, † quod à perſonis
non incępit, quia ſibi ſic placuit, regulareque eſt
in his, quæ ſunt iuris poſitiui (ius enim poſiti-
uum dicitur quod ad libitum ponitur. l. ſi quis
in principio teſtamenti. ff.de legat.tertio. capit.
non debet, de conſanguinitate, & affinitate) &
ſufficiat pro ratione uoluntas.l.prima. §.ſexum,
ubi glo.ratus.ff.de poſtu.argumen. in l.quia po-
terat.ff.ad Trebel.ubi uulgatum illud, Sic nolo,
ſic iubeo, ſit pro ratione uoluntas: quoniam a-
liàs qui iuſtè dominatur profitetur ſe uelle uiue
re legibus, quanquam legibus ſolutus ſit. l.prin
ceps.ff.de legi.l.digna uox.C.eo.

Vel & ſecundò, quia non omnium, quæ à ma
ioribus tradita ſunt ratio reddi poteſt, maximè
in hiſce (ut dixi) titulorum ſituatione. l.non o-
mnium. ff. eodem. quo modo reſpondet etiam
Bald.in l.prima, colum.4.C.qui admi.& Aretin.
in rubrica, extra, de teſtibus, & dicit alibi idem
Bald. ad propoſitum, quod ſuppoſita poteſtate

de ratione non eſt aliter quærendum, in c. & ſi
Chriſtus. in fi.de iureiur.& in rub.de conſti.nu.
12.& 13.quod conſtitutio eſt rationabilis,eo ip
ſo quòd non eſt prohibita,licet ratio demonſtra
ri non poſſit. Vel & ultimò, quod benè ratione
prædicta à perſonis incipi debuiſſet, ſed qđ alio
reſpectu ab editione actionis, & aliorum ceptũ
eſt,ut infrà in glo. ad ſupradicta titulum conti-
nuante,& ita in ſimili dicit glo.in rub. C.de bo.
po.contratab.& ibi Dec.in fi.Rimi.in rubr. qui
admi.colum.3.

Quintò & ultimò oppono, & uidetur mihi
quod tractatio hæc fuerit ſuperflua,cum habea-
mus actionem ad exhibendum, quæ inuenta eſt
ratione intereſſe uniuſcuinſque nolentis ſibi ali
quid exhiberi.l.3.§.ſciendum.& §.fi.ff.ad exhib.
l.ſi liber.eod. tit.glo.exhiberi.in l.2.infra eodem.
& in nec.agatur.in l.2.in §.item diui. ff.de in.fiſ.
Pro ſol.ad iſtud quoque dici poteſt,ut hic per
Alber.in princ.quod obiectum ſit uerum,ex illo
8 titulo,iure actionis,hic autem & ex iſto,†officio
iudicis,& actione in factum,quaſi dicat diuerſis
reſpectibus conſideratis tractationem hanc ſup-
fluam dici non poſſe,& eſt uerius, melius: & ſu
ſius Bart.infrà in l.1.nu.9. cuius uerba ad litterã
reaſſumpſit Barb.in c.1.colum.27.de probat.&
propterea ad tollendum contrarium §.quibus,
in prima Codicis conſtit.& l.hæc ſtipulatio. §.di
uus.ff.ut leg.no.ca.ita dici ſolet. c.ſignificãtibus.
de lib.ob.c.ſignificantibus.de app. Feli.in proœ.
Rex pacificus,colum.fi.uer.quintò fallit.Tauri-
nen.in l.legem,in prin.C.de pact. & ut ſuprà de-
clarat Alex.in l.quædam,in prin. ff.de eden.

Quomodo ad ſecundum (de gerundio reli-
9 qua abſoluemus in glo.) dico,quod cauſa† effi-
ciens immediata,fuerunt compilatores, de qui-
bus in l.2.in §.quæ omnia.C.de uete.iu.enu. me
diata Iuſtinianus,qui hoc idem eis mandauit,ut
per Alber.in proœm.Digeſtorum. colum.quin-
ta.Formalis uerò, ut infrà,& in l.1.in §.edere. ff.
eod.Materialis de edendo. Finalis autem, ſi ma-
ximè de actione loquamur,ut reus deliberet, an
uelit cedere, uel contendere.l.1.præalleg. ĩ prin.
ff.eodem.uel ut ſpem futuræ litis demonſtret. l.
edita.infr.eod.Alber.in ſimili,in loco præallega.
Azo in prin.ſummæ.& Alua.in proœm.feud. co
lum.3. quarum cauſarum duæ ſunt intrinſecæ,
materialis & formalis,extrinſecæ uerò duæ, effi-
ciens & finalis.

Sed ad idem quęritur,& tertiò quid ſit edere,
10 †& ex mente Iurecon.reſpondeo in l.1.in §.ede
re.ff.eod.quod nihil aliud eſt in materia,niſi co-
piam deſcribẽdi facere, uel in libello complecti,
dare,vel dictare, uel producere aduerſarium ad
album, demonſtrareq́; eidem quid dicturus ſit,
& qua ratione,uti uelit, & eſt ſcriptura, cui cre
di debet,ut per glo.in c.cum cauſam. de probat.
Quid etiam ſit Album diximus aliàs, addo nũc
11 quod eſt materia prima,†in qua prætores indu
cere poterãt qdquid coloris uoluiſſent, quòdq́;
ipſum litteris rubeis,ut plurimum inſcribebãt,
unde rub.inde dicta eſt, quanquam dictionem
barbaram, & ridiculam eſſe garriant aliqui, &
malè,quandoquidem oſtendãt Quintilia. haud
legiſſe lib.12.dicentem ſic,Iureconſulti ſe ad al-
bum,& rubricas tranſtulerunt. eſt verum quod
titulus etiam dicitur.l.1.ibi,pauca de ſignificatio
ne ipſius tituli referre, & ibi, ideo ꝑtor ſub hoc
titulo,&c.ff.ſi cer.pet.

Secundò addo quòd non erat paries dealba-
tus,ut ſentit glo.in d.§.edere,& in cle.1. in uerſ.
albo,de iudi.& Iaſ.in §.pœnales. nume.7.Inſtit.
de act.ſed tabula gypſata amouibilis,in qua (ut
dixi) edicta ſcribebãtur.l.ſi quis id quod,ibi,hoc
uero edicto tenetur & qui tollit. ff.de iuriſdi.o-
mnium iud.quæ uerba uerificari non poſſent, ſi
eſſet paries dealbatus.

Tertiò addo, quod Album eſt triplex.Vnũ in
12 quo †edicta generalia ponebantur. Aliud ĩ quo
ponebantur temporalia. Tertiũ uerò in quo ſcri
bebantur decurionum nomina,& fuſius, ut per
glo.in d.§.edere.Iaſ.in d.§.pœnales. nu.17. præ-
alleg.erat etiam olim Album Citharedorum, &
iudicum,illud in Nerone,illud in Claudio apud
Tranquil.grauiſſimum auctorem legitur. Nõ o-
mittentes etiam quòd delegati non habebant al-
bum, ut no.in l.ſancimus.C.de iud. Alua.in c.1.
in prin.col.4.de mi.ua.qui cont.eſt.in uſib.
13 Quartò quæritur, †unde dicatur editio.& re-
ſpondeo,ut ſuprà in prima oppo.

Quintò quæritur quotuplex ſit. cui quæſtio-
ni,non reſpondeo nunc,quia dicetur infr.in gl.
14 Sextò quæritur†quando fieri debeat. & breui
ter (ut dicebam aliàs) uideretur prima facie con
cludendum fieri debere ante citationem,ab or-
dine arguentes, ut arguit Iurecon. in l.quotiens.
ff.de uſufr.l.ordinarii.C.de rei uend. l.prolatam.
C.de ſent.plenè Alb.in l.1.colũ.5. C.de no. Cod.
compo.imò iniurioſum eſt, quod fit contra ordi
nem, ut dicit etiam Bal.in c.cum dilecta. in prin.
de reſcr.titulorum ſcilicet, qđ nobis aliàs pmiſ-
ſum eſt,ex quo leges non aliter ſituant, niſi ſub
congruis titulis.§.quibus.ibi,& congruis titulis
ſubdere,in 1.conſt.Cod.& ibi Bald.col.2.bonus
tex.ad idem,in l.2.ff.de ſta.ho.ſed hic tit. rub.de
in ius uoc.præcedit,ergo. Sol.arg.ab ordine ꝓ
cedit in dubio,& qñ aliter de men te legis nõ cõ
ſtat.l.nec enim.& ibi no. ff.de ſol.ſed hic de men
te cõſtat,ut infr.ergo. Vel dicamus qđ ubi cõſu
lit lex (uirtus.n.ipſius eſt non ſolũ imperare,per
mittere,uetare,& punire.l.legis uirtus. ff.de leg.
ſed etiam conſulere,ut ibi no.l.is qui deſtinauit.
ff.de rei uen.) ut hic (qđ gerundiũ innuit) tunc
ordo ſeruandus non eſt.§.ante hæredis.Inſtit.de
lega.l.præpoſteri.C.de teſtam.Alb.in loco præal-
leg.prima tamen melior, quia non ſolum conſu
lit,ſed ẽt iubet.l.1.ff.de edẽ.ubi dicit, quòd qua
actione quis uſurus eſt,eã edere debet, & qđ te-
net: quaſi dicat actionem edat,ut reus poſſit deli
berare,nunquid cedere, uel contendere uelit.

Secundò

Secundò tamen adhuc probari uidebatur. per
tex.in l.quidam Hyberus.ff.de ſer.orb.præd. ibi
uolo,ut cum Hybero loquaris, ne rem illicitam
faciat,& ſic ante citationem. clarius in l.debito-
res.C.de pign.gl.pacem, quæ utrunque citat,in
c.ad apoſtolicæ.de re iudic.in 6.Quod arg.etiam
ſecum ſol.affert,non io editione loqui iura præ
dicta,ſed in monitione extraiudiciali facta,uel q́
fieri debet ex urbanitate actoris, ſeu creditoris,
quod etiam declarat Rom.ſing.396. Bald.in d.l.
debitores.Iaſ.in §.ſic itaque.nu.41. Inſti. de act.
& in l.certi condictio. in prin.ff.ſi cer.pet. Abb.
& Feli.in c.nouit.io fi.de iud.Bertran.conſ.152.
nu.7.uol.3.eſtq́; arg.etiam io l.ratum.& io l. qđ
dicimus.ff.de ſol.

Tertiò probatur tamen,quia citatio eſt de pro
ceſſu.c.quoniam contra.de prob.l.1.& ibi Bald.
ff.de in ius uoc.nec ab re, quia ab ea parte iudi-
cium incipit.§.fin. Inſti. de pe.teme.liti. nec po-
teſt fieri hac ratione die feriata, ut idem Bald.di
cit in c. conqueſtus.nu.3.de fer. not. in l.1. in §.
nunciatio.ff.de no.ope.nunc.l.dies feſtos .C. de
fer. ergo ſi fieret editio poſt citationem, non ha-
beret reus tempus ad deliberandum,& malè,ac
contra tex.in l.1.ff.de eden.ergo ante neceſſariò.
Ad quod reſpondebam aliàs, quod quamuis
ſit de proceſſu,non tamen tollit inducias delibe
ratorias reo,quæ editionem præſupponunt, d.l.
1.auth.offeratur.C.de lit.conteſt.dicebam dubiũ
quoque fore,an ſit de proceſſu,nec oe,ita ut arg.
non concludat.l.duo ſunt Titii. ff.de teſtam.tut.
✱ ſed prima melior,quoniam communiter ✱tene
tur eſſe de proceſſu,ut in d.l.1. ff.de in ius uoc.
& in d.c.quoniam contra,not. Vel & nouiſſimè
etiam dici poteſt,quod imò propriè ſit ante litẽ
conteſtatam potius præparatorium, ac procem.
quoddam ipſius iudicii, ſicuti libelli oblatio &
alia,quę dicto tempore fiunt,& ſic etiam editio.
ita declarat Alex.in rub.C.de in ius uoc. in prin.
& benè. ſi quæras igitur quando fieri debeat,dic
poſt citationem,quoniam fieri debet in iudicio.
d.auth.offeratur.iudicium ante citationem nul-
lum eſt.l.amplius non petitum. ff.rem ratam ha
be.d.§.fi.io ſti.de pe.te.liti.ergo.

Et ex his ſeptimo loco ẽt deciditur, ubi nã fie
15 ri debeat,† aliàs ab extraiudiciali ĩterpellatione,
non differret,quæ fit ex urbanitate,ut ſuprà,non
dicendo m,arg.in l.3.ibi,ſed cur nõ in milite di-
uerſum,ff.de mil.teſtam.
16 Octauò rurſum liquet ex p̃dictis,† quare fiat,
ut reus ſcilicet, deliberet nunquid uelit cedere,
uel contendere.d.l.1.ff.eod.d.auth.offeratur, de
lit.conte.& quia edita actio ſpeciem futuræ litis
demonſtrat.l.edita.infra eo. & ne etiam actor ca
rere uideatur actione,qua reum obſtringat in iu
dicio,iuxta illud uulgatum,nemo ſine actione ex
peritur.l.ſi pupilli.§.uideamus.ff.de neg.geſt. ne
ue litibus laboribus & expenſis grauetur reus,
arg.in l.1.ff.de inof.teſt.ibi, melius facerent, ſi ſe
ſumptibus non uexarent inanibus. & breuiter
dici poteſt,quod hæc ſit urbanitas iudicialis, nõ
abſque ratione inuenta à lege, ſicuti extraiudicia
lis,de qua in d.l.quidam Hyberus. ff.de ſer.urb.
præd.& io d.l.debitores.C.de pig.d.auth. offera-
tur. tamen quantum ad iſtas inducias delibera-
torias corrigitur per conſtitutionem regni, tuci.
dilationes. ad fi.qđ tu regnicola notabis.
17. Nonò liquet adhuc,reo † fieri debere,d.l.1.d.
auth.offeratur.Adde quod fit iudici prius, & p
ipſum reo,ut per glo.in c.1.de libe.obl. forte ne
partes uexentur inaniter (ut dicebam etiam pro
ximè) litibus,laboribus,& expẽſis,quia forte ui-
dens libellum ineptum,ipſum lacerabit,nec por
rigebit reo: qđ quidem facere poteſt etiã reo non
opponente.l.1.ff.de offi.aſſe.Inn.in c.examinata.
de iudi.Soc.conſi.146.col.5.uol.1.
18 Vltimò liquet qualiter fiat, † d.l.1. d.§.edere.
ff.de eden.ſed hodie libellus neceſſarius eſt. d.au
then.offeratur.C.de lit.conteſ. & eſt ſolemnitas
iuris,quã alia eſt facti,de qua in l.1.& 2.C.de for
mu.& ut per Odof.in l.diuus.col.2.ff.de reſti.in
integ.& ſic ex his omnibus habetis,quid ſit ede-
re,unde dicatur editio,quotuplex ſit,quãdo fie-
ri debeat,quo in loco,quare fiat, cui & qualiter.
hæcq́; ſufficiant, quantum ad iſtud uerbum de
edendo.

¶ Additio.

Supradictis addendo,& ad materiam dici ad-
huc poteſt,quod cauſæ editionis ſint ſeptẽ.Gene
ralis, ſpecialis,officium,ſucceſſio, delictum,cõ-
ſuetudo,& uſus.l.1.ff.eo.l.quædam.ff.eo. §.is au
tem.ea.l.& tit.clem.1.§.cæterum. de uſur. l.1.§.
edenda.ff.de eden.de quibus infra, ubi Iaco.But.
Bald.& alii.

Et ad idem, quod in materia remedia pariter
ſunt tria,actio ex eo contractu.d.l.quædam, offi
cium iudi.l.1.C.eo. & actio in factum ex mora.
l.ſi quis ex argentariis.§.ex hoc edicto.ff.eod.idẽ
Bald.infr. colum. fi.

In gl.rub.in prin.ibi,quę per magiſtratus exer
centur,habes qđ iudicia per magiſtratus exercen
tur.& cũ dictum fuerit ſuprà de magiſtratibus,
qđ cõpetenti ordine reſtabat uidere de iudiciis:
& primò de edendo,quia editio eſt pręparatoriũ
19 iudiciorum.Adde † qđ iudicia conſiſtunt in tri-
bus.in offi.iud.in actionibus, & in exceptionib.
hoc eſt iudice,actore,& reo, & no.in rubr.extra
de iud.l.ampliorem,in prin.C.de app. offi.iudi.
æquè bonum eſt,actio optima, exceptio melior,
arg.ĩ l.ſi qñ.C.de dila.& in l.fauorabiliores. ff.de
reg.iu. & ĩ l.Arrianus.ff.de act.& obl.& in l.iouI
tus.in §.cui damnus.ff.de reg.iu. & ĩ l.uir bonus.
ff.iud.ſol. quòdq́; legibus fundata eſſe debẽt, &
in legum denique ac iudiciorum miniſtris, ita
Bal.in c.bonæ.1.col.3.de poſtu.prælat.deq́; legũ
miniſtris intellexit Imp.in proœ. Inſti.ĩ prin.ibi,
per legitimos tramites calumniantium iniquita
tes expellat.ut ibi per glo.

Secundò adde, quod ob id dicimus etiam,
quod ius publicũ in magiſtratibus cõſiſtit.l.1.§.

publicum.ff.de iuſti.& iu.quòdq; iuriſdictio eſt poteſtas de publico introducta, cum neceſſitate iuris dicendi, & æquitatis ſtatuendæ. l.1. & ibi glo.Bar.& omnes.ff.de iur.om.iud. Idem Bar.in l.Imperium.ff.eo.glo.in §.iuſiurandum, in auth. de defenſo.ci.

Tertiò adde, niſi legis diſpoſitio, reducerentur ad iudicia & magiſtratus, quod eſſet ridiculoſa, uana & nihil operaretur, ut inquit, idem Bal.in l.cum mulier.col.11.ff.ſolu.mat. Et à ratione aliena, hæc non uidentur, quia ſi poſt peccatum lex cepit eſſe neceſſaria, & facta à legum conditoribus, à rege, uel à principe.c.factæ autem ſunt leges, 4.diſt.arg.in l.1.in §.ſexum.ff.de poſtula. qđ etiam de lege parricidarum ſcribitur, namq; Romæ multis annis, multoque tempore nulla fuit huius ſceleris mentio, lataq; eſt cum primus L. Oſtius patrem interfeciſſet, Malleolus uerò matrem.l.pœna.ff.ad leg.Pompe.de par.§.alia.ibi, aſperrimum crimen noua pœna perſequitur. Inſti.de pub.iudi.utique etiam magiſtratus, & iudex creari debuit, qui legis eſſet executor, factúq; hinc eſt quaſi prouerbium quoddam, ad idem, quod fruſtra eſſent Nomothetæ, niſi Nomophilaces inuenirentur: illi latores legum ſunt, iſti executores, quòdq; iuſtitia mortua eſt, ubi deeſt magiſtratus. ita Bal.conſi.483.col.1.uol.1.

Secundò habes ex iſta glo. quod præparatoria
20 præmitti debent, † l.1.ff.de ori.iu.ibi, hæc enim libentius perducunt nos ad lectionem propoſitę materiæ.l.1.in princ.ibi, bene eſt prius quàm ad interpretationem uerborum ueniamus, pauca de ſignificatione tituli referre.ff.ſi cer.pe. l.lecta. in prin.ff eo. Hinc dicimus (qđ ſanè negat nullus) cum actio ad exhibendum ſit præparatoria rei uendicationis pariter, quod præmitti debet, aliàs propoſitio non eſſet uera. & probatur in l.1.& 2.ff.ad exhiben.& in l.ordinarii.C.de rei uēdi.& poſſent in eodem libello cumulari, iuxta not.in l.edita.C.de edend.& tamen non poſſunt ſecundum Cyn.in d.l.ordinarii.in prin.in 2.q.& ſi proponi poſſit tamen ſimul, ſed ut poſtea procedatur ordine ſucceſſiuo: & firmat etiam Bart. l.1.in fi.prin.ff.de priua.delic.

Et idem in querela, & petitione hæreditatis, ſeu remedio reſcindente & reſciſſorio. l.qui de inofficioſo.ff.de inoffi.teſtam.ibi, qui de inofficioſo dicit, nullam aliam quam petitionem hæreditatis exercet.glo.in rub.ff.de pet.hær.Bart.in d.l. edita.colum.6.infra eod.Bertran.conſi.5. in principio.uol.3. Et in reſtitutione ad appellandum ex cauſa, quando lapſum eſt tempus, quæ præparatoria eſt, & præmitti debet, aliàs non appellaret poſt lapſum temporis quis, ex quo tūc ſententia tranſiuiſſet in rem iudicatam.c.quod ad conſultationem, de re iud.& ut per Bal.in l.2.C.ſi ſęp.ī integ.reſti.poſt.in no.caſu Bertran.conſi.313.nume.9.uol.2. & breuiter eſt ordo iuris, ac æquitatis, qui peruerti non debet, ſed potius ſeruari, & ſubtiliter quidem, ut in c.in cauſis, de re iudi. & æquitatis dixi, quia titulus iſte in ęquitate fundatus eſt.l.1.ibi, nam ęquiſſimum uidetur.ff.eo. Barb.in c.1.col.16.de prob.& quod ordo ſeruādus ſit, probatur per Bart.in l.uxorem.in §.teſtamento.ff.de lega.3.not.in l.Gallus. in §.quidam rectè.ff.de liber.& poſthu. aliàs deſtructo ordine perueniēdi ad finem, ideſt editione, deſtrueretur finis, hoc eſt ipſa iudicia, neq; talia dici poſſent. arg.in l.oratio.ff.de ſpon. & deſtructo principio ordinis deſtrueretur ordo, Inquit Bal.in c.ad noſtram.nu.4.de prob.

Sed contra iſtam continuationem, & qđ imò præparatoria non ſemper præmitti debeant, nec iſte iuris ordo ſeruati ſemper, opponitur, quia actio ad exhibendum (ut dixi ſupra) eſt præparatoria rei uendicationis.d.l.ordinarij.C.de rei uē. l.ad rem mobilem.l.ad legatum.ff.de procur. & tamen titulus ad exhibendum poſtponitur, non autem præmittitur titulo de rei uendicatione.

Cui difficultati multæ hinc inde ſolutiones traduntur, periculoſæ ut diximus aliàs: breuiter & pro nunc illa eſt tenenda, quod bene hac ratione titulus ad exhibēdum præmitti debuiſſet, ſed alia poſtpoſitus eſt, non modo d.titulo, ſed ēt titulo de peti.hær. pro qua ſol.facit text. in l.pater Seuerinam.in §.conditionum. ff.de condi.& demonſt.ubi unum, & idem uerbum diuerſis reſpectibus conſiderari poteſt propriè, & impropriè.melius glo.in rub.C.de bon.poſſ.contra tab. maximè in his (ut dicebam etiam heri) quę ſunt iuris poſitiui, & ad bene eſſe. Sed quod non ſine ratione poſita etiam ſit d.tituli tractatio poſt titu.de rei uend.& de pet.hæred.quæ etiam realis actio eſt, uniuerſalis tamen patet, quia licet ipſa realis nō ſit, eſt tamen perſonalis in rem ſcripta. l.3.§.eſt autem.ff.ad exhiben.quæ ad exemplum realium proponitur, ut no.ī rub.ff.ſi cer.pe. ideo non mirum ſi poſt d.titulos poſita eſt, quia exemplar præcedit, poſtea ſequitur exemplatum. l. in teſtamento magna.ff.de condi.& demon.not. in rub.de arbit. Soluit etiam Dec. quod continuatio fundata eſt in regula, quod præparatoria præmitti debeant, & conſequenter bona, licet quandoq; contrariū inueniatur ex no.in l.1. ff.de reg. iu.à quo, nec ego diſſentio, eſtq; arg. ultra eum, in l.ab ea parte.ff.de prob.Bar.in l.2.col.2.ff.ſi qs in ius uoc.non ie.

Secundò contra prædicta facit, quia ſola editio actionum, bene eſt iudicij pręparatoria.d.l.1. ff.eo.ſed non alia, quæ inſtructoria dicuntur, ut teſtes, inſtrumenta & reliqua.l.2.ff.de fi.inſtru.l. notionem.§.inſtrumentorum. ff.de uerb.ſign. c. forus.extra eod.quia inſtruunt cauſam, in actione uero præparat ſe reus ad contendendum, uel cedendum.d.l.1. auth.offeratur. C.de lit.conteſ.

Cui difficultati etiam uariè traduntur ſol. ſed illa, ut minus periculoſa tenenda eſt, quod glo. habuerit reſpectum ad actionem d.l.1.ff.eo. l.edita.infra eo.& ut hic per Dec.nu.6.quo caſu editio propriè, eſt ante litem conteſtatam. Et præ para-

paratoriũm iudiciorum dixit, quia ipſorum fundamentum in actione conſiſtit, ſine qua nemo experitur. l. ſi pupilli. §. uideamus. ff. de neg. geſt. eſtq; ſol. Alex. quam impugnat Deci. quia etiam hic leges pro maiori parte, de editione rationum & inſtrumentorum loquuntur, ſola antem de editione actionis. l. edita. infr. eod. & quia rub. omnia hæc comprehendit, facta ad deſignandum id, quod in nigro continetur. l. 1. ff. ſi cer. petatur. Tu uerò ſalua quod incidenter de editione rationum, & inſtrumentorum dictum eſt. vel hinc ſumpta occaſione ne materia editionis diuidatur, quod & ipſe met Deci. nu. præalleg. ſentit, & ſic ſol. Alex. probando, quanquam eam prius impugnet. nec facit quod titulus generalis ea oia comprehendat, quia uerum eſt d. modo. & qñ etiam ſolam editionem actionis comprehenderet, non eſſet nouum ex his, quæ no. in d. l. 1. ſi cer. pe. ubi plerunq; nigrum eſt generalius rubro, & ibi in ſpecie Alex. col. 1. & in Auth. ut Eccl. Rom. & ne nul. mutu. agr. & ita etiam gl. poſt Azo. in ſecunda continuatione hic deducit, ut in ea.

Tertiò contra iſtam continuationem facit, qa (ut dictum eſt ſuprà) hodie requiritur libellus auth. offeratur. C. de lit. conte. & appellatur ſolẽnitas iuris ad differentiam eius, quæ eſt facti, & de qua in l. 1. & 2. C. de form. & in l. ſi ſeruus nauem. ff. de fur. Odof. in l. diuus. col. 2. ff. de reſtit. in integ. modo dico quod libellus offertur parte citata. d. auth. offeratur. Grat. conſ. 137. colum. 1. uol. 2. iudicium à citatione incipit. §. fi. Inſtit. de pe. teme. liti. ergo hæc non poſſunt dici iudiciorum præparatoria. Sol. uera eſt aliis ſepoſitis, & ſtudendo breuitati, quod quamuis à citatione incipiat, quod etiam firmat Barto. in tract. de ind. colum. 2. non eſt propterea, quod præparatoria ipſius iudicij, non ſit actionis editio, ex quo citatur reus, nec actor auditur, niſi edat.

Vel dicamus, quod imò propriè iudicium ſit à lit. conte. l. amplius non petitum, & ibi Bart. ff. rem rat. hab. c. 1. ubi etiam Bal. in prin. extra eod. alia pleraque poſſent adduci: ſed quia utilitatem non habent, & quia dixi alias, non inſiſto nunc aliter.

Verum ad prædicta quæritur, nunquid ex pre-
21 paratoriis inferatur ad præparatum. † & concludunt ſcriben. quod ſic, quod ego ex ſupradictis probo, quia ſi quis agat ad exhibendum infertur neceſſariò ad actionem realem, ſi querela ad petitionem hæreditatis, & ſi deniq; reſtituatur qs ad appellandum, ad appellationem. imò (quod plus eſt) qd ex præparatoriis adulterii præſumptione probatur adulterium, & ſic ad ipſum infertur, ita ut mulier inuenta in præparatoriis Veneris, ſicuti inuenta in adulterio (hęcq; eſt utilitas diſputationis) priuetur dote. c. plerunq;, de do. int. ui. & uxo. & eſt doct. Bal. in c. tuæ. de ꝓcu. potiſſimaq; ratio eorum, qui cũ ipſo tenuerunt.

Mori etiam & 2. per tex. in c. 1. in §. 2. qui. mo. feu. ami. in uſib. ubi uaſallus inuentus cum domina turpiter ludẽs, prius tur feudo, qui & ſi in feudo loquatur, generaliter tamẽ procedit, & locum habet, quia naturalis ſocietas uiolatur: ſunt enĩ ſocii uir & uxor diuinæ, & humanæ domus. l. aduerſus. C. de cri. expi. hær. Bart. in l. ſi mihi, & Titio. ff. de uerb. obl.

Ad idem eſt tex. in l. & ſi amicis domum. ff. ad l. Iul. de adul. ubi qui præbuit domum ad adulterium, uel ſtuprum committendum, lege Iulia de adulterio tenetur.

Et idem in l. quod ait lex. ff. eo. ubi patri permittitur, ut filiam inuentam in præludiis Veneris impunè interficiat, quia ex eiſdem infertur ad adulterium. Nec ſecus in l. 1. ff. de extraor. cri. ubi ſollicitatores alieni thori, quãuis effectu ſceleris potiti non fuerint, puniuntur tamen: & in Leon ſenſu. & in l. fi. C. de repu. ubi mulier pdit dotẽ, ſi ad conuiuia uirorum, ſpectaculaq; publica acceſſerit, uel eorum balnea fuerit aliter ĩgreſſa, ergo quanto magis in præparatoriis Veneris inuẽta. Et maximè, quia præſumptiones legum ſunt liquidiſſimę ꝓbationes. l. licet Imperator. ff. de le. 1. ſed ſi probatum fuiſſet adulterium, utiq; priuaretur dote. d. c. plerunq;, ergo & hoc caſu: quia p̃ſumptiuè probatum uidetur, & quia ex præparatoriis infertur ad præparatum. & hoc eſt qd dicebat Bal. in l. aduerſus. col. 2. C. de fur. qd oſculum cum adulterio confunditur, ex quo p̃ambulum eſt ad illud naturaliter ordinatũ. Et cum eadẽ ſit ratio ultimo loco, in præparatoriis, q̃ eſt in adulterio, licet non tanta iniuria. ſ. qua maritus afficitur, non põt dici niſi quod idem ius ſit per omnia ſtatuendum, uulg. l. à Titio. ff. de uer. obl. & ita foret tranſeundum, & ſic cum communi ac continuatione glo.

Tamen cogita, ſi contrarium etiam, & probabilius teneri poſſit, & dici ad primum bene uerũ eſſe ex præparatoriis inferri ad præparatum regulariter, ſed nõ ex præparatoriis adulterij, ad adulterium, ut infr. Nec facit theorica Bal. in d. c. tuę, quia dicam eſſe rigoroſam & non ueram, ex quo maximè, nihil allegat, niſi tex. in d. c. 1. quib. mo. feu. amit. in uſib. cui ſtatim reſpondebitur. l. non ſolum. §. ſi liberationis uerba. ff. de lib. leg. adducit etiam rationem, quia iſta diffamant matrimonium, & lacerant, & eſt uerum, non tñ ut amittat dotem, ut infra, & hanc rationem fundat in d. c. 1. ubi caſus clarus.

Ad illum tex. igitur reſpondetur, ut hic p Dec. quod id uerum eſt, ex quo conſtabat ibi ex turpi luſu, adulterium fuiſſe commiſſum. Quę reſponſio non eſt bona, quia ſic tex. ille eſſet de indubitabili, non dicendum. uulga. l. quod Labeo. ff. de Carbo. edic. igitur reſpondet & ſecundò, quod ille tex. loquitur in uaſallo qui propter graues inhoneſtasq; iniurias debet priuari feudo. ca. 1. §. porrò, quæ fue. prima cau. benefi. ami. in uſibus. nos uerò in muliere, quæ priuari dote non poteſt, niſi propter adulterium. d. c. plerunq;. ergo ad iſtum caſum extendi non debet. Nec iſta pla-

cet, quoniam hoc eſt, de quo ad præſens diſputamus. Vera igitur eſt (ut dicebam alias) ſolutio, quod ibi illud ideo eſt ſic deciſum, quia lex alternatiuè locuta eſt, ſi uaſallus dominam cucurbitauerit, ideſt cum domina ſua concubuerit, & ſic cornutum fecerit dominum, uel cũ ea turpiter luſerit, ad ueritatem alternatiuè ſufficit alteram partem eſſe ueram. l. ſi hæredi plures. ff. de condi. inſti. ergo omnino feudo priuabitur, hic autem mulier dote, ſi adulterium commiſerit, ut dicebar Dec. (& in hoc bene) ergo non inuenta in præparatoriis Veneris. & ad d. uerbum cucurbitauerit. adde glo. in l. ſi inimicitiæ. ff. de his quibus, ut indig.

Non obſt. text. in l. & ſi amicis domum, quia loquitur in adulterio conſumato, & quando qs conſentit delicto præſtando opem delinquenti, quod longe eſt alienum à caſu noſtro. l. is qui opem. ff. de fur. c. 1. de offi. dele. c. fi. de fo. compet.

Et hoc modo tollitur etiam text. in d. l. quod ait lex, quoniam pro rei ueritate, non in præparatoriis Veneris, ſed in ipſa turpitudine filiam inuentam poſſe interfici à patre loquitur.

Et pondera ac reſtitue text. dum dicit, non ocium: uidetur, ut dicat, non ocioſum, habentem relationem ad tex. in l. patri. eod. tit. loquentem ſignanter in adulterio.

Minus facit rurſum tex. in d. l. 1. ff. de extraor. cri. quia fateor, quod puniantur extra ordinem propter uoluntatem pernicioſæ libidinis, etiam in caſu noſtro, ut text. met dicit, ſed nó ut mulier patiens dote priuetur.

Non obſt. text. in d. l. conſenſu, quia caſus ibi æquiparantur à lege, ut ab uxore maritus diuertat: & loquitur in caſu claro, hic autem ĩ dubio, quorum non eſt par eademq; ratio. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerb. obl.

Et multo minus in l. fi. eod. tit. hoc idem probatur, quia ex uerbo libidinis cauſa, adulterium præſupponitur.

Vel ad vtrunque dicamus, ut aliàs, quod cum ſint leges Theodoſij & Conſtantini, nec in uſu à nobis quoque contemnendæ ſunt, ne mulier dote priuetur. l. 2. §. exactis. ibi, lata lege tribunitia omnes leges exoleuerunt exactis Regibus. ff. de ori. iu. no. in l. Arriani, C. de hæret.

Non obſt. quod adulterium ex his præſumatur, quia non eſt uerum, ex quo non eſt præſumptio uiolenta, ſed temeraria. c. literas. c. literis, de præſumpt. nam multa dicuntur, quæ non fiunt; multa tractantur, quæ non perficiuntur, & tota uis in concluſione conſiſtit. l. ſi uoluntate. C. de reſcin. uend. Bal. in l. multum intereſt, colum. 2. C. ſi quis alt. uel ſibi. Alex. conſ. 13. col. pe. uol. 1. Dec. conſi. 11. col. 1. uol. 1.

Non obſt. ultimum, quia eſto quod eadem ſit ratio, ſicq; iniuria afficiatur defunctus in præparatoriis adulterij, ut in adulterio, non eſt propterea quod uxor debeat dote priuari, ex quo lex ſignanter in adulterio loquitur, d. c. plerunque.

Et quod hæc concluſio ſit uera (mittentes à nobis dicta aliàs, quod ſimus in pœnalibus & odioſis, in quibus extenſio fieri non debet, quod pœna priuationis nunquam locum habeat, niſi à lege expreſſe cautum inueniatur, quod ex probationibus præſumptiuis non debet uxor priuari dote, quod priuatio dotis adulteriũ arguat, & quod lex denique imponat pœnam actui perfecto) efficaciter probatur, quia ſi ex præparatoriis inferretur ad præparatum, cum iura in adulterio (ut diximus) loquantur, maximè in d. c. plerunque, & in Auth. ut mat. & auiæ. in §. quia uero plurimas, argueretur à maiori ad minus, ſiue de uno caſu maiori ad minus fieret extenſio affirmatiuè, & male, l. 3. §. transfugas. ff. ad legẽ Cor. de ſica. l. capite quinto. ff. ad legẽ Iul. de adult. docet Bal. & exemplificat in l. ſi quis non dicam rapere. in prin. C. de epiſ. & cler.

Præterea homicidium longe grauius eſt adulterio, c. ſi quod uerius dicitur. 33. q. 2. in homicidio pœna non imponitur ordinaria, ſi quis cum telo ambulauerit necandi hominis gratia, nec perfecerit. l. is qui cum telo. C. ad legem Cor. de ſica. ergo, nec mulier dote priuabitur, inuenta in præparatoriis Veneris, & adulterii.

Et præſertim ultimò loco, quia iura loquũtur maximè in materia, per uerba temporis præteriti perfecti, ſi quis hominem occiderit, ſi eidem uenenum propinauerit, ſi uxor adulterium commiſerit, quæ non poſſunt uerificari in caſu præſenti. & hæc diſputationis gratia dicta ſint, quoniam aliàs à communi opi. cum Bald. in d. l. 1. tiæ, diſcedendum non eſt.

Sed quid in mandato? † Deci. hic dicit regulã adhuc fallere, quodq; ex præparatoriis non inferatur ad principale, ſeu ad præparatum, quãquã in illis factum ſit, poſt Roma. conſi. 330. colum. 3. & bene. quoniam eiuſdem fines ſunt diligenter cuſtodiendi, uulga. l. diligenter. ff. mand. c. cũ dilecta. de reſcrip. vnde non ab re etiam ait Bald. alibi in c. ex parte. nu. 3. eo. ti. quod præuaricatur qui excedit fines mandati.

Et fortius probatur, quia mandatum ad agendum contra debitorem efficaciter obligatum ciuiliter & naturaliter ex aliqua cauſa præparatorium eſt exactionis celebrandæ, & tamẽ ſi agat non exigit. l. hoc iure. ff. de ſolu. imò quod ſolutio requirit ſpeciale mandatum, ex quo in procuratore ad agendum tranſit exercitium actionis, non proprietas, ut ibidem, & per Soci. in l. frater à fratre, col. pen. ff. de condi. indeb. Iaſ. in l. ait prætor. in prin. ff. de re iud. col. 2.

Ad idem eſt tex. in l. 1. in §. igitur. ff. de exercit. ac. ubi ſimiliter habens mandatum ad locandũ, quod eſt præparatorium penſionis exigendæ, nõ tamen habet ad exigendum, & ſi exegerit, conductor non liberabitur ſoluens, nec debitor in caſu d. l. hoc iure. & ſimilium.

Ad idem facit tex. in c. Nicolao de app. ubi habens mandatum ad iudicem impetrandũ, quod eſt

eſt præparatorium incohandæ litis, non tamen id habere uidetur, ad ipſam litem proſequendā.

Vltimò facit, quia Vicarius habens poteſtatē recipiendi reſignationem beneficiorum, quæ debent permutari, quanquam reſignatio ſit ipſius permutationis præparatorium quoddam, non tamen habet poteſtatem ea conferendi permuta-
* re uolentibus.c.fin.de offi.uic.in 6.& ita * communiter tenetur.

Sed tamen contra iſtam concluſi. facit text. in l.qui procuratorem.ff.de procu.ubi qui dat procuratorem, ut confeſtim agat, uidetur etiam dediſſe, ut litem peragat, ideſt uſq; ad finem perducat. Ad idem eſt text.in l.qui proprio. in §.item quæritur.ff.eo.ubi procurator pariter, qui me ad uerſus minorem uēdicantem fundum defendit, iudiciū ſuſcipere cogitur, ſi minor aduerſus ſententiam reſtituatur, quaſi primum iudicium fuerit ſecundi præparatorium.

Ad idem facit tex.in l.quod ſeruus. ff.de ſolu. ubi qui mandat alicui, ut contrahat, eidem quoque mandaſſe uidetur, ut ſolutionem recipiat p quem tex.ita etiā dixit Bar.in l.filiæ.in prin. ff.eo.

Ad idem facit, quia ſi pater filio mandet, ut bonorum poſſ.agnoſcat, is autem adeat non propterea uitiabitur aditio ita Iaſo. in l. puberē. C.de iur. delib. melius facit tex. in l.ſi defunctus. in §.fi.in materia, ff.de procu. ubi qui ad agendū in iudicio communi diuidundo datus eſt, is uti que etiam datus uidetur ad defendendum.

Vltimò facit, quia contrariorum eadem eſt diſciplina.l.fi.ff.de leg.3.l.1. ff. de his qui ſunt ſui
* uel alie.iur.not. * omnes in rub.ff.de acquir.poſſeſſ.ſed mandatum ad conſequentia, extenditur ad præcedentia.l.ad rem mobilem.l.ad legatum.ff.de procur.ergo & è contra datus ad præcedentia, uidebitur datus etiam ad ſequentia, & ex præparatoriis infertur ad præparatum.

Et ita iudicio meo eſt tenendum, licet primū & ſecundum pro iſta opinione mihi non ſatisfaciant, cum eadem ſit cauſa primo caſu, arg.in l. ſed ſi manente.ff.de preca.

Secundo uerò, quia expeditur coram eodem iudice reſtitutio.l.præfecti etiam pretorio.l.illud ff.de mino.declarat Iaſ.in l.nuitus. colum.2. C. de procur. ideo in appellatione ſecus, ut ibi. & ſic non loquuntur in præparatoriis & p̄parato.

Minus ſatisfacit inductio.d.l.quod ſeruus, quia nec id ibi diſponitur, quia ex præparatorio inferatur ad præparatum, ſed quia ſeruus peculio erat præpoſitus, quod eſt quid uniuerſale, ut hæreditas.l.peculium.§.ſi ære. ff.de pecu.Bart.& alii, in rubr.ff.ſolu.matr.ergo conuenit, ſi contractui præpoſitus ſit, ut etiam exactionem celebret.

Nequaquam quod dicitur in d.l.puberem, & in d.l.ſi defunctus, quoniam etiam alia ratione id utrobique dictum eſt, non ratione præparatorii, & præparati.illud, quia qui pignus mādatum adimplet, formam ſeruat, ut ibi not. Iſtud uerò, quia duplex eſt iudicium, in quo quilibet eſt actor & reus. uſque adeo, ut ſolo nitamur & ultimo quidem argumento. Maximè, quia unum ſine altero commodè explicari non poteſt: unde dicimus quando unum commiſſum eſt, quod omnia alia commiſſa uidentur, ſine quibus illud commodè explicari non poteſt.d.l.ad rem mobilem.d.l.legatum.ff.de procu.l.fi.ff.de offi.eius. l. 2.ff.de iuriſd.omn.iud.l.oratio.ff.de ſponſa.& ſignanter in actione ad exhibendum, & rei uendicatione potiſſimum d.iura loquuntur, quæ ſunt præparatoria, & præparata: ergo etiam quod mādatum ſit ſtricti iuris, & fines ipſius diligenter cuſtodiendi, ut ſupra, ex præparatoriis ratione prædicta infertur ad principale, & conſequēter ad præparatum, quod etiam ſentit Rom. conſil. præalleg.& ultra eum Dec.conſ.461.col.1.& 2. ubi eadem ferè repetit, & inducit.

Ex quibus primum ſublatum eſt, quo limitabitur regula d.l.diligenter. Non obſt.2.3.4.& 5. quia tolli ſolo hoc uerbo poterunt, quod dictis caſibus non ſit præparatorium, & præparatum, ſed diuerſa penitus, maximè quia ſolutio requirit ſpeciale mādatum, idq; etiam beneficiorum collatio, & appellatio, quid diuerſum pariter à cauſa principali, ut in iuribus ad idem alleg. & quo ad appellationē no.in d.l.inuitus. & eſt tex. in l.cum apud.ff.iud. ſol.& ita tene.

23 Verum adhuc quæritur,† quid in iudice eccleſiaſtico aliquem abſoluente à uinculo iuramenti, ad effectum agendi, & dicendi contractum ſimulatum, nunquid cognoſcat in cauſa principa-
* li? * communis opinio eſt, quod ſic, ex regula p̄dicta, fuitq; opinio Bal.in l.ordinarii, alle.ſæpe, colum.1.C.de rei uendic. Motus enim eſt ad ita tenendum, quia continentia cauſæ diuidi nō debet, regulare tam in ciuili, quàm in criminali iudicio.l.nulli.C.de iudi. l.qui de crimine. C.de accuſ.c.1.de ſeq.po.& fruc.& iſtud idem ex prædictis dicit etiam Alex.conſi.197.in fi.uol.2.& cō ſil.63.colum.1.uolum.3. & utrobique deciſionem uocat ſingularem, pro qua etiam multa alia faciunt à nobis relata aliàs, nunc aliter non repetenda.

Vnum tantum obſtare uidetur (cętera leuia ſunt, ac reſolutione facillima) quia alibi præſes ī actione ad exhibendum pronunciat, quæ eſt præparatoria rei uendicationis, & tamen alius, hoc eſt iudex ordinarius, quo ad ipſam actionem realem cognoſcit.l.1.C.ad exhi. quem tex. ſignanter ibi not.Saly.& Deci.in rubr.extra de iudi. col.3. Ex eoq; tenet audacter contra Bal.& communē ſtringe tu fortius, quod ſi ſic dicendum eſt, dicto caſu, quo præſes erat iudex competēs, multo magis dici debet in iſta quæſtione, cum ſit incompetens, & iuriſdictionem habeat limitatam, argumen.in l.ſolemnis.in §.latrunculator.ff.de iudic. & iſtam opinio.tenet etiam Paul.Caſt. in d.l.ordinarii.

Sed ab opin.Bald.non diſcedendo, poteſt reſpondere primum id nō eſſe regulare, ratione ſupradicta.

editionis, & ita etiam Cyn. Sed duo obſt. primò
tex. in l. edita. infra eod. ubi ponitur effectus ip-
ſius editionis. Sol. præponderat tractatus de a-
ctu edendi, idq; attendi debet, argu. in l. ſi quis,
nec cauſam. ff. ſi cert. pet.

Secundò obſt. quia per nomen uerbale etiam
poteſt ſignificari actus, prout eſt in fieri. l. tradi-
tionibus. C. de pac. Sol. poteſt per nomen uerba-
le ſignificari, in abſtracto, non in cõcreto, ut hic
per Seyſel. Dicerem ego aliter in exemplo d. l. tra
ditionibus, quod ibi potius per uerbale nomen
ſignificatur traditionis effectus, quàm actus,
prout eſt in fieri, & ſic omnino ſolu. Bartol. &
Cyn. bona.

Sed ad gerundij propoſitum quæritur ultimò
pro huius glo. complemento, quid ſi quis in ac-
29 cuſatione dicat, † quòd Titius contra ipſum fe-
cit inſultum uulnerando, an accuſatio ſit de in-
ſultu, & de uulnere, an uero de inſultu tantum
qualificato (quid ſit inſultus declarat Barto. in l.
reſpiciendum, in §. delinquunt, in princip. ff. de
pœn. quod eſt in alium ſaltus, & motio de loco
ad locum) Iacob. But. & Sali. in l. 1. C. de his, qui
lat. occul. dicunt, quod accuſatio eſt de inſultu
qualificato, & hoc (ut dicebam etiam in prima
lectione) quia gerũdium qualificat uerbum cui
adiungitur. l. uim facit. ff. de ui & ui arm. l. 1. præ
alleg. C. de his qui lat. oc. tradit Barto. in l. ſi tu ex
* parte, in §. fin. ff. de acquir. hære. & ita * commu-
niter tenetur, ut etiam dicit Dec. nec ſecus tenui-
mus nos aliàs.

Contrarium tamen tenet Iaſo. hic, motus in
primis, quia ita tenuit Ioan. And. in addi. Specu.
in §. nunc uidendum. in princ. de lib. obl. quod
ſi quis accuſauerit Titium, quod inſultauit Seiũ
proiiciendo in eum haſtam, duo erunt in cauſa,
inſultus & haſtæ proiectio, perinde ac ſi dixiſſet
inſultauit & proiecit: ergo idem in caſu noſtro,
quod inſultauit & uulnerauit, quòdq; duo con-
tinebit accuſatio, inſultum & uulnus, non autẽ
inſultum qualificatum. Sed à communi non di-
ſcedentes dici poteſt, dictam deciſionem cõfun-
di ex ratione communi, quandoquidem ab ipſa
gerundii natura, non ſit diſcedendum.

Secundò mouetur Iaſ. ex deciſione Bart. in l. ſi
præſes. ff. de pœn. ubi etiam dicit, quod procedit
libellus accuſationis, ſi contineat, quod quis de-
iecit Titium inferendo ei uiolentiam, licet nõ di
xerit cum armis, uel ſine. Quod etiam nihil facit,
quia (ut ipſemet ſubiicit) mitius hoc idem in-
telligetur, quaſi dicat quod uiolentia illi illata ſit
ſine armis, & ſic facta deiectio cum iſta qualita-
te uiolentiæ ſine armis tamen, non quod accuſa-
tio duo contineat, ergo idem in caſu noſtro, nõ
de inſultu & uulnere, ſed de inſultu qualificato.

Tertiò & ultimò mouetur, quia eſt regulare
in libellis, uerba ſemper intelligi debere ſecun-
dum intentionem, ſeu interpretationem libellã-
tis, uulg. l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iudi.

Cui obiectioni poſſet dici, ut hic per Deci. ſed re
ſpondeo ego aliter, uerũ eſſe quando uerba ſunt
ambigua, ſed hic ex gerũdii natura ſunt clara, er-
go. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerb. obl.

Secundò reſpondeo aliter uerum eſſe, dũmo-
do à propria uerbi ſignificatione nõ recedamus,
ut per Alex. in l. diuortio. colum. 5. ff. ſolu. matr.
ſed hic à proprietate uerbi, id eſt gerundii ſignifi
catione recederemus, cuius natura eſt qualifica-
re, ut ſuprà, & in d. l. 1. cum aliis in prima lectio-
ne adductis, ergo.

¶ Additio.

In iſta quæſtione inſultus, crederem prima fa
cie, ſi dicat in accuſatione quis, quod Titius ip-
ſum inſultauit uulnerando, duo delicta eſſe, in-
ſultus ſcilicet, & uulneris, non inſultus tantum
cum iſta qualitate uulneris, & ſic contra Saly. &
Iac. But. in d. l. 1. C. de his qui lat. occul. periclitan
di ingenii gratia (natura enim (ut aiunt) nouas
ſemper deproperat edere formas. l. 2. §. ſed quia.
C. de uete. iu. enu. c. 1. §. ſed quia, quæ ſu. pri. cau.
ben. ami. in ſib.) & primò, quia (ut inquit glo.
in auth. de non eligen. ſe. nub. cuius auctoritas,
non parua eſt ſecundum Bart. in l. ut uim. ad fin.
ff. de iuſti. & iu.) iſtud gerundium debet in uer-
bum reſolui, quod inſultauit, & uulnerauit, ut
ibi, de non elig. ſecun. nub. id eſt in lucris primi
matrimonii non eligant, ſecundo nubentes unũ
de filiis primi matrimonii pariter.

Secundò ad idem eſt text. in l. quiſquis. C. de
dona. ubi ſi quis donando, uel in dotem dando
rem, uel uendendo, uſumfructum retinuerit, ta
metſi ſtipulatus non fuerit, continuo tradidiſſe
credetur, & eſt ſenſus, ſi quis donauerit rem, uel
eam in dotem dederit, uel uendiderit, & uſum-
fructum retinuerit, quod tradidiſſe dicetur, etiã
abſque interuentu ſtipulationis.

Tertiò facit tex. in c. in cauſis. de re ind. ubi or
do iuris ſeruandus eſt, id eſt ſeruari debet.

Quartò eſt tex. in c. exceptionẽ, ad fi. de except.
ibi, publicè excommunicatus tametſi hoc idem
in iudicio ſibi non opponatur, officio iudicis ta-
men repellẽdus eſt, quod in uerbum reſoluitur,
id eſt repelli debet, quia nõ habet legitimam per
ſonam ſtandi in iudicio. c. cum inter. eodem tit.
Et hoc eſt quod dicebat Ioan. And. hic, ab omni
bus hanc partem tenentibus citatus, maximè à
Iaſ. in addi. Spec. in §. iam nunc uidendũ. in prin.
de lib. con. quod ſi in accuſatione pariter ſit di-
ctum, quod quis inſultum fecit in Titium, proii
ciendo haſtam in eum, quod erit ſenſus, qđ eum
inſultauit, inq; eum haſtam proiecit, & maximè
ultimoq; loco, quia in principio iudicii magis
fauemus actori, quàm reo. l. de die, & ibi not. ff.
qui ſat. cog. Bar. in l. inter ſtipulantem. in §. ſi Sti
chum, col. 2. ff. de uerb. oblig.

Pro opi. tamen Iacob. But. & Saly. ut ſuprà fa
cit, quia (ut dicebatur) gerundium per ſe nihil
ſignificat, ſed qualificat uerbum cui iungitur, in

ribus

tribus prælleg. Reſponde tenendo opi. primam in caſibus illis uerum eſſe, non in accuſatione, quæ debet interpretari ſecundum intentionem accuſantis, ex quo in criminalibus eſt ſicuti libellus in ciuilibus, in quo hoc idem eſt regulare. d. l. ſi quis intentione ambigua. vel dicamus quod etiam in d. iuribus in uerbum reſoluatur. & ſi qualitas eſt, qualitatis eſt alterare. l. ius autem ciuile. ff. de iuſtit. & iur. l. Aquilius Regulus. ff. de donat. ergo.

Secundò facit pro prædictis, quia gerundium (ut diximus in prima lectione) reſpiciens uerbum, uel participium futuri temporis conditionem importat. l. ſi tn ex parte. §. fi. ff. de acq. hær. ibi, hæreditatem adeundo. quod exponitur, ideſt ſi adieris, ergo ſic præſens, uel præteritum qualificabit. d. l. uim facit. ff. de ui & ui arm.

Sol. qualificabit d. caſu, non in accuſatione, ut ſuprà. vel dicamus, quod antecedens ſit uerum, conſequens falſum, quia imò (ut diximus) in uerbum reſoluetur, totq́, erunt ſubiecta quot pdicata. l. ſi defenſor. §. qui interrogatus. ff. de inte. act. Bald. in l. terminato. colum. penult. C. de fructi. & lit. expen.

Tertiò facit, quia in criminalibus debet ſemp fieri interpretatio mitior. l. ſi præſes. l. interpretatione. ff. de pœn.

Sol. hoc uerum eſt in pœnis infligendis, non in accuſatione inſtituenda, quo caſu d. iura loquuntur, & indicat titulus ſub quo ſunt ſituata. l. imperatores, uulg. ff. de in di. ad.

Quartò facit in ſimili, & ferè ad idem quod dicit Bar. in l. ſi gemina. in fi. ff. arb. fur. cæſa. ſi in accuſatione dicatur, quod quis percuſſit alium pluribus pcuſſionibus, qđ de duabus intelligi debebit tm̃, cum tñ uerbum pluribus ſit generalius.

Solu. illud eſt, ex uerbi pluribus ſignificatione. l. ubi numerus. ff. de teſtib. quicquid dicatur, ex quo uno ictu, & uno impetu id intelligitur: de diuerſis autem ſi pluries dictum fuiſſet, ut idem Bar. ibi in fin. declarat, longe diuerſum à caſu noſtro.

Quintò & ultimò facit text. in l. illud. in §. fin. ff. ad legem Aquil. quem citat Cur. hic. & ante eũ Bald. in c. ſicut, nu. 5. de teſtib. multa Aret. in c. ſi quis epiſcopus. ad fi. de accuſ. ubi qui uulnerauit & occidit ſeruum, diuerſis temporibus, de occiſo, & uulnerato tenetur, ſi eodem tempore de occiſo tantum, ergo & hic de inſultu tantum qualificato.

Solu. de occiſo tantum tenetur, quia uulnera ab homicidio non diſtinguuntur, & quia uulnerauit, ut ipſum occideret: hic autem ab inſultu ſic, ergo & de inſultu, & de vulnere tenebitur, & ſic in utranque aurem (quod eſt in prouerbio) dormire poteris. tamen a communi opinio. aliàs non eſt diſcedendum, ut ſuprà. Et præter hæc dicẽdum, ſi quis inſultum fecerit in aliquem eũq; non tetigerit, quod tenebitur actione iniuriarũ. l. item apud Labeonem. §. 1. ff. de iniu. Et ſi inſultans cum armis puniendus ſit ex aliqua prouiſione, punietur habens arma, puta enſem, quem tamen non ſtrinxiſſet. ita Bart. in l. idem ante. eſt. in §. 1. ff. de ui & ui arm. Et à ſimili confirmatur opin. quam tenuimus contra cõmunem à fortiori. Et ex his finis ſit, huic glo. & rub. de edend. Die 10 quę fuit vigilia Martini, Nouemb. 1558. Patauij.

S V M M A R I V M.

1 *Verbum argẽtarius multas habet ſignificationes, cum declaratione.*
2 *Scripturarum quædam eſt publica, quædam ſolemnis, & quædam priuata.*
3 *Lex 1. C. de edendo, in uer. quẽadmodũ, habet duas lecturas, ſed ſecunda communis eſt, & tenetur.*
4 *Intellectus ad l. 1. C. de edendo. in uerbo, rationes, communis.*
5 *Fœmina, argentaria eſſe non poteſt.*
6 *Depoſiti priuilegium fuit cauſa dubitandi in l. 1. C. de eden.*
7 *Editio in æquitate fundata eſt.*
8 *Reus in criminalibus, ad eruendam ueritatem torquetur.*
9 *Actor ad iudicium debet uenire inſtructus.*
10 *Imperatur ad facti quæſtionem, an reſpondeat.*
11 *Reus an teneatur rationes ſuas edere actori.*
12 *Actori an plus faueatur in principio iudicij, quàm reo, cum declaratione.*
13 *Reus cogitur rationes actori edere ex cauſa.*
14 *Editio rationis iudicis officio fit.*
15 *Liber rationum fidem facit contra ſcribentem, cum fallentijs.*
16 *Editionis cauſa an potiſſima ſit, ſi rationes ſcriptę ſint actore mandante, uel eius procuratore.*
17 *Editionis cauſa an potiſſima ſit ſi rationes ſemel editæ caſu fortuito fuerint amiſſæ, & quid in eo qui uoluntariè ſemel ediderit.*
18 *Fœmina an in l. 1. C. de eden. ſucceſſerit argẽtario.*
19 *Fœmina an argentarij officium per ſeruum exercere poſſit.*
20 *Editionis cauſa an ſit, ſi quis in iudicio rationes uſurus ſit.*
21 *Editionis cauſa, an ſit perſona priuilegiata, puta fiſcus.*
22 *Vſurarius rationes edere tenetur actori.*
23 *Iudæi an compellantur rationes edere actori.*
24 *Mercatores noſtri temporis, an teneantur rationes edere actori.*
25 *Editio ſcholaribus fieri debet, fauore publicæ utilitatis.*
26 *Editio officio iudicis, uel actione in factum an fieri debeat, & communis eſt, quod iudicis officio.*
27 *Iudicis officium ſucceſſit in locum manus Regiæ, intelligendo de nobili.*
28 *Vtilitas quæ reſultet, ſi agatur iure actionis, uel iudicis officio.*

Imp.

Imp. Antoninus Pius A. Aemilio.

IPSE diſpice. Quoniam rationũ
hic mentio facta eſt, quæ ab argẽ
tariis conficiebantur. l.quædam.
§.nummularios.l.argentarius. ff.
eo.l.quod priuilegium. ff.depo.l.
argentarium.ff.de iudi.§.argentariorum.in Au-
then.de fideiuſſ.uelim ſcias, & ad euidentiã pri-
1 mò, † quòd licet hoc uerbum multas habeat ſi-
gnificationes, nam quandoque argentarius, qui
argentum fodit, dicitur, ut de M.Aemilio Scau
ro Corn.nepos ait. qui tamen dubitauit, primò
an honores peteret, an argentariam exerceret, ut
hic, & non foderet, ut Corn.nepos dicebat. qñq;
fœnerator, apud Plau.in Aſina.ibi, apud Archi-
bulum ego ero argentarius. quod exponitur, id
eſt fœnerator. Nõnunquam pro liquore, q fluit
in fornacibus, capitur, ſecundo ſcilicet, quia pri-
mus ſtagnum appellatur. Argentarium quoque
portum Herculis hodie uocant, teſtis eſt Ioui. hi
ſto.par.3.lib.45.Interdum coactor dicitur. l.Sti-
cho.§.argentarius.ff.de ſtatulib. tamen hic pro-
priè, & in materia quidem, argentarius eſt, ſiue
erat, qui publicè præerat menſæ, quiq; rationes
ſcribebat in actionibus, & aliis hominum con-
tractibus, & apud quem etiam pecuniæ depone
bantur, easq; cum acceptas, tum redditas in ta-
bulas referebat. & à menſa menſarius quoq; di-
ctus erat, & à nummo nummularius. d.§.nũmu
larios. eſt uerum quod in hoc tantum differe-
bant, quia argẽtarius publico præficiebatur mu
neri, nummularius uero priuatas habebat men
ſas, & priuatis inſudebat quæſtibus. Vulgò cam-
pſores etiam dicuntur, ut per Bar.in l.ſingularia.
ff.ſi cer.pet.lingua noſtra Banchieri, & erat (dixi
mus) quia hodie argentarios & nummularios
non habemus, ſed eorum loco tabelliones, ut p
Bal.in l.prętor ait.in prin.ff.de eden.Card.in cle.
1.in §. cæterum, præalle.de uſu. deq; his aliquid
etiam glo.in d.§.argentariorum. ĩ Auth. de fide
iuſſ.& Saly.hic, in prin.

Secundò uelim ſcias, quod ſcripturarum
2 † quædam eſt publica, quædam ſolemnis, & q̃-
dam priuata: publica manu publica ſcripta, de
qua in l.cum precibus.C.de prob.ſolennis trino
teſte ſubſcripta.l.ſcripturas. C.qui po.in pig.ha.
priuata, & hæc duplex, una extrauagans, quæ a-
poca appellatur, & de iſta in l.plures apochis.C.
de fid.inſtr.Bar.in l.admonendi.ff.de iureiu. alia
in codice rationũ clauſa, & iſta rurſum duplex,
una omnino priuata, de qua ĩ l.rationes.C.de ꝓ
ba.alia medium tenens inter publicam, & priua
tam argentariorum, & nummulariorum.l.quod
priuilegium.ff.depo.l.argentarius.in princ. ff.de
eden.nam priuata non eſt, ut in d.iuribus. non
etiam publica, qm̃ officium ipſius ſeruus exercé-
re non poſſet.l.generali.C.de tab.lib.ro.& tñ po
teſt.l.prætor ait.§.ſed ſi ſeruus.ff.de edend. ergo
(ut dixi) medium tenẽs & de publica, & de pri
uata, & ut per Bal.conſi.149.ad fin. uol.1. & de
iſta, hoc eſt de rationibus tractatur hic.

Tertiò uelim ſcias tex.iſtum habere duas lec.
3 † in ver.quemadmodum.prima ut exponatur ex
qua cauſa, & habeat relationem ad uerbum, de-
beri. ſed reprobatur, quia iam apparet deberi ſi-
bi ex cauſa depoſiti.nec ob.(ut dicit Salv.) quod
ſtet largè, quia confunditur hæc ſaluatio per tex.
uulg.in l.1.in §.qui in perpetuum. ff.ſi ager uec.
uel emphi.pe.& quia à proprietate uerbi recede
re non debemus.l.non aliter.l.ille, aut ille.§.cum
in uerbis.ff.de leg.3.aliter ſaluat Seyſel.quòd for
te depoſitum tranſiuerat in alium contractum,
l.certi condictio.§.fi.ff.ſi cer.pet. & rurſum ma-
lè, quia diuinatio eſt, & ut dixi ſignanter text.lo-
quitur in depoſito.

Secunda eſt, vt quemadmodum, ideſt quomo
do probes, intelligatur, & quo probationis gene
re, quia probari poteſt per inſtrumentum, per te
ſtes, & per confeſſionem aduerſarii, ut hic p O-
doſ.& tunc relationem habeat ad uerbum pro-
* bes: & iſta * communiter tenetur, ut hic per gl.
& doct.Bal.in rub.ſolu.mat. in fi.probo ego, quia
ſicuti de facto fuit interrogatus, ita coarguit Ae-
milium interrogantem, per uerba, quæ ad factũ
referuntur, ideſt ad probationem, quæ in facto
conſiſtit. ſimileq; eſt.in l.ſi familia.ff.de iuriſdic.
omn.iudic.& quia ratio in probatione loquitur,
nec aliud uerba illa innuunt, nam quod deſide-
ras, ut aduerſaria tua, &c. ergo & dictum quod
ad ſe trahit, & in ſuam cõuertit naturam, inquit
Bald.in l.conuenticulam.col.5.C.de epiſ.& cler.
& ita tenendum eſt.

Quartò ſcias uelim, quod ſimiliter tex. iſte in
4 uer.rationes, legitur duobus modis. † Primò pro
* priè, & iſta lectura * communiter tenetur, & be
ne.d.l.non aliter. Secundò, quòd intelligatur in
inſtrumentis, & malè, quoniam uiolatur litera,
ſciuiſſetq; Imperator hoc ipſum dicere, ſi uoluiſ
ſet, ut dixit in l.qui accuſare, & in l.procurator,
& in auth.ſi quis in aliquo.infr.eod. & quia (ut
diximus in rub.) inſtrumentorum appellatione
ueniunt rationes largè & impropriè, non ſtrictè
& propriè, ex quo inſtrumenta fiunt manu pu-
blica, rationes autem à priuatis, & per tex.in l.p̃-
tor ait.in prin.ibi, meum quodammodo mihi in
ſtrumentũ edi, ergo impropriè & largè.l.in ſuis.
ff.de libe.& poſthum.

Quintò & ultimò ſcias uelim, quamuis fœmi
næ mentio facta ſit hic, quòd tamen argentaria
5 † eſſe non poterat.l.fœminæ.ff.eo.l.2. ff.de regu.
iur.quo modo igitur intelligatur tex.de fœmina
(ut dixi) loquutus, deq; rationibus, quomodo
inquam ſic deſiderabat Aemilius, ut ab ea exhi-
berentur ſuo loco declarabitur.

Iſtis ſic præmiſſis dubitãdi rationem faciebat,
6 † quòd aduerſaria Aemilii teneretur ad exhibi-
tionem rationum, quia depoſitum, cuius prætex
tu ad idem agebat, eſt ualde priuilegiatũ, ut hic
dicit Dec.Sen.addo ego ultra eum, & ultra alia
priui-

& materiam gratiæ uel ambitionis tribuit, ut dicitur in d.l.eum quem temere,& ibi gl.declarat.

Tamen his uerbis utitur Iuriſcon. in l.ſi cum filius.in §.fin.ff.de dona.facti quæſtio magis eſt, quàm iuris, ut ſuprà,& in l.1.in §.2. ff.quæ res pi.ob.poſ.& in l.inſulam. ff.qui pot. in pig.hab. & in l.ſicut.iu §.ſed & ſi permiſerit.ff.quib.mo.pig.uel hypot.ſol. & nihilominus reſpondetur, & quid iuris ſit deciditur in d.locis.

Sol.illud ideo eſt,quia factum non eſt omnino incertum,& ex ueriſimilibus coniecturis cadit in eo aliqua præſumptio, uſque adeo ut etiã reſpondeatur quid iuris ſit,hic uerò ſecus, & ut latius declarat idem Alb.in d.l.idem erit.Bar. in l.1.in §.quæſitum.in princ.ff.de app.Angel.in d.l.Arethuſa.colum.1.ff.de ſta.hom.quod hoc caſu nec ſapiens conſulit, nec iudex iudicat, nec pars reſpondet.

Obſt.rurſum tex.in l.Seię.in §.fi.ibi,reſpondi non de iure quæritur,ergo de facto:quod etiam ibi ſentit glo.ff.de fun.inſtru.arg.in §.Pōponius.ſcribit. in §.1.in fi.ff.de procu.

Sol. (dicam ego) & malè,ut hic, Bald.per iſtũ tex.in d.l.idem erit.lect.2.in princ. Vel & aliter quod de facto quæratur,ut de iure reſpõdeatur.d.§.in eliuo. Vel & ultimò (& hæceſt uera reſponſio) quod teſtator ibi fundum inſtructum legaſſe uidetur,non ius quod habebat in fundo, iuxta tex.in l.qui tabernas.ff.de contr.emp.& ita d.uerbum intelligi debet.

Obſt.ultimò tex.in l.diuus. ff.de offic.præſid. ibi, conſules nos,de facto ſcilicet Ælii Priſci furioſi,qui matrem interfecerat, ſed (ut dicunt * omnes ibi & hic,præſertim Dec.poſt glo. in d.l.eum quem temere) licet ſuper d.facto conſulatur,conſulitur tamen quid iuris,& eſt uerũ:adde tu text.in d.l.eius qui in prouincia.in prin. ff.ſi cert.pet.& ad prædicta facit in ſimili quod dicitur in l.1.C.ut quæ de.aduo. qđ iudex ſupplet de iure,non de facto,ratione ſupradicta. ut ibi p Bald.in princ.& in fi. Item quod regula, debet eſſe iuris non facti.l.3.§.cu magis.ff.de teſt. d.l.mora.ff.de uſu.Bald.in l.ut uim. colum. 3. ff.de iuſti.& iur.& quod Imperator non reſpondeat ad quæſtionem facti,tradit etiam Bar. in l.unica.ad fi.reprobando tertiam lect.ibi,C.quan.nõ pe.par.& Iaſ.in l.Barbarius,colum.5.de offi.præto. cum declaratione tamẽ ut ſuprà, quod ſi in facto ex coniecturis cadat aliqua præſumptio, tunc reſpondebitur de iure,& nouiſſimè eſt tex. in l.Neſennius.ff.de nego.geſt.ibi, hæc diſceptatio in facto conſiſtit.

Verum dubito,& uidetur mihi, quod hoc nõ colligatur ex iſto tex.nec mẽs ipſius ſit iſta; nãq; habemus,quod talia ſunt ſubiecta,qualia prædicata demonſtrant.uel & clarius, quod rõ trahat ad ſe dictum,idq; in ſuam conuertat naturam. l.ſi defenſor.§.qui interrogatus.ff.de int.act.Bald.in l.conuenticulam.col.5.C.de epiſ.& cler.argu.in l.regula.in §.& licet.ff.de iu.& fac.igno.Boer.conſi.26.nu.4.ſed ratio eſt,quod editio non fit, niſi & cauſa,quodq; hoc ipſum ad officium iud. pertinere ſolet,ergo dictum huiuſmodi,an rationes fœmina,de qua hic,ſuas ſcilicet,edere teneretur. Præterea uerba depoſiti fuerunt narratiua, nec interrogationem operantur, quãdoquidem nihil diſponant,arg.in l.unica. C.quando nõ pe.par. Et dato quod ſuper hoc facto fuiſſet interrogatus, non eſt quoque ratio,qua dici poſſit, quod non debuerit reſpondere, depoſitum ab eo eſſe probandum, quoniam ita iuris eſt, nec factum adeo incertum, ut in eo non cadat præſumptio.l.qui accuſare. infra eod. l. actor quod aſſeuerat. de proba.l.1.C.no.uect. inſti.non po. ibi,quod allegaſti proba.l.ſi ex plagis. §.in cliuo. ff.ad legem Aquil.& ut ſupra latius.

Præterea ſupplicat hic Æmilius, non autem interrogat: ſupplicanti uerò incumbit onus probandi narrata in ſupplicatione, ut inquit Ioan. And.in c.1.de lit.conteſt.in 6. & Abb.in c.ſedes apoſtolica.de reſcrip.Dec.conſi.173.in prin. uolum.1.Bal.conſi.117.in prin.uol.3. igitur ut rationes ederentur tantũ ſupplicaſſe (ut diximus) intelligi debet. Et ultimò loco ſi interrogatus eſſet Imperator de depoſito probando,dico, qđ interrogatio fuiſſet facta,ex quo i.facto proprio ignorantia probabilis non eſt.l.fi.ff.pro ſuo. l.3.§.tu magis.ff.de teſt.nihilominus cogita,& à cõi dicto Bar.ac aliorum non diſcede.

11 Secundò notat idem Bart.†quod reus non tenetur edere rationes ſuas actori ad intentionem fundãdam: & bene,ut dictum eſt in rationibus decidendi ſupra,quia ad iudicium inſtructus uenire debet.d.l.ſi quando.C.de dila. & quia ultra text.iſtum,eſt tex.in l.qui accuſare.infr.eo. & in c.3.de prob.& in hoc genere probationis,quod * eſt primum,ſunt* omnes doct.concordes,ut inquit Bal.in l.1.in §.editiones,col.3.ubi etiam ponit tria,ſiue quatuor exempla.ff.de eden.& Dec. in d.c.1.col.7.de prob.

Eſt uerum,quod in materia difficultatem faciebant aliqua,& primò text.in c.contingit.de fide inſtrumen.ubi reus actori edit inſtrumentũ, ergo & hic rationes, quia ueniunt appellatione inſtrumentorum ſaltem largè, ut dictum fuit ſupra.

Solu.illud eſt eo,quia eo inſtrumento reus uſurus erat, & in materia editionis regulare, ut edat actori, & actor reo omnia, quibus in iudicio ſunt uſuri.l.prima.§.edenda.ff.de edend.d.l.fina.infra eodem, & ſignanter glo.in dicto §.edẽda, not.ſic iura ſupradicta concordando.

Secundò difficultatem faciebat textus in dicta lege finali,infra eodem, & in dicto capitulo primo, de probationibus. ubi actor edit reo,uſque adeo ut non ſit ratio, qua reus non edat actori.l.fin.C.de indict.uid.tollend.aliàs ad impatia iudicarentur, & malè,cum promiſcuo iungãtur ſenſu, ait alibi Bald.in capit. ne pro defectu. numero 9.de electior.ideo lex loquens in reo,

habet etiam locum in actore. l.admonendi. & ibi Bart. in fi.ff.de iureiurã. l.1.C. ne li.po. l.1.C. de his qui pœ.no. & maximè, quia in principio iudicii plus fauemus actori quàm reo, iuxta no. in l.de die.ff.qui ſatiſd.cog.

Solu.imò eſt ratio, qua dici poteſt, non idem eſſe in reo, quod in actore, quia actor (ut diximus) ad iudicium inſtructus uenire debet, reus non poteſt, igitur nec mirum ſi edit reo.l.1.ff.eo dem.reus uero actori non, ut hic, & propterea quando in correlatiuis non eſt eadem ratio tūc argum.corruit, ut declarat Paul.Caſt. in d.l. fi.& nota quod dicta in uno correlatiuorum, non trahuntur ad aliud uirtute correlationis ſimpliciter, ſed in extenſionis per identitatem rationis iuxta not.per Bartol.in l.omnes populi.in 6.quæſtion.princip.ff.de iuſtit.& iure, & licet plus actori faucantur in principio iudicii, quàm reo
12 † in reſpicientibus litis ordinationem, ſecus eſt tamen in editiona rationum, in quibus ſubſtantia & fundamentum ipſius iudicij conſiſtere uidetur, ut per Bat.in l.inter ſtipulantē, in §.1.col. 2.ff.de uerb.oblig.

Tertiò difficultatem faciebat tex. in l.diſſolutæ.C. de condict.ſine cauſa;

Sed nihil obſt. quia id eſt, ex quo inſtrumentum puta debiti, erat cancellatum, & poterat nocere ei à quo petitur editio, ut inquit Butr. in d. c.1.colum.1.quod tamen mihi non placet, quia ſi erat cancellatum quomodo poterat ei nocere, l.4.§.condemnatum.ff.de re iud. igitur obſt. & fortius, quia ſi uidemus quod reus poſitionibus actoris, reſpondere compellitur per iuramentū credulitatis.l.ſecunda.ff.de interrog.actio.capit. primo.de conſe.in 6.adhuc non eſt ratio cur rationes non edat. declara compelli non præciſe, ſed cauſatiuè, quoniam aliàs pro confeſſis haberentur.

Soluitur duobus modis, primò quod in poſitionibus illud ideo eſt, quia quo ad rei reſponſionē, non poterat aliunde actor eſſe inſtructus, hic autem ſic, & fuit reſponſio But. & Abb.in d. c.1.de proba.quam ibi & hic improbat Deci.leui ratione motus, quia (inquit ipſe) eſto qđ confeſſio rei non ſit in poteſtate actoris, poteſt tamē ipſe aliis modis probare id ſuper quo uult confeſſionem rei habere, & malè ac contra tex.in d. c.1.& in d.l.2. ubi primum in poſitionibus negatiuis loquitur, quæ ſui natura improbabiles ſunt. c.bonæ de elec.tex.uerò in d.l.2. in his etiā quæ ſunt difficilis probationis, quod quis ſcilicet ſit hæres, uel bonorum poſſeſſor, quandoquidem hęc in animo conſiſtant cuius cognitor eſt ſolus deus. igitur ſol.bona.

Secundò ſoluit idem Deci.& hic, & in d. c.1. quod cogitur reſpondere, quia poteſt etiam negare, ita ut ex confeſſione, non ſtatim inſurgat probatio, ubi aliàs ex editione rationum, cōuinceretur ſtatim, quæ pro rei ueritate ēt mihi placet, licet poſſit impugnari, qm̄ adhuc arg. obſtare uidetur, quod reſpōdere cogatur, uel affirmatiuè, uel negatiuè hoc non quæritur, ergo & edere in caſu noſtro, igitur ſol. prima melior.

Vel dicamus nos, & tertiò id eſſe, quia uſus longęuus ſic ipſas in cauſis admiſit, publicæ utilitatis gratia, ut facilior eſſet litium finis, clem.ſæpe.§.& quia, de uerb.ſign.non tamen, ut ad caſum noſtrum extenderetur. c.quæ à iure.de reg. iur.in 6.l.ius ſingulare.l.quod uerò contra. ff.de legi.cæperuntq; à tempore Grego.noni, cum tamen prius de poſitionibus nullibi foret expreſſum, ut ſignanter dicit gloſſ.in d.§.& quia,& eſt ſol.Bald.in c.dudum.2.colum.2. de elect.ubi ēt in tertia docet, quid ſit poſitio. Alibi dicit quoque Cy.in l.2.in §.quod obſeruari.col.4.C. de iuram.calum.quod inuentæ ſunt gratia amplificādi probationum facultatem.

Tertiò notat Bart.quod reus tamen cogitur e-
13 dere actori ex cauſa, † quę autem ſint cauſæ dicemus inferius. & ad propoſitum non mirum eſt, quia in quacunque diſpoſitione ſemper excepta uidetur, uulg.l.ſi hominem.ff.man. ad quod facit etiam tex.in l.ſi mater.in fi.princ. ibi ex cauſa ei ſuccurrendum eſt.ff.de excep.rei iudic.& in materia editionis.in l.ſi quis ex argentariis. in §. fin.ibi iterum edi petenti uetat prætor, ſi nō ſit cauſa.ff.de edend.& plura exempla, quę hic non ſcribo, poteris tibi ſumere ex his, quæ dicuntur per Boer.deciſio.204.nume.24.par.2. Ferrarien. in rub.C.qui admi.colum.15.nec habet dubiū. Imò quod impoſſibile eſt (philoſopho teſte) aliquid eſſe uel fieri ſine cauſa, & probatur in l.2. in §.circa.ff.de excep.do.ex cauſa oreſtes matrē, Horatius ſororem, Naſica Tiberium,(Hiſto.nota eſt,) interfecit eſt uerum, quod cauſa hæc eſt ab allegante probanda, ut hic per Dec.poſt Inno. in c.præterea, de dilat.& Bar.in l.2.col.1.ff.ſi quis in ius uoc.non ie.ubi non eſt ſaus, quando à iure communi receditur, quod cauſa ſubſit, niſi ēt exprimatur, & probetur, dummodo non ſit notoria, qm̄ tunc ſola allegatio ſufficit.l.2. l.in exceptionibus.ff.de prob.l.ſi adulterium. cum inceſtu.§.idem Pollioni.ff.ad leg.Iul. de adult. clem. appellanti, de appel.

Quartò notat Bart.quod editio hæc fit per of
14 ficium iudicis.†quod hic non examino, ſed reſeruo loco ſuo dicēdum infra, ut etiam facit Deci.pro nunc ſolum addentes maximè cōuenire, quia id æquitate nititur, ut titulus iſte.l.fin. §.1. & ibi Bal.in prin.C.de fur.l.1.ff.de eden.l.ſi. infr.eo.& eſt arg.in l.in rem. in §.item quæcunq;. ff.de rei uend.ſed (ut dixi) an uerum ſit tractabimus aliàs.

Quintò & ultimò nota, quod liber rationum
15 probat † & fidem facit non proſcribente, ſed cō
* tra eum, & * communis concluſio. Rationariū enim liber uocatur, Rationarius qui eas cōficit, ſola hac ratione, quia aliàs fruſtra hic peteretur editio, & quia eſt priuata ſcriptura, cui fides regulariter non adhibetur, & probatur præ-

ter

ter cætera in l.quædam in §.nummularios.ff. de eden.ubi glo.magiſtra.Bar.in l.admonendi.ff.de iureiur.& in l.nuda ratio.ff.de dona. etiã, quod negaret id, quod in eo continetur ſua manu ſcriptum fuiſſe, quia ſatis eſt, quod in d.libro, quem tenebat, id ſcriptum reperiatur, quod ſua manu ſcriptum præſumitur, ut habetur etiam in l.cenſus.ff.de proba.declarat Alex.conſi. 245.in prin.uolum.6.& ita intelligi debet quod dicit Bald.conſi.348.colu.3.uol.1.quod mercatorum ſcripturæ ſunt ſtabiles, & firmæ quodq́; pro ſententia habentur, quæ quodammodo ſua fide tranſiuerit in rem iudicatam, uerumq́ue eſt contra ipſos non pro ipſis, ut præall. gl.dicit.

Fallit tamen hæc concluſio, ſi editio fiat cum iuramento producentis,& liber ueriſimilia contineat,quoniam tunc fidem etiam faciet pro ſcribente,ut hic per Bald.& Alex.colum.fi.Dec.hic, multa ad baliſtam adducit,quæ iſtud non ꝓbãt. tu igitur ueriſſimum eſſe dicas ex eo, quia ueriſimilitudo pro lege habetur.c.quia ueriſimile, de præſump.Oldr.conſi.13.ad fi.quam maximè iudices conſiderare debent,ut ueritatem ſcrutentur,cognata naturæ. uſque adeo,ut præſumptiones non fiant de non ueriſimilibus, inquit Bald. conſi.180.uol.3.& quia iurauit, arg.in l.fi. C.ad legem Iul.rep.& in l.Theopompus. ff. de donat. præleg.hinc dici ſolet, quod cauſas noſtra cognitio ortum habet à ſenſu quodq́ue experimentã uerorum ſermonum eſt, ut concordẽt rebus ſenſatis & ueriſimilibus,Philoſophus. 7.Phyſicorũ l.milites.§.oportet.C.de quæſtio.Bald.in l.1.col. 4.C.de ſeruis fug.& amplius, quod ſolus deus eſt ſapiens,& quod ſapientis obiectum eſt ueritas, quæ eſt in ſolo deo,& quod homines denique ueriſimilia ſequuntur.

Secundò fallit, ſi de impenſis modicis agerẽ in caſu quæſtionis Bal.in l. id quod pauperibus. ad fi.C.de epiſ.& cle.puta,quia uelit epiſcopus, quod executor ad pias cauſas reddat rationẽ annorum 40.ſi codicem rationum producat,quod eidem credetur,quia de his inſtrumenta confici non ſolẽt,exempli gratia,quia dat ſolidos quinque,hodie uni, cras decem alteri, & ſic de ſingulis, quod adhuc tamen cum iuramento intelligas,licet Dec.hic non dicat, aliàs obſtaret generalitas glo.præalleg. Eſt uerum ſi Epiſcopo ni debitur,& ex qualitate perſonarum iuxta not.in l.ad egregias.ff.de iureiur. & in l.plenum. in §. equitii.ff.de uſu & hab. quod poterit etiam non deferre,& eidem ſimpliciter credere abſque iuramento, quoniam non ſolum eſt iudex pauperum, ſed etiam procurator cum libera, ut dicit idem Bald.in loco præalleg.& benè,& hæc quo ad textualia ſufficiant.

Sed ultra Bal.Alex.& Dec. Adde etiam & tertio fallere tu,concluſionem ipſam,ſi extaret conſuetudo in loco, uel ſtatutum credi debere, quoniam tunc non ſolum contra ſcribentem, ſed ꝓ ipſo etiam crederetur.l.leges.C.de leg.l.2.C.quæ ſit long.conſu.c.erit autem lex.4.diſt.addo ſimile, quia fœmina non poteſt eſſe argentaria. l.fœminę.ff.eo.& ut infra,& tamẽ conſuetudine induci poteſt,quod rationes conficiat, ut in Gallia,& in urbe Aſteñ.prout no. Bart.in d.c.1.col. 14.de proba. & conſuetudo uel ſtatutum dixi, quia non differunt,niſi ut tacitum & expreſſum l.de quibus.ff.de legi.§.ex nõ ſcripto, Inſti.de iu. nat.imò quod conſuetudo eſt membrum & ſpecies ſtatuti,inquit Bald. in c.cum dilectus.col.5. de conſue.ſupponẽdo ſemper ſi allegetur, quod ab allegante debent probari.c.1.de conſtit, in 6. Idem Bald.in d.c.cum dilectus. & iſta tutius ſufficiant,ſatisq́; ſint,in iſta materia uulgari, ut hic dicit Alex.colum.ult.

In glo.ex cauſa,in princ. (cæteræ nihil habẽt, & fuerunt in euiden.expeditæ) concluditur primo,quod cauſa editionis potiſſima ſit, ſi rõnes
16 †me mandãte,uel procuratore meo ſcriptę ſint, & probatur clarè in legibus per eam alleg.ſiquis ex argentariis.§.pertinere.ff.de edẽ.ibi, ſi modo eam tractaueris me mandante,& prætor ait. in prin.ibi æquum eſt, id quod mei cauſa confecit meum quodammodo inſtrm mihi edi.ff.eod.ad idẽ eſt tex.in l.q̃dã.in §.fi.ff.eo. ibi ptinet aũt non tm̃,cũ ipſi contraximus, uel ſucceſſimus ei q cõtraxit,ſed ẽt ſi contraxit is qui eſt in nr̃a poteſtate,q̃ iuxta idẽ probantia inducunt quoq; Ferrar.ĩ rub.ſupr.eo.col.pe.& licet mandati mentionem non fecerit,debebit tñ intelligi ſm ll.præcedentes,quia una aliã declarat.l.utrum.ff.de pet.hær. l.non eſt nouum.l.ſed & poſteriores. ff.de legi.c. ſuper q̃onum.in prin.de offi. dele.& ita prædicti hic.col.6.tranſeunt. & probatur, quia quod dicitur.in d.§.pertinere,dicitur per uiam regulę & declarationis, quo caſu in qualibet ſequenti diſpoſitione cenſebiẽ repetita, iuxta doct. Bal.in l. prætor.in §.eritq́; hæc dñia ad fi.ff.ui bo.rap.exẽplum in l.de unoquoq;.ff.de re iu.dr̃,qđ de uno quoq; pars citanda eſt,poſtea in l.5.C.de ſent.ex peri.re. qualiter feratur ſententia deq́; citatione nihil,& ideo intelligeẽ ſm regulam prædictam. & eſt arg.in l.qui teſtõ.ff.de teſta.& in l.regula.ĩ fin.ff.de iur. & fac.ignoran. & ita ſine dubio eſt pro nunc tenendum, quia ſi oportuerit poſtea, quod reliquum eſt in quæſtione de mercatore infra tractabimus latius.

Nec obſt.text.in l.fin.ff.de bon.auct.iud.poſſ. ubi inſtrumenta & rationes creditoribus eduntur,& tamen eiſdem mandantibus,non erãt conſcriptæ,quem adducunt concluſionem diſputãtes,originaliter uerò Bart.in d.§.pertinere, & gl. ante eum.in l.1.in §.edenda.ff.de edend. & in l. Ariſto.ff.de iur.delib.& in l.maritus.in §.fi.ff. ad legem Fal.quia primum rñderi põt, quod ibi nõ erant rationes ſcriptæ ab eo cuius officiũ publicã haberet cauſam, ut dicitur in l.argentarius. in prin.ff.eo.& i l.qđ priuilegiũ.ff.depo.ergo nihil ad propoſitum. Scdò rñderi põt,qđ ibi ſit caſus ſpecialis,pluriũ creditorũ,miſſorũ in po,bo.

debitoris, iudicis auctoritate, qui inuentarium conficere debẽt, non ipſorum corporum, ſed inſtrumentorum quot ſint, & de qua re, ergo nec trahendus ad conſequentias, quod regulariter rationes edantur.

Tertiò reſponderi poteſt, quod cauſa cognita (ut tex. met dicit) nonnunquam prætor permittere debet creditoribus poſſe ẽt deſcribere ex dictis inſtrumentis aliquid, & ſic concordabit, qm̃ in cauſa id erit forte eidẽ mandantibus ſcriptas fuiſſe. d. §. ceterũ; differentia, deducendo ut ſuprà.

Quartò reſponderi poteſt, adhuc ſpeciale in creditoribus hereditariis, ne fraudentur edi ſibi, quamuis notarii ab ipſis non fuerint rogati, ut etiam habetur in d. l. maritus. in §. fin. ff. ad legem Falc. & in d. l. Ariſto. ff. de iur. delibera. ergo non regulare.

Vel dicamus quintò, quod eduntur ibi, quia ſunt communes, ſed hæc ratio quam aſſignabat Cur. hic, non eſt bona, ex quo in hoc nõ fundat ſe Iurecon. ibi, igitur dicendum eſt potius, ut ſuprà, & hinc Bertrau. multa conſi. 216. nume. 2. & 3. uolum. 2.

Minus obſt. text. contra hanc concluſionẽ in l. 3 in §. pen. ff. ad exhi. ubi quis, dummodo eius interſit, habet actionem in factum, ut ſibi exhibeatur, ergo aliud mandatum non requiritur: quia dicam id etiam fore in actione ad exhibendum regulare, ut agenti inſtrumentum edatur, licet notarius ab eo rogatus non fuerit, ſi iurauerit ſua intereſſe, ut ibi, & in l. theſaurus. ff. eo. nos autem loquimur in argentario: unde eſto quod notarii fuerint hodie ſubrogati loco argentariorum, ut dicebam in euidentialibus, poſt Bald. in l. prætor ait. in princ. ff. de edend. ex hoc tamẽ differentia inter eos conſtitui uidetur.

Vel dic & melius, quod & ipſi rogentur, & hac de re edere teneantur, ſed nõ ut tertio cum iuramento ut ſuprà poſſit editio denegari, & probatur etiam in l. uel negare. ff. quemad. teſt. ape. Ang. in l. quædam. in prin. ff. de eden.

Minus obſt. tex. in d. l. quædam. in fi. ubi de cõtractu tantum fit mentio, & non de mandato, quia (ut oſtendi ſuprà) dictum ĩ §. pertinere, ibidem repetitum intelligitur, nec repeto.

Et minus rurſum, quod ſi requireretur mandatum, ut præſupponunt iura ſupra alleg. daret actio mandati. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procu. l. ſi hominem, & toto titu. ff. mand. & tamen editio fit per officium iudicis, quia (ut dicebam aliàs) id quod facit argentarius, facit potius ratione officii, quàm mandati. l. argentarius. in princ. ff. de eden. & quia uerba fere omnia, inq; omnibus locis de editione loquẽtibus directa ſunt in iudicem, uulga. l. ſi ſoror. ubi glo. not. C. de colla. & ut infrà per Bar. & alios latius.

Non deniq; & ultimò, ſi diceretur quod mandatum ad hæredem non tranſit. l. mandatum. ff. man. quia electa eſt fides & induſtria hominis, ut ibidem, & tamen argẽtarius habebat hæredẽ, l. ſi quis ex argentariis. §. 1. ff. de edend. quia ſtant iſta ſimul, quod habeat hæredem, quodq; mandante dño rõnes ſcribat, & tñ mandatũ non tranſeat, quia non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe. l. non hoc. C. unde legi.

17 In ea. glo. ibi, uel quia ſemel †cauſa eſt, ſi rõnes editæ caſu fortuito ſint amiſſæ, quod iterum edi debent, ut in l. per ipſam alleg. ſi quis ex argentariis. §. fi. ff. de eden. ubi argentario edi non debet, quia à ſe ipſo inſtructus eſſe poteſt, niſi ex cauſa, ſi ſuas amiſiſſet, nec iterũ denegari editio, ſi cauſa ſubſit, ut ibi. imò ſentit tex. in l. ſeq. in fi. totiẽs peti poſſe, quotiens cauſa ſubeſt, capiendo uerbum iterum, quod erat in edicto prætoris poſitum in §. prætor ait, eadem l. pro ſæpius. & inter alios dicit d. §. ſingularem Alb. in procæ. ſtorum. col. 5. & cum ibi habeamus caſum, non eſt opus dubitare amplius in editione neceſſaria.

Sed quid in uoluntaria, puta in eo, qui nõ eſſet obligatus, & ſemel ediderit, tenebitur ne amplius edere? Dec. Sen. hic dicit quod ſic, ſumpto arg. ex l. pater filium. §. quindecim. ff. de leg. 3. ubi res ſubiecta fideicommiſſo, & ſemel alienata efficitur perpetuò alienabilis, ergo & rationibus ſic in caſu noſtro editis ſemel, licet editio fuerit uoluntaria, dicentur etiam ſæpe factæ edibiles, & pro eo facit generalitas d. §. fi. uulga. l. de pᵉcio. ff. de publ. Io. Pet. de Pe. Ant. de Alex. & Dec. frater hic, contrarium tenuerunt, moti ex uulgari dicto, qđ ſufficit ſi in paucis amici laboribus cõſulatur. l. tutori. C. de neg. geſt. & quia actus uolũtarii non plus obligant quàm fuerit uoluntas, & q̃ de neceſſitate inferũ. l. fi. C. ne ux. pro ma. l. uoluntatiè. C. de excu. tut. & pro rei ueritate opinio hæc tutior eſt, aliàs ſi tibi ſemel aliqd ſoluiſſem certo tempore, ad quod tamen obligatus nõ fuiſſem, poſſes me rurſum ad ſoluendum cogere, qđ tñ eſt falſum, ſi ſolutio diuturna non ſit, quia tũc ſecus. l. cum de in rem uerſo. ff. de uſur. faciunt q̃ dicuntur in l. ſi certis annis. ad fi. C. de pac.

Et ideo dicebat Bar. in l. cum duobus. in §. Papinianus. in fi. ff. pro ſo. quod in iſtis quæ præſumuntur ex actibus, nunq̃ pᵉſumitur ultra q̃ actus ſe extendat. d. l. fi. ſed editio ex quo eſt uoluntaria ſe non extendit, ergo quis ſemel edendo, edere iterum non tenebitur.

Ad arg. Decii Senio. poteſt reſponderi id uerũ eſſe in prohibitione alienationis terminata pſonali, qm̃ colliberti, in quos peruenerat portio alienantium, non erant prohibiti, ideo hæres extraneus admittit̃, & non reali, quia duraret perpetuò, & declarat Bar. in l. peto. in §. fratre, col. 2. ff. de leg. 2. igitur neq; mirum ſi res facta alienabilis perpetuò durat alienabilis, qđ malè applicari põt ad caſum nr̃m, ex quo editio facta eſt, & uoluntate edentis qdẽ, uſq; adeo ut nõ cõueniat ſi nolit, ut iterum edat. Quo uero ad gñalitatẽ d. §. fi. dicimus, qđ reſtringi debet ad editionẽ neceſſariam argentarii, de quo loquitur, argu. in l. ut gradatim. in §. & ſi lege. ff. de muneri b. & honor.

l. 1. C. de ſacroſanct. eccl. cum uulga. & in uolun
taria limitari, aliàs non diſtinguerentur & malè.
l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſd. cogã. &
ita aliis ſepoſitis tenendum eſt.

In ea. gl. ibi, ſed quomodo, dubitatur quomo
do hic de rationibus, deq; fœmina mentio facta
18 ſit, † & (ut ita dicam) hæc de ea inculcata, cum
non poſſit officium argẽtarii exercere, ex quo ea
opera uirilis eſt, inquit text. in l. fœminæ. ff. eo. l.
fœminæ. ff. de reg. iur. & lata ſententia eſt, qđ nõ
poſſit, ut declarat Barb. in c. 1. col. 14. de prob.

Cui difficultati reſpondet glo. quod ſucceſſe-
rat argentario. l. quædam. §. nihil. ff. eod. Quæ re-
ſponſio non eſt bona, quia diuinat ſecundũ Bar.
& bene. l. apud Celſum. §. illa etiam. ff. de except.
do. ibi num enim diuinat, qui cum tutore cõtra
hit? imò quod neque uera eſt, ex quo teneretur
edere, ſi ſucceſſiſſet argentario, ſicuti ipſe argen-
tarius tenebatur. d. §. nihil, Anch. pulchrè conſi.
244. in princ. & tamen text. dicit hic, quod non
teneatur, niſi ex cauſa. eſt uerum quod ſaluari poſ
ſet, ut per Deci. quod cauſa ſit, quia argentario
ſucceſſit.

Verum & nõ ab re, quia ſcitu dignum eſt, mo-
ueo difficultatem, nam tutela quoque officiũ ui-
rile eſt, auctoritateq; publicum. l. 1. ff. de tute. l.
fœminæ. ff. eo. & tamen ab ea non arcet fœmina
Auth. matri & auiæ. C. quan. mu. tu. offi. fung.

Sol. non eſt regulare. d. l. fœminæ. & ſi id qui-
dem eſt in matre & auia, eſt hodie ex indulgen-
tia legis, ut olim ex reſcripto principis, iuxta no.
in d. Auth. matri & auiæ.

Secundò ad glo. oppoſitionem redeuntes re-
ſpondet Odofr. Alber. & Iaſ. quod exercuit hæc
19 mulier officium † argentarii per ſeruum. l. præ-
tor ait. §. 1. ff. eo. Quæ etiam (ut dicit Deci. & be-
ne) diuinatione non caret. Subiiciens quod imò
nec in ſe uera eſt, quia ſi mulier per ſe non pote-
rat, nec etiam debuit poſſe per ſeruũ. l. nõ. licet.
ff. de contrah. emp. & quia capacitas ſerui depen
det à capacitate domini. l. ſi mihi & tibi. §. regu
la. ff. de leg. 1. quod tamen præſupponit tex. in d.
§. 1. Adde tu quod etiam publicã habet cauſam,
à qua ſeruus remouetur. l. generali. C. de tab. lib.
10. Et quia prætextu officii oporteret eſſe aliquã-
do in iudicio, & tamen ſeruus non habet quo
ad hoc perſonam legitimam. l. ſeruus. C. de iudi.

Niſi ad primum dicamus, quod licet mulier
non poſſit per ſe, poteſt tamen per alium, ideſt
per ſeruum, probo quia prohibitus contrahere
cum bannito, non tamen prohibetur contrahe-
re cum eius ſeruo. l. 2. §. hæc autem. & ibi Bar. ff.
de leg. præſtan. & ſic non ſemper uerum quod di
citur in d. l. non licet.

Ad idem dico; quod licet mulier non ſit ca-
pax in ſpecie, eſt tamen in genere arg. in l. qui iu-
re. ff. de milit. teſtam. melius in l. debitor. in §. fin.
ff. de lega. 2.

Præterea quod dicitur in d. §. regula, locũ ha-
bet, & procedit habita ratione perſonæ tantum
cuius nomine actus geritur, hic autem perſonæ
& officii, & cum officium miniſteriumq; ſit nõ
attenditur perſona cuius nomine exercetur, ſed
quæ exercet. §. ſed cum factum, Inſti. de ſti. ſer.

Ad ſecũdum quod bene habet publicam cau
ſam, ſed quod tamen non eſt publicum. l. argen-
tarius. in prin. ff. eod. declaraui in euidentialibus
nec repeto.

Ad tertium & ultimum, quod licebit hoc ca-
ſu ſicuti aliis multis, de quibus in l. uix certis. ff.
de iudi. maximè quia conuentus ratione officii
ſe defendit, & neceſſariò quidem, ac citatione ha
bilitatur, arg. in c. cum inter de excep. l. ſeruus. ff.
de accuſ. not. in l. fi. C. de edic. di. Adr. tol.

Alii aliter legunt, & reſpondent ſecundũ eun
20 dem Bar. hic, nume. 4. † quod loquatur text. iſte
in rationibus priuatis, quodq; eas edere mulier
hæc non teneatur, niſi ex cauſa cauſaq; ſit ſi eidẽ
ſit in iudicio uſura. l. 1. §. edenda. ff. de eden. & ita
✻ communiter ✻ tenetur & bene, idemq; probat.
in c. contingit. de fide inſtr. glo. in l. qui accuſare.
infr. eo. & in l. 1. in §. editiones. ff. eod. & dictum
fuit in not. Sed (replicabis tu) ſic text. iſte eſſet
de indubitabili, ſtante deciſione. d. §. edenda. &
ſic contra uulg. tex. l. quod Labeo. ff. de Carb. edi.
& obiicit Purpur.

Reſpondeo primum non inconuenire aliqñ.
l. 3. ff. de nata. reſti. ibi hæc lex, nec habet nũc, nec
unquam habuit dubitationem. Sed quia id intel
ligi debet quo ad ipſum legiſlatorem. l. ubicunq;
& ibi Bar. nu. 10. ff. de int. act. non quo ad alios,
aliter reſpũdeo quod imò habeat dubitationem
ratione depoſiti, & ex aliis, ut ſuprà in figuratio-
ne caſus. ex quo negatiua diſpoſitio eſt hic, licet
poſtea dicat ex cauſa pertinere ad offic. iud. eiſdẽ
autem uſurã cognoſceremus, ſi quo quo modo
mentio facta fuiſſet in libello exceptionum ſua-
rum, arg. in l. in exceptionibus. ff. de prob. Bar. in
l. poſtq̃. in §. fin. ff. ut lega. no. ca. & ita tenẽdũ eſt.
21 Alia tñ eſt cauſa, † ſubdit adhuc Bart. ſi agens
eſſet perſona priuilegiata, ut fiſcus. l. ne quiſquã.
ff. de eden. ubi uidetur caſus clarus, qui quãquã
in inſtrumentis loquatur, ad rationes tamen ex-
tendi debet, quia ſaltim largè dicuntur inſtrumẽ
ta, ut ſuo loco dictum eſt, & induco nouiter ſic,
quando de aliquo dubitatur apud legiſlatorem
omni alio caſu præſupponitur habilitas. l. qui te
ſtamento. ff. de teſtamen. c. nonne, de præſumpt.
argum. in l. cum prætor. ff. de iud. dicitur ergo ibi
quod delatori nomine fiſci agenti poſſeſſor hæ-
reditatis non tenetur deferre alia inſtrumenta,
quàm quæ faciant ad cauſam, deq; hoc dubitaba
tur, ergo edere regulariter tenebitur, & habilitas
✻ hoc caſu præſupponetur. & ita ✻ communiter
tenetur, licet ſit intellectus ſatis extraneus quo
ad text. noſtrum. & ita tenuit etiam glo. in l. qui
accuſare, & in l. 2. infr. eo. & in l. 2. in §. 1. ff. de iu
re fi. Dec. in l. fina. nume. 12. infra eod. Eoq; ma-
gis, quia conuenit ut aliquo caſu differat à pri-
uato. argumen. in l. ad egregias. ff. de iureiurand.

glo.no. in l.nec honore.C.de epiſ.& cle. Et quia niſi ederentur præſumerentur ſubtracta, ut uerba Diui Adr.quæ in ipſius reſcripto reperiebant, innuunt, recitata in l.2.in prin.ff.de iu. fiſ.

Tamen Barba.in cap.1.colum.19.de prob.dicit, quod hæc opinio communis non probatur in d.l.ne quiſquam, ex quo plures habet intellectus, nec in ea fundamentum ſolidum fieri põt, quia communiter ignoratur, quod multipliciter exponitur, ut inquit Boet.relatus per Bald.in l.1. in fi.C.de bo.poſ.ſec.tab.Bar.in l.in ambiguo.ff. de reb.dub.

Sed poteſt reſponderi, quod imò ibi probatur optimè, ad arg.uerò intellectum communem tenendum eſſe, & ſic non ignorabitur ueritas. l.1. ff.de offi.quæſto.uirtualiter Bart.in l.uinum.col. 3.ff.ſi cert.pet.& ita Alex. reſpondentem in l.1. ff.ſol.mat.ad l.1.C.de iur.fiſ.lib.10.reprehendũt ibi doct.maximè Seyſel.in prin.& not.Iaſ. in l.cũ prolatis.de re iud.

Ex alio tamen adhuc non probat, quia id non eſt ratione editionis, ſed ne inſtrumenta (ut ſupra dictum eſt) uideantur ſubtracta, aliàs duæ ſpecialitates ſimul concurrerent, & malè. l.1.C. de dot.promi. l.cum poſt. §.gener. ff.de iur.dot. Purpu.in l.fi.nu.18.infr.eod.

Sol.imò eſt ratione editionis, ut uerba ꝓbãt: ibi, delatori edere cogatur. Nec obſt. quòd duæ ſpecialitates ſimul concurrerent, quia tolerabile eſt, quando ſunt ſubalternę. l.ſingularia. & ibi Bal.colum.2.ff.ſi cert.pet. vel una conſecutiua alterius, ut in l.licet ĩter priuatos.C.de pact.qđ militis uoluntas ſola ſpectetur, quodq; ſolemnitas teſtandi ſibi remittatur.

Sed rurſum ob. quia lex generaliter loquitur, quod reus non teneatur edere actori, ut hic, & in l.final. infrà eodem, & communiter includit etiam perſonas priuilegiatas.l.in fraudem.§.fin. ff.de milit.teſtam.

Solu.aſſumptum uerum eſt, conſequens falſum, quia tenetur ex cauſa, ut hic. cauſa autem eſt, ſi fiſcus agat ſine alius ipſius nomine.d.l.ne quiſquam.una lex alteram declarat. l.non eſt nouum.l.ſed & poſteriores.ff.de legi.c.ſuper quæſtionum.de offi.deleg.ergo.

Tertiò obſt.quia fiſcus utitur iure priuati cõmuniter.l.item ueniunt. §.in priuatorum. ff.de pet. hære.priuato non editur, ut hic, & in d.l.fi. infra eo.ergo nec fiſco.

Sol.uerum eſt, niſi ſit priuilegiatus expreſſè, ut ibi gl.declarat, & hoc modo debet etiam limitari text. in l.quod placuit. ff.de iur. fiſc. ſed hoc caſu expreſſè eſt priuilegiatus.dicta leg. ne quiſquam, ergo.

Quartò obſt.tex.in l.non puto.ff.de iure fiſ.ubi non errat, qui iudicat contra fiſcum.

Solu. id uerum eſt in paſſiua editione, in qua non eſt priuilegiatus, nos autem loquimur in actiua.ita Purpur.hic, colum.4. & bene. Vel dic quod id uerum ſit, quoniam ſemper ſunt uerba impropriãda capiendaq; præſumptio, quæ ſit excluſiua delicti.l.merito.ff.pro ſoc.Et quia princeps reputat commodum ſubditorum propriũ, longeq; melius ampliare imperium hominum adiectione, quam inſatiabili pecuniarum copia, ut dicitur in l.cum ratio.in §.fi.ff.de bo.dam.ipſiusque intereſt locupletes habere ſubiectos, & non qui paupertate ſordeſcant, ut in l.quiſquis. C.ad legem Iul.ma.

Vel dicamus, quod in dubio ſit uerũ: nos autem ſumus in caſu claro, quorum duorum non eſt par eademque ratio.l.continuus.§.cum ita.ff. de uerbor.oblig.

Quintò & ultimò facit tex.contra iſtam concluſionem, qui pugnat cum text. in d. l. ne quiſquam, in l.extat.aliàs eſt, & decretum. ff.de iure fiſ.ubi ad litteram dicitur, extare reſcriptum Seueri nullo modo cogendum poſſeſſorem hæreditatis ad editionem, ſed delatorem probare debere ea, quæ intendit, hoc eſt dictam hæreditaté & bona eſſe uacantia, dominum ſine hærede defunctum, & conſequenter fiſco eſſe applicanda, & ita d.text.inducit Alber. in rubr. ff.eo. colum. 2.& uidetur caſus etiam in l.præced.

Non uideo quoque quomodo ad iſtud poſſit reſpõderi (ibi enim nullus ſcribit) niſi dicamus quod in d.l.ne quiſquam, aliàs Senatus cenſuit, agebat fiſcus, ſiue delator nomine fiſci, ĩ l.extat, uerò & præced.ſuo. Vel ibi, ut præmium conſequeretur delator dimidiæ partis bonorum, ut olim quartæ, qui quadruplatores dicebantur, in d.l.ne quiſquam, uerò reipub.Senatui, & fiſci zelo, prout etiam dicitur in l.2.in princ. ff.eod. de iur.fiſc.Vel & ultimò quod in d.l.extat.aſſumpſerat in ſe onus probandi, ut in l.edicto, in prin. ff. eod.& eſt arg.in l.circa. in fi.ff.de proba.imò qđ eorum onus erat.l. qui accuſare. infr.eod.ut ibi: Fiſci autem non, ut in d.l.Senatus. Et plus quod inimicos ſibi multos comparant, & ſunt odioſi, nimirumq; ſi (ut memoriæ proditum eſt) Tiberius uno die omnes iuſſit interfici. Appellataq; hic curioſitas delatoria, a quadruplatorum improbitate, in l.nec ſupina.ff.de iur.& fac.ign.niſi ita reſpondeatur (magnum enim contrariũ eſt) non uideo qualiter poſſit reſponderi.

Alia (ſubdit Bart. tamẽ) potuiſſet quoque eſ-
22 ſe cauſa,† intelligendo iſtum tex. in muliere uſuraria, quæ librum ſuarum rationum edere teneretur, cle. 1. §.cæterum, de uſu.

Vera in ſe, ſed non ad tex. noſtrum, quoniam diuinat pariter, & ex aliis multis, ut hic per Iaſ. Et quod ſit in ſe uera probatur clarè in d.§.cæterum, ratione præſertim, de qua ibi: quia adeo doloſè & occultè iſti contractus uſurarios ineunt, ut uix conuinci poſſint. Adde quod hac ratione uſus poſitionum inuentus eſt.l.2.ff.de interrog. act.c.1.de confe.in 6. & in ſimili facit text. in l. conſenſu.C.de rep.& in l.ſi quando. C.unde ui. quodq; hoc ipſum intelligi debet uerum tantũ, cum de uſuris agitur, ut tex.met dicit in §.cæte-

rum,

rum, præalleg. quem ſic etiam ibi declarat Anch. & Card. & Beltrand. conſi. 103. nu. 2. uolum. 1. & dictu mirum uidetur, quod reddantur inteſtabiles ex diſpoſitione c. quanquam. de uſur. in 6. & quod incommodo hoc etiam afficiantur, ut contra regulam teneantur ſuas rationes edere. l. duius. ff. de offi. præſid. in deteſtationem criminis, uſque adeo, ut longè magis hac de re, & hoc caſu locum habeat glo. in l. quædam. in §. nũmularios. ff. de eden. quod pro ſe non probent, contra ſe autem quàm maximè. Sed clarius probatur, quod nec ad text. noſtrum poſſit applicari, nec uera eadem hæc cauſa ſit in ſe, quo ad tex. quia loquitur in depoſito.

Nec obſt. ſi diceretur, ut dicit Deci. quod etiã depoſitum tranſit & conuertitur in mutuum. l. certi condictio. §. fin. ff. ſi cer. pet. quia de conuerſione non apparet, & quia mutuum gratuitum eſſe potuiſſet. l. rogaſti. ff. eod.

Secũdò probatur, quia Imp. hic ueriſimiliter non potuit conſiderare deciſionem d. §. cæterũ, longo temporis interuallo poſtea factam in concilio Vienen. à Clemente v. arg. in l. non eſt feren dus. ff. de tranſact.

Nec obſt. ſi diceretur, ut dicit Deci. quod potuit cogitare in genere. l. qui iure militari. ff. de mili. teſtamẽ. quia non ſufficit. l. 1. §. docere. ff. ui bon. rapt. ubi qui propoſuit unam actionem ui bon. rapt. & qualitatem probat aliam actionem deſiderantem, puta damnum datum in turba, ſuccumbit: nec ſatis eſt, quod de illa actione cogitauerit in genere. declarat Soci. etiam conſil. 283. colum. 1. uolum. 2. ſufficit autem in d. l. qui iure militari, quia ea mente erat miles, quicunque ſibi naſceretur exhæres eſſet.

Secundò non obſt. ſi diceretur (ut idem dicit adhuc) quod hæc lex patitur interpretationem hác paſſiuam ex noua. d. §. cæterum, ex quo ſem per loquitur. l. Arriani. C. de hæret. quia non eſt uerum, ex quo læditur ius commune, ut per Bar. in l. certa forma. C. de iu. fiſ. lib. 10. ad ſi. quod eſt ne reus edere teneatur actori. l. ſi. infr. eod.

Tertiò probatur, quia cum uirile officium ſit fœnus exercere, ut in argentario dicimus, non æquè uetiſimile eſt text. noſtrum in fœmina poſſe uerificari. l. fœminæ. ff. de eden.

Quod in ſe etiam non ſit uera, probatur: quia forum fori diſtinguitur à foro poli, c. ſi. 17. q. 4. unde eſto quod id uerum ſit, quod dicitur in d. §. cæterum, in foro poli, & in deteſtationem criminis, non tamen eſt uerum in foro fori, quia iure noſtro uſuræ ſunt permiſſæ. l. eos. C. de uſur. c. pen. in prin. ibi, quid dicam de uſuris, quas etiã ipſæ leges reddi iubent. 14. q. 4. & ſunt uerba Auguſtini ad Macedonium, regiſtrata ibidem, nec cauillanda.

Tamen facilè reſpondetur (ut dicebam aliàs) ſed primum declaro ueram eſſe in utroq; foro, id præ oculis habentes, quod quãdo aliquid eſt clarè deciſum de iure canonico, dubium uerò de iure ciuili, ſemper ſtatur iuri Canonũ, etiam in foro ciuili. c. 1. & ibi Abb. de nou. oper. nunc. ſed iſto iure dubium eſt, Canonum uerò clarũ, d. §. cæterum, ergo. Facit etiam generalitas ratio ois, de qua ibi, quæ ita in foro fori militat, ſicuti in foro poli, ergo idem ius per omnia ſtatui debet, uulg. l. regula. §. & licet, & ibi Bar. ff. de iur. & fact. ignor.

Ad motiuum reſpondetur uerum non eſſe, quia imò etiam in foro fori prohibitæ ſunt, in cõcilio ſcilicet Niceno. c. qm̃. 14. q. 4. iubetq; Imperator in Auth. de eccl. tit. in princ. omnia in eo diſpoſita ſeruari, & licet permitti uideantur ſub quadam diſſimulatione, ut maius malum uitetur. l. ita uulneratus, ad legem Aquil. declarat Bart. in l. cunctos populos. co. 5. & 6. C. de ſumma trin. & fid. catho. gl. in præalleg. c. pe. 14. q. 4. attamen (ut dixi) prohibitæ ſunt.

In cæteris quid in iudæis, in nauta, caupone, ſtabulario, & ſimilibus dic, ut per Iaſ. & Dec. latius d. cle. extendentes, quia nõ expedit, dictũq; fuit ſatis à nobis aliàs.

Et adhuc dicta in uſurario declara, quod ad editionem non teneatur, neque peti poſſit, niſi prius doceatur ipſum fore uſurarium, ex quo ne mo aliàs talis præſumitur. l. merito. ff. pro ſoc. c. eſtote. de reg. iur. & quia quotieſcunque aliquid petitur ab aliquo ratione præexiſtentis qualitatis, qualitas illa ſemper probanda eſt. l. non ignorat. C. qui accuſ. non poſ. ubi mater, quæ uult uliſci mortem filii, non temere ad accuſationem admittenda eſt, niſi prius probet ſe matrem. ita Ro. conſi. 226. col. 2.

Sed ad Iudæorum propoſitum (cæteris prætermiſſis) quæro, quomodo eſſe poſſit, quod d. cle. in eis habeat locum, quia ſi uſurarius libros non exhibeat, cẽſura eccleſiaſtica compellendus
23 eſt. de his autem qui foris † ſunt (ut Iudæi) nihil ad nos. c. gaudemus. de diuor. ubi ſuperuacuę rei operam dare uidetur, qui nititur coercere Iudæos propter perfidiam damnatos. Anch. conſi. 243. in princip.

Solu. licet non compellantur directè, ut not. in d. §. cæterum, compelluntur tamen indirectè, ſi hominum commercio priuentur, idemq; etiã in c. poſt miſerabilem. de uſur. l. hi qui ſanctam fidem. C. de apoſta. & eſt ſimile in eccleſia, quæ de ſanguine non iudicat directè, unde alię pœnę inuentæ ſunt, de quibus Feli. in c. qualiter, & qñ. 2. in §. ad corrigendos. colom. 3. de accuſ. c. ſentẽtiam ſanguinis. ne cle. uel mon. indirectè autem ſic, tradendo clericum curiæ ſeculari, cum deuenit in profundum malorum. c. cum non ab homine. de iud. & ad propoſitum facit regul. l. 1. ff. de aucto. tuto. De ſanguine enim non iudicat eccleſia (ut dixi) quia exemplo Chriſti. c. ſignificaſti. de elect. debet pati potius ſanguinem ſuũ effundi, quàm effundere alienum. Vnde uulgatum illud ad regẽ Dauid, Non ædificabis mihi tẽplũ, quia uir ſanguinis es. Veteres etiam dicem oatalem

lem, celebrantes, à ſangnine, & cede abſtinebãt, ne eo die quo lucem acceperant, alteri demerẽt.

Et ex prædictis ſumpta occaſione dubitãt ſcri
24 ben. quid in mercatoribus noſtri temporis, † p̃-
ſertim Bart. & poſt Iacob. But. breuiter cõcludit,
quod teneãtur & ipſi quoque ſuarum rationum
* librum, quem conficiunt edere eſtque opinio *
communis.

Contra quam tamen faciunt multa, & primò quia ſpecialitas in uno caſu, arguit ius commune in contrarium, iuxta gl. l. ius ſingulare. ff. de legi. nec ad conſequentias trahenda. c. quæ à iure, de regu. iur. in 6. ſed ſpeciale eſt in uſurario. d. §. cæterum, quod etiam ſuadet ratio ibidem aſſignata, ergo non in mercatoribus noſtri temporis.

Pro ſol. dici poteſt, quod hac ratione attenta, nec etiam Argentarius teneretur, & tamen tenetur. l. quædam. §. nummularios. ff. de eden.

Secundò reſpondeo, quod dictum de uſurario, eſt exceptio ad regulam, exceptio extenditur ad ſimile, glo. in l. 1. C. de condi. indeb. mercatores noſtri temporis ſimiles ſunt argẽtariis, ergo.

Tertiò, quia ſic alibi lex loquitur in filio, ne ei mutuo pecunia detur, alias tutus ſit exceptione. S. Con. Macedoniani. l. 1. ff. ad S. Conſ. Macedon. & in pecunia. d. l. 1. & tamen id etiam in nepote ſibi locum uendicat, inq; aliis rebus. l. filium habeo. l. ſed & Iulianus. §. mutui dationem. ff. eodẽ. Alb. in l. quod uero contra. in princ. ff. de leg. poſſet etiam aliter reſponderi, ut per Alex. & reſponſiones eius à moribus Decii, ut hic per eum, facilè defenſari, ſed tranſeo, quia inculcant, hæcq; ſatis argumentum formaliter tollere uidentur, & ut infrà latius.

Secundò contra communem facit, quia duo requiruntur in argentario, mãdatum & ſcriptura. l. ſi quis ex argentariis. §. pertinere. ff. de eden. ibi modo ſi me mandante eas tractaueris, & ſuo loco dictum fuit ſatis, ergo non in mercatore, qa non mandatur ſibi, ut librum rõnum conficiat.

Sol. ex conſuetudine ſcribendi reſultat mandatum, & ſufficit. l. uel uniuerſorum. ff. de pig. act. l. Titianus. ff. quod cum eo, & ut per Bart. hic, & ſimile optimum eſt, licèt non per omnia ſimile. l. 1. ff. commo. & cum ſit notoria non aliter probanda eſt, ſed allegãda tantum. l. ſi adulterium, cum inceſtu. §. idem Pollioni. ff. ad legem Iul. de adul. cle. appellanti. de app. & quanquam expreſſum ſit mandatum. in d. §. pertinere. ſufficit tamẽ hoc caſu tacitum. ex d. cõſuetudine reſultãs uulga. l. cum quid. ff. ſi certum pe. & ſi diceretur adhuc, quod ſic ad læſionem ſcribentium retorqueretur ſi edere tenerentur, & malè cum eorum fauore inducta ſit. l. quod fauore. C. de legi. c. quod ob gratiam de reg. iur. in 6. reſpondeo quod imò fauore contrahentium cum eo inducta eſt, ergo nec conſiderabile, quod ad eorum læſionem retorqueatur, & quando etiam omnia (ut dixi) nõ adeſſent ſufficit. §. affinitatis. inſti. de nupt. l. ſi uẽtri. §. in bonis. ff. de priui. cred.

Tertiò facit contra communem, quia mercatores pro ſe librum conficiunt, neq; habent publicam cauſam, ut officium argentarii. l. argentarius. in princ. ff. de eden. l. quædam. §. nummularios. ff. eod. igitur edere non debent, quia ſic ſibi eſſet damnoſum & male. l. ſed ſi quis ex ſignatoribus. ff. quemadm. teſta. aper.

Solu. imò habere uidetur, ex quo cũ omnibus contrahunt, & publicam cauſam intelligo (ut dixi ſæpe & potiſſimum in euidẽtialibus) ideſt publicam utilitatem. l. de pupillo. §. ſextus. ff. de noui oper. nun. l. quod priuilegium. ff. depoſ. nõ qđ ſit publicum, aliàs nec poſſet ſeruus officium argentarii exercere, nec eſſe mercato, & tamen poteſt. l. prætor ait. §. ſed & ſi ſeruus. ff. de edend. uſque adeo, ut hac ratione non ſimus in caſu regulæ. l. ſed ſi quis ex ſignatoribus. ff. quemadmodũ teſtamen. aperian.

Quartò quia ſi ſic eſſet facilè mercaturam defererent ne ſecreta negotiationis pandantur, & domus. l. 2. C. quan. & quib. quar. pars de. lib. 10. Bar. in l. eo iure. ff. in quib. cau. pi. taci. contraha. & ad propoſitum eſt not. tex. in l. ſemper. in §. negociatores. ff. de iu. immu. & in ſimili arg. in l. milites. ff. de re mili.

Sol. primum non eſt ueriſimile propter lucrũ l. cum de indebito. ff. de proba. & quia quo ad ſecundum ea ratione, nec argentarii, deberent ad editionem teneri, & tamen tenentur.

Quintò & ultimò, quia ſi librum pro ſe non edit, quia non probat. l. nuda ratio, & ibi Bat. ff. de dona. nec edere debet contra ſe, ut de domo aduerſario probatio ſumatur. l. nimis graue. C. de teſti. ſuo enim gladio ſic ſe iugularet, & male.

Sol. de aduerſarii domo ſumitur in argentario, ergo & in mercatore noſtri temporis, quia ex conſuetudine ei mãdatum uidetur ut librum conficiat. & quia idem propter difficultatem ꝓbationis uidemus in poſitionibus eſſe deciſum, clem. ſæpe. §. & quia, de uerb. ſig. & dictum fuit ſupra, & ſic ex his defenſata eſt communis opin. quam probo etiam quia (ut ſæpe dixi) hic titulus fundatus eſt in æquitate. l. 1. ff. de eden. l. qui accuſare. l. fin. infra eod. inter mercatores agitur de bono & æquo. l. Quintus. ff. mand. l. ſi & me & Titium. ff. ſi cer. pe. in fi. ibi bonum & æquum eſt. ergo non eſt ratio cur librum edere nõ teneantur, præſertim quia hodie, loco argentariorum (ut inquit Saly.) ſubrogari uidentur, ſed argentarii tenentur, ergo & ipſi. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. & uidetur mihi caſus. in l. quicunque. in §. 1. quem tamen aliàs inducebã contra communem. ff. de inſtito. ubi fœneratores & mercatores æquiparantur, quia ſi quis (inquit tex.) aliquem pecuniis fœnerandis uel mercaturæ præpoſuerit tenetur inſolidum, uerum fœnerator edere debet, ut dictum fuit. ſuprà cle. 1. §. cæterum. de uſu. ergo & mercator, latè Bertran. conſi. 102. col. 1. & 2. uol. 2.

Et ad intellectum nota de mercatore intelli-

gi plurium negociationum, quia una hirundo nō facit uer, ut inquit Philoſophus 1. ethy. deq; mercatura magna, non uili. l. legatis ſeruis, & ibi Bar. ff. de leg. 3. l. ſemper. §. negociatores. ff. de iur. immu. no. in c. 1. de cle. coniug. in 6. ſicq; intelligendo, apparebit quendam lapſum, in tract. Nobilitatis, dicentem Lucēſes & Florentinos nobilitatem amiſiſſe. l. nobiliores. C. de commer. quia uerum foret, quando mercaturam uilem exercerent, quod tamen non faciunt.

25 Fallit †regula etiam ultimo loco in ſcholaribus, quibus reus libros edere tenetur ſtudiorum fauore & publicæ utilitatis gratia. & ita Purpu. hic, & Dec. in c. 1. col. 10. de prob. & Bal. in Marga. ſua, ſcholaris, & Pet. Reb. in tract. priuilegio. ſchola. 116.

In ea. glo. ibi, item quomodo dubitatur] an editio fiat officio iudicis, uel actione in factum, 26 † & pro reſponſione ſe remittit ad dicta in l. ſi quis ex argentariis in §. pertinere. ff. de edend.

* Breuiter communis * opinio eſt, quod fiat officio iudicis, ſed dubium facit in primis, qđ imò fieri debeat per actionem in factum, quæ datur ſemp ex edicto prætoris, ubi de alia actione non eſt prouiſum. l. in factum. ff. de actionib. & obli. ut à ſimili condictio ex lege ciuili, ſi non ſit pariter de actione prouiſum, ut per Bart. in l. 1. nu. 7. ff. de condic. ex leg. & potiſſimum (ut dicunt hãc partem tenentes, quæ fuit Spec. in §. uidendum. uer. pe. de inſtr. edi. But. in c. 1. de proba. & Alex. hic) quia uerba in materia ad partem ſunt relata. l. prætor ait, in princ. ff. de eden. ubi ad literam dicitur, quod argentariæ menſæ exercitores edere debent rationes, quæ ad ſe pertinent, cum die & conſule.

Soln. licet de actione prouiſum non ſit, eſt tamen prouiſum iudicis officio, quod datur loco deficientis actionis. l. planè. l. ſi. ff. de pet. hæredi. Item in d. l. prætor ait, & rurſum exercitores argentariæ menſæ edere debent officio iudicis (dicam ego) non per actionem in factum ut hic, & latius infra, ueniq; ſic tex. ille declarandus, cũq; ſit ius uetus paſſiuam iterpretationem patietur per nouum. l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad legem Falc. l. non eſt nouum. l. ſed & poſteriores. ff. de legib. c. ſuper quæſtionum. in princ. de offic. deleg. & ſic quia conſtat officium iudicis competere, non referri ad quencunq; uerba referantur, quia deſeruiunt intentioni non econtra. c. intelligentia. de uerb. ſignifi. l. ſcire leges. ff. de legi. ut in ſimili in l. ſi paſcenda pecora. C. de pact. ubi econtra uerba ſunt relata ad iudicem, & tamen datur actio ut ibi per Iaſ. & ſunt uerba etiam relata non imperatiuè, ſed enunciatiuè. imò quod in lege ueteri uerba etiam ſunt ad iudicem relata. l. ſi quis ex argentariis. §. ſi. ff. de eden.

Tamen obſt. adhuc uerba illa debent, & in l. quædam. in §. is autem. in ſi. ibi tenebitur, & ibi compellendus erit. ff. eod. ergo per actionem in factum, ut etiam ibi declarat glo. quia officiũ iudicis nullam præſupponit obligationem. l. qui ꝑ colluſionem. §. ſi. ff. de act. emp.

Sol. licet obligationem non præſupponat, præſupponit tamen quandam quaſi obligationem, ut per glo. in l. ſi ſeruum. in §. ſi. ff. de uerb. oblig. hinc dixit Bald. quod eſt quodammodo actio ꝑſonalis in auth. litigioſa. C. de litig. aliàs nō poſſet exerceri contra ſingularem ſucceſſorem, & tamen poteſt, ut per Bar. in l. ſi tertius. in §. 1. nu. 5. ff. de aqua plu. arc. Addentes etiam quod in Pandectis, non edere debent, ſed edant legitur in d. l. prætor ait. Vel & aliter reſpondeo, quod edere debet, quod tenebitur, & compellẽdus erit, cautiuè, quia ſi non edant, tenebitur actione in factum ad intereſſe. l. ſi quis ex argentariis. §. ex hoc edicto. ff. de eden. & eſt arg. in l. 1. ubi gl. C. ut nemo inui. age. comp.

Secundò dubium facit text. in l. quædam. in princ. ff. de eden. tametſi (ut Dec. dicit) pro communi adducatur, ubi actio in factum datur, ſeu editio ſit per actionem in factum, ergo non per officium iudicis, quod ex principio legis ꝓbat, ad quod debet haberi relatio, ĩ editione loquẽs: & quia ſicuti immediate actio mandati datur ut procurator edat, ita ratiõe editionis datur actio in factum ex edicto de eden.

Sol. probat oppoſitum (ut dicunt & bene tenentes communem) quoniam ſenſus eſt, quod quædam ſunt perſonæ, quæ tenentur edere, ut ſunt procuratores, nec tamen ex hoc edicto compellentur ſi non edant, per metum actionis in factum (ita enim legi debet, ut in Pandectis non pœnæ metu actionis in factum) ſupple tu ad intereſſe, & rationem aſſignat Iurecon. quia id conſequi poſſumus hoc eſt intereſſe, ſi non edat per actionem mandati. l. ſi procuratorem. §. mandati. ff. mand. per officium iudicis igitur, nobis edi petimus, & ſi non edatur intereſſe conſequimur per actionem in factum, & ſic inductio Dec. nõ eſt uera, uerus autem illius litteræ ſenſus iſte. Vel aliter inductionem retorqueamus, qđ imò ſicuti actione mandati immediate agitur, ita officium iudicis intentatur, ex quo (inquit tex.) nõ cogetur à prætore, quaſi dicat officio iudicis agitur, ſed non metu actionis in factum cogitur edere, quæ datur ad intereſſe, quandoquidem id conſequi ualeat per actionem mandati. & nota uerbum à prætore, quod propriè importat officium iudicis nobile, actioni non deſeruiens, ut no. in l. ſtipulationum aliæ. in prin. ff. de uerbor. oblig. Seyſel. hic, & in l. in prouinciali, in §. 1. colum. 2. ff. de no. ope. nunc. & ita ſemper in ſequ. exemplis, prætoris mentionem facit.

Vltimò dico, quod cum ibi dubitetur, an poſſit compelli per metum actionis in factum, quæ (ut dixi) datur ad intereſſe, ſupponit neceſſariò quod per officium iudicis editio fiat. l. qui teſtamento. ff. de teſtamen. capit. 1. de ætate & qualitate. in ſexto.

Tertiò dubium facit, præter cætera, quia officium

cium iudicis datur, ubi de actione ordinaria nõ eſt prouiſum, ut in ſimili de actione in factum dicimus, deq; cõdictione ex lege.l.in factum. ff. de act.& oblig.l.1.ff.de condict.ex leg.& not.in l.uinum.ff.ſi cer.pet.& in d.l.quædam, ubi Bart. in princ.ff.de eden.Bal.in c.ſanè.nume.12.de renunc.ſed hic eſt prouiſum de actione in factum quæ oritur ex edicto prætorio.d.l.in factũ, ergo.

Sol.plana eſt ex ſupradictis fuiſſe prouiſum, ut detur ad intereſſe ſi non edatur. d.l.ſi quis ex argentariis.§.ex hoc edicto.l.ubi exigitur.§.1.ff. de eden.ergo,non ut editio fiat, nec alicubi iure cautum inuenitur,ut in actione mandati, pro ſocio, & tutelæ de quibus in d.l.quædam. & per gloſſ. hic.

Quartò dubiũ facit, quia in rationibus oportet quod mandatum præcedat tacitum uel expꝛeſſum.d.l.ſi quis ex argentariis.§.pertinere.ff.de eden.diximus in q.de mercatoribus noſtri temporis,mandatum eſt contractus.l.Labeo.§.contractum.ff.de uerb.ſign.l.1.ff.de procu.Bart.in l. Pomponius.1.no.2.ff.de neg.geſt.Contractus pꝛeſupponit obligationem,obligatio actionem.l.licet.§.ea obligatio.ff.de procu.no.in l.1.ff.de edẽ. imò quod contractum dicit text.in d.l.quædam. in fi.ergo dabitur actio & non officium iud.

Sol.argum.concludit, ut detur actio mãdati, certumq; eſt non dari,ut ſuo loco diximus, quia id quod facit,non ratione mandati facit, ſed ex neceſſitate officij. latè Dec.hic,nu.21. ergo officium iudicis.

Quintò & ultimò dubium facit ex mente ſcribentium text.in d.l.prætor ait.in §.ſed ſi ſeruus, ff.de eden.ubi ſi ſeruus exercuerit officium argẽtarii,iudicium in dominum datur, perinde ac ſi ipſe rationes ſcripſiſſet,quæ uerba non poſſunt, niſi in actione uerificari.l.1.ultra eos.in prin.ibi iudicium dabo.ff.de dolo.

Sol.non inconuenit, ut iudicium ideſt officiũ iudicis exponamus.l.uinum.ff.ſi cert.pet.ibi per iudicem petitum eſt.l.fi.ff.de rei uend.quod exponitur pariter,ideſt per officium iudic.melius. in l.cum nauarcorum.C.de naufra. lib.10.

Vel dic iudicium,ideſt actionem in factum ſi edere noluerit.d.l.quædam.d.§.ex hoc edicto.& ſuſius ut ſupra.

Alia quoque adducuntur leuia, & præcipuè text.in l.3.in §.pen.ff.ad exhi.ſed quia ſecum reſponſionem habet, inque alia materia loquitur, dic ut per ſcriben.& per gloſſ.in d.l.quædam, & Barto.hic,nu.9.& ab opin.communi non diſcedas.pro qua eſt caſus clarus. in d.l.ſi quis ex argentarii.in §.prętor ait, ibi edi iubebo.& hic ibi, ad officium iudicis pertinet.& ſi diceretur quod de officio iudicis mercenario (ut hic per Bar.) intelligitur actioni deſeruienti, negabo, quoniam actio in factum datur ad intereſſe, & cum dicat ſimpliciter officium iudicis, de nobili intelligetur quod
27 † ſucceſſit loco manus Regiæ, quæ erat olim de iure gentium, & de qua in l.2.in princ.ff.de ori. iu.no.in l.1.ff.de iur.omn.iud.& ibi quid ſit nobile & mercenarium declaratur.

Fortius dici poſſet,quod ſit mercenariũ, quia lex utitur uerbo iudicis, & non prætoris, ut dixi ſupra not.in l.in prouinciali.ff.de no.ope.nunc, ſed reſpondebitur uerum eſſe,quando non fuiſſet facta mentio prætoris,in l.ueteri.d.§.prætor ait.Et ſi rurſum diceretur quod officium iudicis conſideratur reſpectu cauſæ, reſpondeo quod imò conſideratur reſpectu editionis, quia non fit regulariter à reo actori,niſi ex cauſa, ut ſuprà probatur etiam in l.pen.in §.fin.ff.ad leg.Falci. caue tamẽ, quia ibi eſt mercenarium,ex quo legatarii agebant contra hæredem, detrahere Falcidiã prætendentem,dicentemq; bona non ſufficere, ratione tutelæ per teſtatorem adminiſtratæ, quæ de re officio iudicis exploratur, quantum ſit in bonis teſtatoris. Vnde ultra prędicta ratione etiam ſua detur,quia titulus de edendo in æquitate fundatus eſt.l.1.ff.de eden.l.fi.infra eo.ergo conuenit, ut dicebam etiam ſupra.in not.quod detur officium iudicis,quoniam huiuſmodi eſt.l.quod ſi Ephesi.ff.de eo quod cer.lo.l.æquiſſimum. ff.de bon.poſſ.ſecun.tab.& eſt argum. in l.in rem. in §.item quæcunque.ff.de rei uen. & ultimo loco à partibus ſufficienter enumeratis, quia realis nõ datur.d.l.prætor ait.in princ. ibi, quodammodo menm,non perſonalis quia obligatio non præceſſit.l.licet.§.ea obligatio.ff.de proc.l.Labeo.§. contractum.ff.de uerb.ſign.non in factum, quia datur ad intereſſe ſi non edatur. d.§.ex hoc edicto.non mandati ut * fatentur omnes Bar. hic, & cæteri.d.l.quędam.in prin.ff.eo.& dictum eſt ſupra,non ad exhibendum, quia non prætendit intereſſe domini rei, quæ debet exhiberi.l.3.§. pe.ff.ad exhiben. ergo officium iudicis neceſſariò.l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui uel alie. iur.& ita tenendum eſt.

Verum ad propoſitum dubitatur, (ut dicit Iu recon. in l.1.in §.dixerit aliquis.ff.de public.) an
28 nullitas reſultet ex hoc,† & ex mente ſcribentiũ reſpondetur, quod ſic, quia in officio iudicis libellus uno modo formatur alio uero ſi cõpeteret actio, in hoc enim tota uis iudicii cõſiſtit, & pauci ſunt,qui non errent, inquit poſt Gof.in libello iuris ciui.in princ.Abb.in proœ. praxis iudiciariç.col.1.ad fi.& habetur in c.examinata.de iudi.& in c.licet Heli. de ſimo. libellus, ergo in actione formatur & rectè quidem ſe narrentur ea quæ concludant partem libellanti fore obligatam,in officio iudicis uero, quæ debeant uel fieri poſſint ab ipſo iudice, ita Abb.in c.fi.nume.2. de offi.iudi.ideo aduertendum eſt,quia tota uis, in concluſione conſiſtit.l.ſi uoluntate. C.de reſcin.uend.& in ſimili,per Odof.in l.1.col.4.ff.ſi cer.pet.aliàs libellus foret ineptus, & ueniret lacerandus à iudice, etiam parte non opponente, ut not.in l.1.ff.de offi.aſſeſſ.& in d.c.examinata. Bartol.in l.libellorum.in §.1.ff.de accuſ.& ſi ſententia, ſuper eo feratur. nulla eſt, ſecundũ Alex.

in

in l. ſi. colum. 1. C. de teſti. in integ. neque abſolutoria etiam lata in forma diffinitiue parit exceptionem rei iudi. l. niſi quem text. ibi ita ſumat Bal. ff. de tut. & rat. diſtra.

Item & ſecundò, quia quandoque implorat miſericorditer, ut per glo. in rub. ff. de inter. act. & iſto caſu nec libellus, nec lit. conteſtatio erit neceſſaria, ſecundum Ang. in l. ſi. in prin. C. de tẽpo. in int. reſti. pe. Bar. in l. requirendi. C. de ſer. fugi. quod tamen declarat Bal. in c. ſignificante. nu. 2. de appel. in actione autem ſecus. l. edita, & ibi no. inſt. eo. c. dilecti. de iudi. idem Bal. in c. 1. nu. 17. de poſtu. prælat.

Tertiò utile eſt, quia ſemper iudex æquitate mouetur. l. quod ſi Epheſi. ff. de eo quod cer. lo. & in materia prætor ipſe. l. æquiſſimum. ff. de bono. poſſ. ſecundum tabu. §. quos autem. Inſtit. de bon. poſſ. ibi prætor ex bono & æquo dilatauit, hac ratione exclamabat Ennius. Summum ius ſumma iniuria, effecitq́; Caſſius, cum eſſet inexorabilis, ut eius tribunal reorum ſcopulum diceretur. In actione ad propoſitum ſecus. l. ut fundus. ff. communi diuid. c. licet Heli. de ſimon. & ideo in his, quæ expediuntur officio iudicis, officium iudicis ceſſat, ceſſante æquitate, inquit Bartol. in l. in fundo. num. 3. ff. de rei uend. Et nõ mirum eſt, ſi edicta omnia, quæ ſunt prætoria, ſunt in æquitate fundata, ut iſtud, & illud. quod quiſque iuris, de reſt. in integ. ex quib. cau. maior. & id genus plura.

Qoartò utile eſt, quia quando datur officium iudicis, interpellatione extraiudiciali non contrahitur mora, aliàs ſic. l. cum poſtulaſſem. ff. de dam. infect. l. mora. ff. de uſu. Alex. hic, colum. ul. Adde quod eſt caſus præcæteris ſingularis, ut p Alb. in procem. ffórum. col. 5. & non ab re, quia nullam præſupponit obligationem. l. qui per colluſionem. §. fin. ff. de act. emp. ubi non eſt obligatio, ibi non eſt petitio, ubi non eſt petitio, ibi mora eſſe non poteſt. l. ſi pupillus. ff. de uerbor. obligation. l. lecta. ad fin. ff. ſi certum petat. Iaſo. In ſti. de actio. in princ. nume. 54. ergo, & ita tranſit etiam Bart. in l. ueluti. ff. de edend. A tetio. in c. ſi quis epiſcopus. nume. 18. de accuſa. Seyſel. in l. non ſolum. in §. morte, colum. penult. ff. de noui ope. nuncia. pręterquam in collatione dotis, quę debet fieri officio iudicis, & tamen per interpellationem extraiudicialem filia conſtituitur in mora, tradit Deci. in l. uinum. nume. 14. ff. ſi certum petatur.

Quintò & ultimò, quia in officio iudicis non requiritur conſenſus patris. l. cum filiusfamilias. ff. ſi certum peta. not. in l. 1. C. qui admi. aliàs ſic: l. fina. §. neceſſitate. C. de boniſque libe. & ex his, (quo ad reliqua dicta Bar. & glo. ſi. quæ eſt additio Ceruotina, dic ut per eos, quia facilia ſunt & ex ſupradictis abſoluta) ſumus de l. iſta prima pariter expediti. Die penultima Nouemb. 1558. Patauij.

SVMMARIVM.

1 *Scripturarum tria ſunt genera, publica, ſolemnis, & priuata cum declaratione.*
2 *Argentarii olim qui eſſent, & quòd eorum officiũ.*
3 *Imperator in l. 1. C. de edendo, conſultus fuit de duobus in facto, & in iure.*
4 *L. 1. C. de edendo, duos habet intellectus.*
5 *Rationes uerbum propriè & impropriè legitur, in l. 1. C. de pact.*
6 *Aduerſarius propriè dicitur, qui mecum in iudicio litigat.*
7 *Fæmina officium argentarij exercere non poteſt.*
8 *Probationum ſpecies quinque, & quæ.*
9 *Fatuus eſt, qui ſe inſtrui petit de facto proprio.*
10 *Dubitandi ratio in l. 1. C. de eden. fundata eſt in priuilegio depoſiti.*
11 *Decidendi ratio in l. 1. C. de edend. fundata eſt. in l. nimis graue. C. de teſti.*
12 *Edictum de edendo, in æquitate fundatum eſt.*
13 *Argumentum à partibus ſufficienter enumeratis ualet.*
14 *Aemilij interrogatio in l. prima. C. de edend. an facta fuerit.*
15 *Imperator an reſpondeat quæſtioni facti.*
16 *Reus non tenetur rationes ſuas edere actori ad intentionem fundandam.*
17 *Reus actori ex cauſa rationes edere tenetur.*
18 *Liber rationum fidem facit contra ſcribentem.*
19 *Contractum ſex ualidant, creditor, debitor, res, cauſa, exiſtentiam conditionis, impletio modi.*
20 *Ius nouum non introducit legiſlator, quando reſpõdet conſultationi.*
21 *Diſpicere quid ſit.*
22 *Secundus intellectus. l. 1. C. de eden. uerus eſt.*
23 *Probatio an detur in genere.*
24 *Confeſſio an ſit ſpecies probationis.*
25 *Rationes uerbum quomodo exponatur, & an propriè intelligatur.*
26 *Reus cogitur actori rationes edere ad intentionem fundandam, ſi eo mandante, uel eius procuratore conſcripta ſint.*
27 *Reus cogitur actori rationes edere ſi caſu admiſſa ſint.*
28 *Reus ex cauſa, an teneatur iterum edere rationes actori, quando uoluntariè edidit.*
29 *Intellectus ad l. tutori. C. de neg. geſt.*
30 *Fæmina argentaria eſſe non poteſt tamen in caſu. l. 1. C. de eden. ſucceſſerat argentario.*
31 *Reus an teneatur fiſco rationes edere ad intentionem fundandam.*
32 *Vſurarius, an teneatur actori librum rõnũ edere.*
33 *Serui capacitas, & incapacitas, à domini capacitate, uel incapacitate dependet.*
34 *Mercatores noſtri temporis, an teneantur edere actori rationes ad intentionem fundandam.*
35 *Aequitas inter mercatores ſeruari debet.*
36 *Iuri ſuo non præiudicat, qui alicui actui, ut teſtis eſt pręſens.*
37 *Domus ſecreta non pandi noſtra intereſt.*
38 *Conſuetudinem allegantí, onus probandi incumbit.*

Nauta

39 *Nautæ, caupones & ſtabularii, quia improbiſſimũ genus hominum ſunt, an teneantur rationes edere actori.*
40 *Bidellus an teneatur rationes edere.*
41 *Editio, an iure actionis, uel iudicis officio fiat.*
42 *Iudicis officium remedium extraordinarium, eſt et numquam habet locum, ubi ordinarium competere poteſt.*
43 *Iudicis officium largo modo obligationem præſupponit.*
44 *Iudicis officio quod debetur, trãſit ad hæredem, et cedi poteſt.*
45 *Rei uendicatio datur contra non obligatum.*
46 *Intereſſe, & pœna differunt.*
47 *Rationes, an appellatione inſtrumentorum ex communi uſu loquendi ueniant.*
48 *Rationes actori ad coadiuuandam replicationem fundatam, an edere teneatur.*

L. 1. Ipſe diſpice.] ad euidentiam, infra dicen
1 dorum † præmitte tria ſcripturarũ genera
eſſe, publica, ſolẽnis, & priuata. publica, quæ fit
manu publica, factum contrahentium probans
inter omnes. l. deſiderium. C. depo. Bart. in l. nuda
ratio, in 2. colum. ff. de dona. Iaſ. in l. admonẽdi,
col. 62. ff. de iureiuran.
Solennis, quæ eſt trino teſte notata. l. ſcripturas.
C. qui pot. in pig. hab. Bart. in §. ſed & ſi, col.
2. in Authen. de inſtru. cau. & fi. ſi actio realis
tamen intentetur, quoniam ſi perſonalis, tunc
duo ſufficiunt, ut idem not. in §. ſi qui, in princ.
eod. tit. & lib.
Priuata uerò duplex, una extrauagans, quæ appellat
apodiſſa, ſiue apocha. l. plures apochis. C.
de fid. inſtru. Alia quæ clauditur in corpore codicis
rationum, & huius quoque una, quæ eſt omnino
priuata, nec facta ratione alicuius officii.
l. rationes. C. de prob. l. inter chartulas. C. de conue.
fiſci debito. lib. 10. Alia uerò, medium tenens
inter publicam & priuatam, ut argentariorum
& nummulariorum, & de his potiſſimum infra,
& ad idem not. etiam Bald. conſi. 149. ad fin.
uolum. primo.
2 Secundò præmitte, quòd argentarii † olim dicebantur,
qui publicis præerant menſis, & apud
quos pecuniæ deponebantur, nec aliud eorum
officium, quàm deſcribendi rationes in actionibus,
& cæteris hominum cõtractibus, quos Græci,
præcipuè Demoſthenes, Trapezitas appellãt,
& Collibyſtas.
Nummularii uerò, qui priuatas habebant mẽſas,
nihil tamen ab argentariis differentes, niſi ꝙ
illi publico muneri præficiebantur, iſti uerò priuatis
quæſtibus inſudabant, quod & Sene. in 1.
lib. declama. ſcribit, & habetur in l. quædam, in
§. nummularios, & in l. argentarius, in §. 1. ff. de
edend. & in l. ſi uentri, in §. in bonis, ubi (quod
nota) menſularii quoque à menſis appellabantur.
ff. de priui. cred. & in l. quod priuilegium. ff.
depo. & de nummulariis etiam in l. 1. in §. præterea.
ff. de offi. præfec. urb. & Mar. cap. undecimo.
Et olim dixi, quia hodie hos non habemus, ſed
notarios & campſores, quorum libris tamen, ſit
ex conſuetudine credendum, ut per Bald. in l.
prætor ait, in 2. lect. in prin. ff eod. & Salv. hic, in
ult. colum. in princ. & obſerua quòd lex Gabinia
ob id, quòd argentarii nomina conficiebant, uetabat
ius dici ex priuata ſcriptura, poſtea cũ deſiiſſent
eſſe in uſu, exoleuiſſetq; ſimul d. legis rigor,
permiſſum eſt, ut ius ex ea diceretur, ſaltem
poſt biennium. l. ſi ex cautione. C. de non nume.
pecu. & habetur Inſti. de lit. ob. in princ. quódq;
prædictis dabantur pecuniæ, ut ſupra, cuſtodiendæ,
fœneratò interdum, interdum gratuitò. licet
Plau. in Aſinaria, ut plurimum uſurpet eos, & pro
fœneratoribus ponat. Et quòd denique hoc nomine
uocatus eſt Octauius Auguſti pater, re &
æſtimatione tam magnus tamen, à principio etiã
ætatis, ut maximè (quẽadmodum in uita ipſius
ait Sueto. Tranquillus, grauiſſimus author) mirandum
ſit, & ad ipſius Auguſti ſtatuam proſcriptionis
tempore aſcriptum, pater argentarius, ego
corinthiarius, ut ibidem.
3 Tertiò præmitte, ꝙ Imper. fuit conſultus † de
duobus, in facto, & in iure. factum reſpiciũt uerba
illa, ipſe diſpice: ius uerò illa, nam qd deſideras
* &c. & ita * communiter tenetur.
4 Quartò præmitte, † ut hic per Bal. quem etiam
refert & ſequitur Iaſ. quòd iſte text. duos habet
intellectus in uerbo, quemadmodum, quorum
unus eſt, ut exponatur ex qua cauſa, & ad uerbũ
deberi referatur, & non ſit uerum, ſeu uerus, quia
certa cauſa præſupponitur, dum depoſiti text.
mentionem facit: alius autem, ut exponat quemadmodum,
id eſt quo genere probationis, & reſpiciat
uerbum probes, & iſte eſt communis.
5 Quintò præmitte, legi ſimiliter † duobus modis
uerbum, rationes, adhuc in tex. poſitum, ut
* dicunt * omnes. primò propriè, & iſte rurſum
uerus eſt: ſecundò uerò aliter, ut non de rationibus
intelligamus, ſed de inſtrumentis, deque ipſorum
editione, & iſta uiolat literam, ut infra
latius.
6 Sextò præmitte, ꝙ de proprietate † ſermonis
aduerſarius dicitur, qui mecum in iudicio litigat,
& etiam ante litem inchoatam, quia hic nõ
erat cœpta, ut per Dec. in 1. not.
7 Septimò & ultimò præmitte, ꝙ fœmina † officium
argentarii exercere non poteſt, qm̃ ea opera
(inquit tex.) uirilis eſt, in l. fœminæ. ff. eod. &
in ſimili in l. fœmina. ff. de reg. iur. & in l. fi. ff. de
tute. Barba. plenè in c. 1. colum. 14. de proba. niſi
tamen hoc idem eis eſſet de conſuetudine permiſſum,
ut ſenſit Pet. de Bellaper. hic, & Sal. poſt
eum, & Barba. in loco præalleg. & dicetur, ſi oportuerit,
infra.

¶ Additio.

Potes etiam ad intellectum infra dicendorũ
8 præmittere aliud, quòd quinque † ſunt probationis
ſpecies: per teſtes, per inſtrumenta, per ad
uerſarii

uerſaril confeſſionem, per quęſtiones ſeruorum,
& per oculorum ſubiectionem deniq; , & quòd
in l. iſta nec 4. nec 5. locũ habere poteſt, ut pul-
chrè hic per Odof.

Summa ponitur per Bart. & doct. Diuiditur,
* ut ſentit Cy. & cæteri* communiter in duas par
tes, dictumq; eſt ſupra in euiden. ꝙ Imper. fuerit
conſultus ſuper facto & ſuper iure, quòdq; con-
ſulat quo ad factum, reſpódeat uerò quo ad ius.
ſecunda ibi, nam quod deſideras.

9 Sed nõ uidetur hoc ipſum poſſe † procedere,
quoniam fatuus fuiſſet Æmilius, de quo hic, pe
tere ſe inſtrui de facto proprio. l. fi. pro ſuo. & in-
epta Imp. reſponſio. & ideo Ripa hic dicebat, ꝙ
imò conſultus fuit de uno tãtum, an aduerſaria
edere teneretur, necne. Iudicio meo, nec uerũ,
nec ueriſimile, ex quo ob. dictio illa, nam, q̃ & ſi
ſit orationis continuatiua, duo tamen dicta eſſe
deſignat. l. nam & fœminæ. l. nam ita diuus. ff. de
adop. l. 2. ff. de act. ret. amo. l. nam & ipſum ius.
ff. de iuſti. & iur. cum ſim. Nec facit, quòd fatuus
fuiſſet Æmilius, uelle inſtrui de facto proprio, ĩ
quo non datur ignorantiæ præſumptio, maximè
ſi factum ſit recens, ut per Cy. in l. fi. col. 1, C. ſi cõ
tra ius uel uti. pub. & Bart. in l. non fatetur. ff. de
confe. Imò ꝙ ét data temporis longinquitate, nõ
præſumeretur ignorantia, quando eſſet factũ no
tabile. caſus eſt in c. cum illorum, in fi. de ſen. ex-
com. quem tex. dicit ad hoc ſing. Ro. conſi. 391.
col. 2. quia uerum eſt, nec ea rõne debuit Impera
torem interrogare, ut dicemus infra, qui non im
meritò reſpondet, ꝙ cum nemo melius ſcire poſ
ſit, quàm ipſe, diſpiciat quomodo ſit depoſitum
probandum, qm̃ aduerſaria ſua non tenetur ſuas
rationes edere, & eſt uериſſimus literæ ſenſus.
Nec potuit etiam ex dicto capite dici fatuus, cũ
non eſſet forte factum tam recens, ut potuerit re
cordari, quod uerbum diſpice indicat, cuius ſen
ſus eſt, id eſt diligenter aſpice, & perquiras.

Vel miles, & ſic rudis, cui hoc ipſum etiam
licuiſſe uidetur. l. precibus. C. de impub.

Caſus clarus eſt, & ratio dubitandi fundata in
10 priuilegio depoſiti, † ut hic per Deci. ſenio. Deci
11 dendi uero † in l. nimis graue, de teſti. ex quo de
poſitum eſt priuilegiatum in caſibus à iure expſ
ſis, & quando factum fuiſſe conſtaret, ubi alias
hic negatur.

12 Vel nouiſsimè deducẽdo dicamus † dubitãdi
rationem facere, ꝙ editio hic negari non poſſit.
primum quia edictum iſtud in æquitate funda-
tum eſt. l. fi. infra eo. l. 1. l. prætor ait. ff. de edend.
æquitas autem dictat, quòd reus edat actori, ſi a-
ctor edit reo. l. fi. ĩfr. e. & eſt arg. ĩ c. nouit, de iud.

Secundò, ut ueritas inueniatur. l. non eſt no
uum. l. 2. infra eo. cùm nec ſint ad aliud nobis da
ti iudices & magiſtratus, quàm ad iſtud. l. 2. §.
poſt originem. ff. de orig. iu. c. iudicantem. 31. q.
5. plenè Barba. in cap. ſi diligenti, nume. 9. de fo
ro competenti.

Et maximè, quia mulier hic, d. rationes occul
tando, non uidetur dolo carere, arg. in l. dolus. ff.
man. imò quòd in falſum incidit, qui tale quid
facit, ne ueritas appareat. c. olim, de reſcrip. not.
in l. Paulus. ff. ad legem Cor. de fal.

Tertiò, quia ſi in criminalibus hoc idem uide
mus, quòd reus torquetur, ut ueritas eruatur. l.
1. ff. de quæſtio. plenè Ant. Cap. deci. 27. nu. 2. &
3. quanto magis dicendum eſt iſtud in ciuilibus,
ut ad editionem teneatur.

Conſiderando etiam & 4. nunquam eſſe ab
aliquo negandum, qđ alteri prodeſt, & ſibi non
nocet. l. in creditore. ff. de euict.

Quintò & ultimò, quia reus tenetur poſitio-
nibus actoris reſpondere per iuramentum cre-
dulitatis. l. 2. §. quod obſeruari. C. de iura. cal. Ri-
mi. hic, col. 1. Dec. & Cur. ille num. 8. iſte 6. Cyn.
ante eos in auth. hoc ius porrectum, col. 1. C. de
ſacroſan. eccl. ergo & multomagis hęc mulier ra
tiones edere, præſertim hoc caſu, ubi de depoſi-
to agitur, quod priuilegiatũ eſt ſui natura, adeo
ut nec Æmilio petenti hoc idem ſit in caſu præ-
ſentis legis negandum.

Ratio decidendi eſt, ut ſuprà, & ut in aliis le-
ctur. fuſius.

Non obſt. inducta ad oppoſitum, quia primũ
uerum eſt, reo edi, non è cõtra actori, ad effectũ,
de quo in l. 1. ſupra alleg. uel qñ rationes mandã
te eo, qui ſibi edi petit, uel procuratore conſcri-
ptæ ſunt. d. l. prætor ait. nec æquitas hoc ipſum
ſuadet ex alio, quia actor edat reo, ut dicebatur,
quia illud eſt, ex quo à ſe ipſo inſtructus eſſe nõ
poteſt, & ut infra latius.

Secundum autem uerius in actis, quæ cõmu-
nia ſiunt, & ubi de ſolutione probanda ageretur,
quæ ſui natura fauorabilis eſt, ut not. in d. l. non
eſt nouum, & per Ang. in l. non tantum, in §. qđ
ſi pro emptore. ff. de petit. hær. uel quando ueri-
tas aliter haberi non poſſet, ut per But. & Imo. in
c. 1. de probation.

Tertium ſecum reſponſionem habet, id in
criminalibus uerum eſſe, fauore publicæ utilita-
tis. l. ita uulneratus. ff. ad legem Aquil. & non in
ciuilibus, ut hic per Odof. in princ. ſed obſt. text.
in l. abſentem. ff. de pœ. & quia reg. l. qui accuſa-
re, ut ibi no. ſcriben. non ſolum in ciuilibus, ue-
rum ét in criminalibus, locum habet, & proba-
tur in l. de minore, in §. tormenta. ff. de quæſtio.

Vnde dic aliter, ꝙ torquet legitimis præcedẽ-
tibus indiciis, uel per uiã accuſationis procedat,
uel inquiſitionis, ad arbitrium iudicis. l. fin. ff. de
quæſt. l. cũ probatio. ff. de prob. & ſic non ſimpli
citer, nec poſſit ob id inferri ad caſum noſtrum.

Non obſ. quartum, quia noceret, ex quo arma
ſumerentur ſic de domo rei, dictu abſurdiſſimũ,
ut ſupra, & in l. 2. C. quando & quib. quar. pars
debe. lib. 10. & quia etiam non debet ab alio in-
ſtrui, qui ad iudicium inſtructus uenire debet. l.
ſi quando. C. de dila.

Non qntũ deniq; & ult. quia id eſt uerum in
editione uerbali, nos aũt ſumus in editione ſcrip

turarum.ſed ut nouiſſimi Bononien.quorum etiam fuit reſponſio,dicebant, ſi id eſt in confeſſione propriæ & uiuæ uocis uerum,quanto fortius uerum erit in editione ſcripturarum, & uocis mortuæ. & ante eos Imo.in l.nuda ratio, ad fin.ff.de donat.igitur alia eſt reſponſio, ut infra. & licet ſit aliàs depoſitum priuilegiatum i multis,non tñ eſt hoc caſu,& maximè quia non conſtabat.l. 1.iuncta gl.ff.ſi quad.pau.ſe.di.Barba.in c.1.col. 14.de prob.

¶ Additio.

Poſſent,priuſquam ad notab.ueniamus, for-
13 mari etiam aliquæ opp.diſputationis gratia,†& primo à partibus ſufficienter enumeratis, ꝙ Imper.in facto non debuerit interrogari,ex quo Æmilius etiam ignarus nó præſumitur. l.eũ quem temere.§.1.ff.de iud.l.fi.ff.pro ſuo.l.quiſquis.C. de reſcin.uend.

Nec etiam in iure,quia quiſq; pariter ſcire leges tenetur.l.leges ſacratiſſimæ.C.de legi.l.ſciendum.ff.de uerb.obl.c. 1.de poſtul.præl.nec de iure interroganti eſt reſpondendum. l.ornamentorum. ff.de au.& arg.leg. & ita etiam arguit Iaſ.in l.ſed & ſi quis,in §.quæſitum,col.4. ff.ſi qs cau. & not.ꝙ ſicuti q.facti non reſpondetur,quia facta ſunt incerta,ut infra,non reſpódetur pariter. q.iuris,quia ius eſt ſemper certum.d.l.ornamentorum.l.cum quidam. §.ſuum.ff.de acq.hær.

Secundò ꝙ inepte ſcriben.hic, Cur.Seni.Iuni. & alii,& nos maximè,in 1.lect.dicant, dubitãdi rõnem fuiſſe,quia depoſitum eſt priuilegiarium (non mireris,quia ita dici & ſcribi debet,nó priuilegiatum,unde creditores priuilegiarii quoq; dicti ſunt.l.ſi uentri.§.in bonis.ff.de priui.cred.) cum non appareat,nec probatum ſit, unde non entium non eſt qualitas.l.eius, qui in prouincia. ff.ſi cer.pet.nec ibi poteſt eſſe accidens, ubi non eſt ſubſtantia,niſi miraculosè & in abſtracto.l.ſi ſeruum.§. 1. ff.de act.emp.c.cum Marthæ,de cel. miſſ.& ad propoſitum facit reg.l.in lege.ff. de cõtrahen.emp.& glo.in l. 1.in prin. ff.ſi quad.pau. fe. di.ibi,ſi dicatur,& uerum ſit,& tex.optimus in l. diuus.ff.de mil.teſt.

Tertiò & ultimò,quomodo dicta in argentariis, poſſint procedere,quòd conficiebant nomina,rationesq; ſuæ eſſent huiuſmodi,ut aduerſus eas nihil obiici poſſet, nec ex priuata ſcriptura ius diceretur,cum tamen uideamus cõtrarium, quòd imò ius dicitur, ſaltem poſt quinquénium olim,hodie poſt biennium.l.ſi ex cautione.C.de non nume.pecu.& Inſtit.de lit.ob. in princip.& in §.multum.

14 Breuiter ad primum dici poteſt † uerum eſſe, quòd interrogari non debuit, quòdq; fatua fuit Æmilii interrogatio,ſed non ut non potuerit interrogatus ab Imp.humanitatis pleno, conſulendo refelli,eo modo quo fecit,cum reſpondere aliter non teneatur,ut infra ꝙ ipſemet diſpiceret, quo probationis genere cõſultũ ſibi eſſe poſſet.

Vel (ut diximus ſuprà) quia forte factum nó erat tam recens, ut potuerit recordari. l. peregre. ff.de acqu.poſſ. Vel quia in ius alterius ſucceſſerat, & iuſtam ac probabilem habebat ignorãtiæ cauſam.l.qui in alterius.ff.de reg.iu.Vel qa erat miles rudis & expers.l.1.C.de iu. & fac.ign. l.fi. C.de in.delib.l.precibus.C.de impu.

Item uerius eſt,quòd quis debet,& præſumitur ſcire leges,per ſe,uel per alium, quia à cómuniter accidentibus, uidemus ꝙ maior pars hominum iura ignorat,imò quòd quandoque (ut eſt in prouerbio) bonus dormitat Homerus, ꝙq́ue periti fallũntur ſæpe, maximè in his, quæ dubitationem habent.l.2.§. Seruius autem Sulpitius.ff. de orig.iur.& ita reſpondet Alex. conſi.73.colũ. 3.uol.2.& probatur in l.in bonorum . ff.de bon. poſſ.& in l.regula, in princ. & in §.pen.ff.de iur. & fac.ignoran.& in l.iuris ignorantiam,& ibi dixi,C.qui admi.ſi poſſumus igitur interrogare peritiores,eosq́; cõſulere,ut in d.locis, quãto magis potuit Æmilius hic Imp.qui eſt pater & fons legum,& cuius proprium eſt condere,easq́; interpretari & tollere.l.fi.C.de pręſcrip.lon.temp. l.fin.C.de legi.

Ex quo tollitur etiam aliud, quòd interroganti de iure non eſt reſpódendum, quia uerum eſt in poſitionibus, quæ fieri non debent iuriſcripti,ex quo non releuant nec grauant,& ubi non fit poſitio,ibi non eſt probatio neceſſaria, ut no. in l.2.in §.quod obſeruari.C.de iuram.cal.& per Bald.in c.dudum.2.in 2.col.de elect. & pulchrè conſi.238.ad fi.uol.1.

Non obſt.ſecundum, quia tolerabile eſt, & ſi aliæ longè meliores adduci poſſint, ut ſupra: qđ probo authoritate & ratione.authoritate glo.in l.eunuchis.C.qui teſtamen.fac.poſſ. quam ibi etiam Cyn.uti ineptam reiicit,& dicit (uerbis ipſius utar) nec muſcam ualere quidem.Sed Odo fre.probat,& cum ea tranſit,nec ab re,quia uidemus ſic quoque,ꝙ ſimile,quamuis remotiſſimũ ſit, admittitur.c.quærenti,de offi.deleg. Bar.in c. non debet,in princ.de conſang.& affin. Abb.in procœ.Greg.in 7.col.Ratione, quia ſi poteſt aliquando eſſe lex etiam ſine dubitatione. l.3. ff.de natu.reſtit.l.filium eũ diffinimus.ff.de his q ſunt ſui uel alien.iur.plenè Dec.in c.1.lect.1.colum. 12.de iudic.tolerabile eſt etiam, quòd ſit dubitabilis,quamuis ratio fatua uideatur, uel ridicula, ut glo.præalleg.l. eunuchis.imò quòd plęrunq; lex ipſa fatua eſt,& fatuam ſequitur rationé,ante qua ſcilicet, à Iuſtiniano correcta,quòd pater inſaniem uel poſthumum, qui nullam ingratitudinis cauſam commiſerant,poſſent à patre,odio matris, exhæredari, & à matre, odio mariti.l.ſi quis in ſuo.§.legis.C.de inoffic.teſtamen.Cui.in l.poſthumo,ubi & nos multa. C.de bon. poſſeſ. contratabul.

Non obſtat tertium & ultimum, quia iam ex ſupradictis ſublatum eſt, quòd ex priuata ſcriptura ius dici poſſit hodie, non olim, poſtquàm Gabinia lex, & argentarii pariter, in

uſu

nſu eſſe deſierunt.c.non debet, de conſan.& affi. l.unica, in princ.C.de cad.tol.

15 Modò, & primò notat † Bar. q; Imper.non reſpondet q. facti.l.eum quẽ temere.§.fi.ff.de iudi. quem tex.citat glo.in l.1.C.de rela.& in l.ſolẽt, ĩ §.legatos.ff.de offi.procon.& ratio eſt, ut per Iuriſcon.in l.2.ff.de iu.& fac.ign. aduertit Iaſ.hic, in prin.alia aſſignatur in d.§.1. q; hoc ideo ſit inductũ à lege, ne reddatur interrogans ſuſpectus, & efficiatur infamis, & quia hæc res reſpondenti tribuere materiã poſſet gratiæ uel ambitionis. Vnde non immerito dicitur alibi (in iudice enim delegato loquitur tex.prædictus) tu magis ſcire potes quanta fides ſit teſtibus adhibenda. l. 3.§.1.ff.de teſti.& alia denique in l.mora.ff.de uſur.q; non reſpondeat, quia facta ſunt incerta, ſignanter tamen per d.l.2.& eſt uerum.l.unica.C. de ſen.quæ pro eo, quod inter. Bald. in authẽ. ex cauſa, in 8.col.C.pe lib.præte.

Tamẽ dubitationis gratia aduerte, ne hoc minus rectè dictum uideatur, qm̃ imò Æmilio interroganti hic, Imper. reſpondet, cum dicit, ipſe diſpice. Et ad idem uidetur caſus in l.diuus. ff. de offi.præſi.ubi liquidò apparet, ſuper facto Imperatorem conſulium, Diuum Marcũ, Scapulæ reſpondiſſe, quo ad Ælium priſcum, furioſum, an ſub diſſimulatione furoris, matrem interfeciſſet, necne. Et clarius etiam in l.idem erit. ff. de ſtat.homin. ubi relicta libertate Arethuſæ, ſi tres peperiſſet filios, hæcq; primò duos pariat, poſtea alios duos, quod non ſunt ambo ingenui, ſed q poſterior natus eſt (quæſtio.n.facti eſt potius, quàm iuris) inquit text.ibidem. Et alibi q; facti queſtio eſt, in arbitrio iudicantis, non in legis authoritate, in l.1.in §.calumniatoribus, ad Turpi. Bal.plene conſi.301.in prin.uol.1.

Vltimò eſt tex.in l.2.in §.fi.ff.de dona.ubi etiã dicitur facti potius quæſtio eſt, quàm iuris in caſu, de quo ibi.

Niſi ad primum dicamus, & eſt uerum, quòd reſpondet conſulendo, ſm Rim.hic, & bene.Iage cum Geminiano.C.de tranſac.& præcipuè qa cõſultus melius id ipſum ſcire põt, quàm alius, & ut in aliis lect.latius etiam ego. & nouiſſimè ad idem addo tex.in l.2.in §.1.& ibi Ang.in princip.ff.ſi ex nox.cau.aga.

Et ad ſcholares, maximè prælatos & nobiles, inferri poteſt, qui cum huc ſe conferant ad iuris peritiam aſſequendam, non debent aliquem interrogare quem audiant, nec precibus ſciolotũ quorundam flecti, ſed unumquenq; auſcultare, & eũ, qui ſibi ex multis magis placeat, & à quo planè inſtrui, ac edoceri poſſe putent, eligere: ex quo nemo melius quàm ipſi, hoc idem ſcire atque intelligere poterit. nihilominus rogari & coli amplius nolunt, & nos (ut in 6. Vitruuius grauiſſimus author ait, de Architectis loquens) à præceptoribus noſtris didicimus (ambiant alii, & rogent, ut iubet) rogatum, non rogantem, docendi curam ſuſcipere oportere. Vnde (ut ſubiicit) forte mirandum non eſt, q; ita pluribus ignoti ſimus. Ad ſcdm uerò, & tertium, ex quo idu ctio quoq; d.§.calũniatoribus tollet, q; ſup facto conſuli põt, non ut rñdeat, rõnibus ſupradictis, ſed ut legem cõſtituat, ſiue ius dicat, qm̃ ex facto oriẽ.l.ſi ex plagis.§.in cliuo capitolino.ff.ad l.Aq.

Vel, dic, q; imò quid iuris ſit tm̃ quæratur, propoſito prius facto, ut uidetur ſentire gl. in d. l.eũ quem temere, quia non potuiſſet aliter reſpõdere de iure.l.precibus.C.de impu.l.ut reſponſum. C.de tranſac.cum ſimil. Vel & aliter, ut p Alb. ibi, & Dec.hic, q; cõſulitur ſuper facto ambiguo, puta quia probationes ſunt pares, & tunc liceat, aliàs non. Sed eadem eſt cum aliis, ex quo conſulitur, ut reſpondeatur de iure.

Cogitabam ego tũ aliter, hoc ipſum pro rñſio ne deduci, q; ſi factum, reſpectu interrogãtis, certum & indubitatum fuerit, incertum uero, ſeu dubium, quo ad alios, tunc nec interrogetur Imperator regulariter, nec interrogatus reſpõdeat, rõnibus de quibus, ſuprà ut hic, & in l.Seię, in §.fi.ff.de fun.inſtr. ſi aũt certum & ſine dubitatione, tam reſpectu interrogantis, quàm interrogati, ſecus: & iſto caſu teneatur reſpondere, ſed ut dixi, ſupra de iure, & qd iuris ſit.l.precibus.C.de impub.l.ne cauſas.C.de ap.l.3.C.de rela.

Adde etiam, q; regula iuris eſt, & non facti, ut per Bal. in l.ut nim, col.3.ff.de iuſtit.& iu.qui in materia ſignanter ita dicit ibidem, p tex.in l.3.in §.1.ff.de teſti.& in l.mora.ff.de uſu.alleg.ẽt ſup.

Scdò adde, q; pari modo ſupplet iudex de iure, non de facto.l.1.C.ut quæ deſ. aduo.

Tertiò adde, q; ſic iudex potius ius, q̃ factum ſequi debet.l.quædam mulier.ff.famil.erc.l.Carmelia pia.ff.de in.pa.Bal. in l.tale pactum, in §.q pronocanit, in repe.in 7.col.ff.de pac.

Quartò adde, q; factũ eſt cã remota, ius uerò proxima, ſm eundẽ Bal.in l.1.in 4.col.ff. de edẽ.

Quintò adde, q; ſicuti ex facto ius oritur, ita oritur actio ex iure, ut ibidem.

Et ad propoſitum redeuntes, ſi Imper.non reſpondet quæſtioni facti, niſi ut dictum eſt, indubitatum uidetur, quòd reſpondeat qõni iuris, ut hic, in uer.nam quod aduerſaria tua &c. & ut etiam ſuprà, & nouiſſimè habetur in l.ultima. C. de relat.& in l.ſolent, in §.legatos.ff.de offic.procõſ.& in §.fin.in Authen.de iudic. cum declaratione tamen, ſi dubia ſit, ut Alber.not.in d.§. legatos, & probat text.in d.§.fina.& non ab re, quia ubi non eſt dubium, ibi non uidetur neceſſaria prudentum interpretatio.l.2. §.his legibus latis.ff.de orig.iur.argumen.in l.ille aut ille, in §.cum in uerbis.ff.de legat.tertio, & in l.continuus, in §.cum ita.ff.de uerborum obligatio.& hæc ſufficiant (quid enim ſit alias quæſt.facti & iuris patet, & dici etiam poteſt, ut per Bald. in l. Arethuſa.ff.de ſtatu homi.colum.1.) quoad primum not.Bart.

16 Qui no.& ſecundò q; reus † non tenetur edere ratiões ſuas actori, (γραμματα, γραμματεων,

 Greci

Græci dicunt, edere rationes,) & ad intentionẽ fundandam. & ex eo maximè probatur, quia exceptio in uno caſu, firmat reg. in non exceptuatis. l. quæſitum. §. denique. ff. de fund. inſtru. l. Aquilius Regulus. ff. de don. l. Caii Caſſii. ff. de fideicom. liber. imò ꝙ officium eius non aliud eſt, quàm huiuſmodi, inquit Bald. conſi. 131. col. ε. uolum. 1. & alibi, quòd purgat eam ab iniquitate, in c. ſicut, in princ. de prob. & quòd introducta fuit, quia impoſſibile uidetur, quòd inuētiones humanæ, cauſa unica, atque uniformi rõne complecti poſſint. l. non poſſunt. ff. de legi. l. mora. ff. de uſu. l. 4. ff. de' præſcrip. uerb. cum ſimilib. ſed (ut hic dicitur) ex cauſa edi ſolent, & ad iudicis officium quidem pertinet, ergo non regulariter, & cũ hoc deſideratet Æmilius, fruſtra (ut innuere tex.) iſtud ipſum deſiderabat, quia non eſt iuridicum. & nota quòd quamuis naturale ſit petere, & in præſenti caſu cõſilium, ut inquit Bart. in extrauag. ad reprim. in uerbo figura, per tex. not. in c. afferte mihi gladium, de præſumpt. debet tamen petitio eſſe iuſta & tolerabilis, ſecũdum Inno. in c. examinata, de iudic. aliàs non admittitur. c. cum in iuuentute, de purg. ca. Bal. in l. ordinarii, in pen. col. C. de rei uend. & ſic deſiderium pro petitione capitur. l. deſiderium. C. de po. l. ſi quis à liberis, in princ. ff. de lib. agno. l. ſi. infr. eo. Barb. in c. 1. colum. 14. de prob. & ſimilibus uerbis etiam utitur Iuriſcon. in l. eum ita diuus. ff. de adopt.

Et quia (ut in figuratione caſus dicebam) cũ à ſeipſo inſtrui debeat, ab alio non eſt inſtruẽdus, ſumendaq; arma de domo rei. l. ſi quando. C. de dila. adde ꝙ ſignanter ita etiam dicitur in l. ſi qs ex argentarius, in §. prætor ait. ff. de eden. uulga. l. nimis graue. C. de teſti. & quia rei officium eſt ſe defendere, non impugnare, Inſti. de excep. ĩ princip. Bal. in l. ſi. col. 3. inſt. eo.

Et licèt ſimpliciter dicamus, ꝙ iuſtam ac probabilem ignorantiæ cãm habet, qui ſuccedit in ius alterius. l. qui in alterius. ff. de reg. in. uerũ eſt in eo qui conuenit͛, non in eo q agit, qm̃ ex ignorantia probabili non excuſatur, cũ in ſua ſit poteſtate, qn̄ agere nolit, ut ibi no. per Dec. nu. 5.

Conſiderando aliud quoq; nouiter, ꝙ ſi rationibus prædictis fauore rei ita inductum eſt, nõ debet hoc ipſum ad ipſius læſionem retorqueri, qđ utiq; eſſet, ſi teneretur edere, uulga. l. quod fauore. C. de legi.

Et uidetur caſus clarus in d. l. ſi. in fi. infr. eod. ubi non oportet originem petitionis fundari ex inſtrumentis eius qui conuenitur, uerum appellatione inſtrumentorum ueniunt etiam rõnes. l. 1. & ibi Bar. C. de iur. calum. diximus in rubr. ſupra eod. ergo. & pondera ſm̃ cõem intellectũ, ꝙ dixit originem petitionis, quia tenet͛ edere ad fundatã replicatione coadiuuandã, ut ibi p Doc.

Et clarior in c. 1. de prob. imò quòd decretalis illa, ut ibi inquit Barb. col. 20. uenit ad declarationem d. l. ſi. nulli dicendum eſſe, ut ea, quæ cõtra ipſum faciunt, in medium proferat. & ad extenſionem addas tu l. nimis graue, præalleg. C. de teſti. Vnde & bene Alex. in l. cum quidam, in §. qđ dicitur, colum. 2. ff. de acq. hær. dicebat quoq; ꝙ hæres, qui tenet͛ denunciare occiſores defuncti, non denunciat ſe ipſum. autem tex. ad idem, in l. de minore, in §. tormenta. ff. de qſtio. & ita tranſeunt omnes, nec põt facilè contrarium teneri.

Tamen aliqua obſtare uidentur, & potiſſimũ illud, quod in figuratione caſus inſolutũ reliquimus, ꝙ ſi poſitionibus extorqueri poteſt cõfeſſio rei, non eſt ratio, qua dicatur, cur non ẽt ſuas rãtiones edere teneatur.

Reſpondent Doct. in d. c. 1. præſertim Butr. & Abb. ꝙ illud ideo eſt inductum à lege, quoniam quo ad confeſſionem rei inſtructus eſſe actor nõ potuit. Et male, inquit Dec. hic, & in d. c. 1. quia potuit eſſe inſtructus ſaltem aliis modis.

Dic tu, reſpõſionem eſſe ueriſſimam, & replica, ꝙ ſi potuiſſet aliis modis eſſe inſtructus, poſitiones non feciſſet uerìſimiliter. l. dñs teſtamẽto. ff. de teſta. clem. auditor, de reſcr.

Aliter etiam idem Dec. reſpondet, utrobique adhuc, ꝙ differentia eſt inter confeſſionem & inſtrumenta, ſeu rationes: quoniam ſi ederent͛ immediatè conuincerent͛, ubi alias poſitiones ẽt negari poſſunt. Qđ adhuc non eſt uerìſimile propter iuramentum. l. 2. §. qđ obſeruari. C. de iura. cal. c. 1. de confe. in 6. & utrobiq; not. & ideo ita conuinci poteſt confeſſione, ſicuti inſtr̃is & rõnibus, & ſic reſponſio falſa, & prima melior.

Tertiò etiã Cur. reſpondet, poſt Pet. tñ & Cy. in l. in contractibus, in §. illo, per illum tex. C. de non nume. pec. & in l. actor qđ aſſeuerat. C. de ꝓba. quòd uſus poſitionum iſto iure non erat cognitus, hodie autem ſic, propter breuiorem litiũ expeditionem, clem. ſæpe. §. & quia, de uerb. ſig. igitur non mirum, ſi non cogebatur reus edere. ſubiiciens, hodie correcta ratione legis, ꝙ correcta etiam erit lex, & tenebitur reus edere, uulga. l. 1. ubi glo. magiſtra. ff. de legi. tu. dicens in ſimili, quòd ſoli agnati lege xij. tabul. uocabantur ad tutelam, ex quo ipſi ſoli etiam ad ſucceſſionem admittebantur. l. prima. §. denunciari. ff. de uent. inſpic. hodie autem ratio legis correcta eſt, ſublata differentia agnationis, & cognationis. §. nullam, in Authen. de hæred. ab inteſta. uen. ergo & lex.

Quæ nec adhuc placet, quoniam (ut dicebam aliàs, & eſt uerum) negari põt, ꝙ fuerit correcta legis ratio. l. unica, & ibi Bal. in 1. col. C. de cadu. tol. ex quo non ſimpliciter cõſitetur, ſed iuratus, & d. poſitionum uſus inuẽtus, in ſuffragium & releuationem probationum, ut earum facultas ampliaretur: & ea rõne, ſicuti diximus, ut abbreuiarentur lites. declarat idem Cyn. in d. §. quod obſeruari, in 4. colum. Bald. met in c. dudum. 2. in 2. colum. de elect. ergo non ut directò & ſimpliciter probationes & arma ſumerentur de domo rei, quia quod non mutat͛, cur ſtare prohibetur,

tur. l.ſancimus.C.de teſtamen. l.præcipimus.C. de appel.l.fi.in princ.C.de lati.lib.tol.

Vel & nouiſſimè dici poſſet, quòd imò uſus, earum habuerit ortum à iure ciuili. l.Officius. ff.de leg.3.l.Claudius Felix. ff.qui pot.in pign.ha be.ſed melius eſt dicere, ut ſuprà, quoniam prædictæ leges non in poſitionibus loquuntur, ſed de interrogatoriis, quod Natta declarat in d.§.& quia, colum.1.& Barto.in l.ubicunque, colum. 5.ff.de interrog.act.

Quartò reſpondet Ripa (aliam etiam idem Cur.ponit, nu.6.ante præcedentem, ſed quia friuola eſt, ut per eum, nō refero) q; poſitiones fiūt ad effectum probandi & extorquendi confeſſionem, editio uerò ad finem reſpiciendi tantum. Peior cæteris, quia editio eſt propter probationem, argu.in l.nomen filiarum, in §.habere.ff.de uerb.ſign.cum uulg.prima igitur tenenda eſt, ut pote cæteris ſolidior. Vel & fuſius dicendum, ut dixi etiam in 2.lect.

Secundò obſ.contrarium urgentiſſimum.l.3. §.ſciendum.ff.ad exhib.ubi quis tenetur ad exhibendum, remq; exhibere, conſiderato ſolius petentis intereſſe. cur nō ergo etiam hic edet reus rationes actori, cum d.caſu quoq; ſumantur arma de domo ipſius. Augeo difficultatem, quoniam termini pares eſſe uidentur, ex quo dñium præſupponitur utrobiq; ex parte agentis, ibi qa actio ad exhibendum eſt præparatoria rei uendicationis huiuſmodi, ut præſupponat (ſicut dixi) dominium ex parte agentis, hic uerò ratione depoſiti, in quo etiam dominium & poſſeſſio retinetur.l.licet.§.rei depoſitæ.ff.depoſi. adhibita tñ diſtinctione, de qua in l.Lucius, & i l.die ſponſaliorum, in §.1.ff.eod.

Quod quidem inſolutum Cur. relinquit, ſed tenendo commune dcm Bart. & rōnem fundatā in d.l.nimis graue, ut ſuprà, reſpōderi facilè pōt aliis ſepoſitis, q; cum in actione reali ſit antecedens neceſſarium, cui conſequens conceditur, eidem quoq; concedi uidetur antecedens. l.ad legatum.l.ad rem mobilem.ff.de procu.l.oratio.ff. de ſpon.l.2.ff.de iur.om.iu. Vel etiam aliter, qm̄ intentatur ēt ſi uendicanda res non ſit, ut in d.§. ſciendum, ubi optionis exemplum, q; cum non fiat exhibitio, niſi ex cauſa, non ab re eſt ſi reus ad exhibendum tenetur, ſicuti etiam & rōnes edere hic, ſed non regulariter, & abſque cauſa, & ſic non obſt.

Tertiò & ultimò obſt.qm̄ ſatis dictū eſt aliàs, quomodo poſſit hoc pcedere, q; actor edat reo, l.fi.infr.eo.dictumq; fuit ſupra, & non reus actori, cum tñ regulare ſit q; in principio iudicii magis faueamus actori, quàm reo, in medio utriq;, in fine reo magis quàm actori.l.de die, & ibi plenè per Docto.ff.qui ſatiſd.cog.

Quod etiā facilè reſolui poteſt, ſi dixeris, hoc idem uerum eſſe in reſpicientibus litis ordinationem, ubi in editione rationum iudicii ſubſtātia & fundamentum conſiſtere uidetur, ut ibi not.tradit Bart.in l.inter ſtipulantem, in §.1.col. 2.ff.de uerb.oblig.

Tertiò notat Bart.q; licèt reus edere nō tenea 17 tur actori regulariter, tenetur tñ ex cauſa † iudicis officio, probatumq; eſt proximè ſatis.

Tamen ad primum adde non ab re, ut dicebā aliàs, quia ſemper excepta uidetur in quacunq; diſpoſitione.l.ſi hominem.ff.man. quem tex.dicit oo.Rui.præcep.conſi.106.nu.4.uolu.1.& in materia probatur in l.ſi quis ex argentariis, in §. fi.ff.eo.ubi iterum edi poſtulanti uetat prætor, ſi non ſit cauſa, & in §.prætor ait, ea. l.ubi argentario non editur, quia à ſe ipſo inſtructus eſſe pōt, & tamen ex cauſa ſecus, quia editur eius heredi.

Et ad propoſitum pulchrè dicit Bal. q; ex cauſa fieri pōt id, qd ſine cauſa fieri non pōt, q.q; bene fieri præſumit, et bona fide, qñ cauſa iubet, in l.contra iuris ciuilis regulas, in §.ſi filius, i fi. ff.de pact.& alibi Fel.in c.1.col.13.de conſti.q; à cōi opi.ex cauſa quoq; receditur, & ſic non aliter poſſit reus effugere, quominus actori rōes edat, ſi ſubſit, & ut inſt.in glo.latius.

Ad ſecundum uerò per officiū iudicis, ex cau ſa edi, dicas, & addas, quia in æquitate fundatū eſt, & cōgruit, cum ēt hic titulus huiuſmodi ſit. l.1.ff.de eden.l.edita.l.fi.infr.eo.& dictum fuit ſupra ſatis: & competit maximè, ubi deficit obligatio.imò dicimus q; nullam præſupponit obligationem.l.qui per colluſionem.§.fi.ff.de ac.empti.& q; in æquitate fundatum ſit, probatur in l. fi.in §.1.& ibi Bal.in prin.C.de fur. q.q; non ſit actio, in l.Quintus, & ibi Bar. ff.de anu.lega. ſed q; detur potius ubi ceſſat actio ordinaria, & hac ratione remedium ſubſidiarium, ſeu extraordinariū dicatur, quia ubi non eſt obligatio, ibi non eſt actio.l.licet.§.ea obligatio.ff.de procu. not.in l.unam, & in l.cum filiusfamilias.ff.ſi cer.pe.& in materia in l. q̄dam, in prin.& ibi Bar.ff.de edē. & eſt arg.in l.ſi & me & Titium.ff.ſi cer.pet. qd etiam quomodo procedat, & an indiſtinctè uerū ſit, infr.uidebimus.

Interim duo obiiciunt, primò q; primū ſit cōtra tex.in c.1.de pb.& in l.nimis graue.C.de teſti.& aduertit Dec.hic.ſed replicat, ibi regulā poni, hic uerò fallen.a regula, ut dictum eſt ſupra.

Vel q; regula ſit & fallē. ſimul, reū non teneri ad editionē, niſi ex cā, uerum eſt, ut ſubiicit, q; allegauti cām incūbit onus probandi, & bene, cū a regula recedendum non ſit.l.ab ea parte. ff. de prob.Bar.in l.2.ff.ſi qs in ius uoc.non ie.Iun. in c.præterea, de dila.& ut p eū latius, pro quo facit quod habetur in l. eum actum.ff.de neg.geſ.& i l.2.ff.de prob.cum uulg. declarandūq; eſt hmōi dictum, ut procedat niſi de cauſa liqueat & notorium ſit, qm̄ tunc ſola allegatio ſufficeret. l.ſi adulterium cum inceſtu.§.idē Pollioni.ff.ad leg. Iul.de adul.c.le.appellanti, de app.& in pulcherrimo caſu dixi ego conſi.76.uol.2.

Et ſimiliter ſcdm, non ſine dubitatione, q; nō offi.iud.ſed per actionem in factū, ex hoc edicto

fiat editio, ut in l. ſi quis ex argẽtariis, in §. ex hoc edicto. ff. de edend. & maximè cum habeamus, nobis nunquam remedium extraordinarium dari, ubi de ordinario prouiſum eſt ſatis. l. in cauſæ. ff. de mino. l. in prouinciali. ff. de no. oper. nuncia. & urget. ſed quoniam in glo. dicetur, ibiq́ue ſolu. patebit clara, nunc de induſtria aliter non inſiſto.

18 Et quartò noto, † quòd liber rationum fidem
facit contra ſcribentem, pro eo autem regulari-
ter non, niſi in quibuſdam caſibus. l. rationes. l.
exemplo. C. de prob. & ex eo maximè probatur,
✠ ut dicunt * omnes, præcipuè Bald. Saly. Iaſ. Deci.
& cæteri, quia fruſtra aliàs peteretur editio, &
ita etiam communiter tenetur in l. nuda ratio.
ff. de dona. & in l. admonendi. ff. de iureiur.

Et iudicio meo concluſio indubitabilis eſt, ꝑ text. in anth. quod obtinet. C. de proba. ubi caſus clarus in fi. not. glo. in l. quædam, in §. nummularios. ff. de eden. & uidetur ex reg. colligi l. generaliter, in princ. C. de non num. pec. & quia ſi epiſtola facit fidem. l. Publia. §. fin. ff. depo. multomagis liber rationum hoc ipſum faciet. & idem in inſtrumento dicit Bart. in l. impuberem, in §. fin. ff. ad legem Corne. de fal. cuius appellatione ueniunt quoque rationes. l. 1. ff. de fi. inſtr.

Sed obſtare plurimum uidetur tex. in l. nõ ſolum, in §. fin. ff. de pecu. ubi ſignanter dicitur, ſi dominus in rationes ſuas retulerit ſe debere ſeruo ſuo, quòd hoc idem eum debitorem non facit, naturalem intellige, quia inter eos ciuilis cadere non poteſt. l. naturaliter, l. ſi id quod. ff. de condi. inde. cum eorum ſtatus eo iure eſſet annihilatus. l. ſeruitutem. l. quod attinet. ff. de reg. iu. ſicuti nec inter ipſum adhuc & filium propter patriam poteſtatem, quæ eſt de iure ciuili, & propter perſonarum identitatem, iuxta no. in l. frater à fratre. ff. de cond. inde.

Cui difficultati tamen poteſt reſponderi, & dici, uerumq́; eſt, quòd non facit ſe debitorem ex eo, ex quo nulla cauſa debendi præceſſerat. d. l. nuda ratio, & ibi glo. ſignanter allegat d. text. l. 2. §. circa. ff. de except. do. & cum myſterio nuda ratio appellatur, à cauſa, ut nuda pactio alibi in l. qui negocia, conſenſu carens. ff. mand. nuda uoluntas, quando non fit traditio. §. interdum, Inſt. de re. di. & nuda uenditio, quæ fingatur. l. nuda. ff. de contrahen. empt.

19 Imò † quòd inter ea, quæ cõtractum ualidãt,
quæ ſunt ſex, creditor, debitor, res, cauſa, exiſten
tia conditionis, impletio modi, ſeu cauſę finalis,
hęc potiſſima eſſe uidetur, ut in iuribus ſupra al
leg. debetq́ue eſſe poſſibilis, rationabilis, & ho-
neſta, ut pulchrè per Bald. conſilio 104. per to-
tum, uolum. 1.

20 Quintò & ultimò noto, † quando legiſlator
reſpondet conſultationi, quòd ius nouum nun
introducit, ſed oſtendit potius, quod iam intro-
ductum eſt. glo. not. in c. ex tua, de fil. presbyt. &
in c. conſultationi, de tempo. ordi. & maximè quã
hoc ipſum facere non intendit, & quando con-
ſultatio per ius commune determinatur, ut hic,
& in c. ex multa, de uoto. & per Bart. in l. nemo.
C. de ſent. & in ſimili, ac melius, in l. 1. colum. 1.
ff. de reg. Cat. & eſt declaratio Corſe. in ſing. con
ſultatio. licet Bart. in d. l. 1. non alleget. dixiq́; ẽt
in aliis lecturis.

Et nouiſſimè probo, quia nullum uerbum eſt hic poſitum, quo cognoſci ſolet, an huiuſmodi ſit, necne, ſancimus, ſtatuimus, & ſimile. l. 1. C. de ſenten. quæ pro eo. l. generaliter. C. de inſti. l. fin. C. de edict. di. Adr. tollẽ. c. ut litigantes, & ibi Gemin. de offic. ordi. in 6. Dec. in l. ne quidem. C. de milit. teſtamen.

Sed difficultatem moueo, quomodo hoc ipſum potuerit per ius commune determinare, cũ poſt iſtam legem, in l. fi. infra eo. hoc ipſum deciſum fuerit, quòd reus non ederet inſtrumenta actori ad originem petitionis fundandam, & in c. 1. de proba. & in l. nimis graue. C. de teſti. ꝙ arma non ſumerentur de domo rei.

Sol. clara eſt, ſi docueris, quòd cum dicat editionem fieri ex cauſa, hocq́; deciſum eſſet, de iure digeſtorum, ut uidebimus infrà, & ex iſta exceptione firmet reg. in caſibus non exceptuatis, ut dicebam heri, conſultationem determinat ꝑ ius commune, nec nouum dici poterit, imò ꝙ de dicta l. fi. & c. 1. & l. nimis graue, potuit cogitare in genere, & ſic de quacunque conſtitutione in poſterum edenda, ut reſpondet Alex. in l. 1. col. 5. in prin. ff. de offi. eius. & ibi dixi, & eſt arg. in l. qui iure militari. ff. de milit. teſta. ex quibus textualia ſint expedita.

In glo. 1. addit neſcio quid Deci. dic tu, ꝙ di-
21 ſpicere † nil aliud eſt, ut dixi obiter ſupra, niſi di
ligenter inquirere, & in omnem partem uidere,
ſeu per tranſlationem, ut inquit Valla, prouide-
re, circumſpicere mente, & tanquam in oẽm par
tem lumina mentis intendere, omniaq́; diſcerne
re. Vnde Cic. de Fini. ſimulatq́; ipſe (de Epaminũ
da loquitur) graui uulnere exanimari uideret ſe
ut primum diſpexit, quæſiuit, ſaluus ne eſſet cly
peus, pluraq́; huiuſmodi ſunt non referenda.

In glo. quemadmodum, ponuntur duo intel-
lectus ad text. ſecundus (ut dixi etiam in euidẽ.)
22 uerus eſt & communis. † Adde ſi exponeremus
quemadmodum, ideſt ex qua cauſa, quòd eſſet
uerborum inculcatio, cum ex cauſa depoſiti Æ-
milius peteret, omnimodo uitanda. glo. eſt not.
in l. certi condictio, in princ. ff. ſi cert. pet. & in l.
lecta. ff. eo. Bar. in l. 1. colum. 1. ff. de offi. procur.
Cæſ. & cum referatur ad uerbum, deberi tibi ꝓ
bes, aliam habet interpretationem. l. Plautius. ff.
de au. & arg. leg. & ideo dicebat ad propoſitum
Bal. ꝙ ſignificatio trahitur per rei naturam ſub-
ſtantialem, ſine qua intellectus remouetur ab in
telligibili, conſi. 326. col. 3. uol. 1.

Secundò prępſupponit, dum facit mentionem
de ſpeciebus probationum, idemq́; proxima, ꝙ
23. non ſit dare probationem ĩ genere: † de quo tñ

Deci.

Deci.ſe remittit ad not. per eum in rubr. extra, de
prob. ubi idem tenet. quod an uerum ſit, nec ego
diſputo, utpote alienum à materia, ſed bene di-
co, quòd cum de probationibus in genere dictũ
ſit ibi, & ſucceſſiuè de probationibus in ſpecie,
non poteſt probabiliter doceri, niſi quòd proba-
tio etiam in genere reperiatur. Demum quia ſpe
cies neceſſariò præſupponit genus, unde eximit,
non ſpeciem: cum de ſpecie non eximatur, ſed
diuidatur potius. l. quæſitum. §. 1. ff. de leg. 3. l. ſi
Fortidianum. C. de lega. Bal. conſi. 328. colum. 3.
uol. 1. & ideo eſto quòd de ſpeciebus locuta ſit,
non propterea (ut dicebat Dec.) innuit, ꝙ non
ſit probatio in genere, quòdq́; ſpecies non diſtin
guatur à genere, aliàs in ſimili legitimatus eſſet
uerè legitimus originaria legitimatione i ſpecie,
quæ procedit ex matrimonio, & tamen non eſt
uerum, ſed eſt legitimus in genere, Alexã. conſi.
2. colum. 4. uolum. 1.

Hinc dicimus, quòd ſpecies includit genus,
& econtrà, quòdq́; ſpecies ineſt ſuo generi, &
propriè quidem. l. ſi cum exceptione. §. eum qui.
ff. quod met. cau. l. ſemper in generalibus. ff. de
reg. iu. Bar. in rub. ff. ſol. mat.

24 Tertiò præſupponit † glo. ꝙ confeſſio ſit pro-
bationis ſpecies, & eſt uerum large, ut inquit Ri
mi. & Dec. quia pro rei ueritate eſt potius rele-
uatio ab onere probandi, & maximè, addas tu, ſi
facta ſit, reſpondendo poſitioni actoris, clem. ſæ-
pe. §. & quia, de uerb. ſign. l. 2. §. quod obſeruari.
C. de iur. cal. & dictum fuit ſupra. & hinc eſt ꝙ
præiudicat ſtatim ut probatio. l. generaliter. C. de
non nume. pec. quod tamen uerum eſt, præterq̃
in contractu literarum. l. ſi ex cautione. C. de non
nume. pec. & ita intelligitur tex. in l. Publia, in §.
fi. ff. depo. ut ibi Pau. Caſt. declarat, & ſic effectu
uim probationis habet regulariter, non quòd ꝓ
batio ſit propriè, ſed (ut diximus) releuatio ab
onere probationis. & plus dico, ꝙ ualet, licèt
proceſſus ſit nullus aliàs ratione ordinis non ſer
uati, quòdq́; plus operatur, quàm alia quælibet
probationis ſpecies. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. pe. ff.
de iureiur. Bald. in l. cum mulier, colum. 12. ff. ſo
lu. ma. Inno. in c. Piſanis, de reſti. ſpol. & quòd nõ
ſit probatio propriè, poſt Cano. in rub. de proba.
idem Bal. in rub. C. eo. col. 3. probat concludẽter,
quia poſitio negatiua ſit, in qua non cadit proba
tio, & tamen cadit releuatio propter confeſſio-
nem. c. 1. de confe. in 6. & de his aliàs.

25 Glo. rationes, ét clara eſt, † quòd uerbum hoc
propriè intelligi poteſt, & etiam exponi, rationes
ideſt inſtrumenta, & ſic cum ipſius literæ uiola-
tione, & dici, quòd hoc ipſum tenuerit, iuxta no.
in l. qui filium, in §. Sabinus. ff. ad Treb. & proba
tur quòd uerum ſit, quia uidemus etiam, ꝙ in-
ſtrumentorum appellatione ueniunt. l. 1. ff. de fi.
inſtr. l. notionem. §. inſtrumentorum. ff. de uerb.
ſign. coniuncta l. in exercendis. C. de fide inſtru.
Imò ꝙ rationes inſtrumenta appellantur in l. ꝑ-
tor, in princ. ff. de eden.

Tamen (ut in euidentia. diximus) primus in-
tellectus uerior eſt, & tenendus, & ſi oportue-
rit, arg. reſpondebitur infr. in gl. ſeq.

In glo. ex cauſa, in prin. concluditur, quòd cau
26 ſa potiſſima hæc ſit, † qua reus cogi ad edẽdum
poſſit, ſi rationes actore mandante, uel eius pro-
curatore, conſcriptæ ſint, addit Bar. & ſi ſua inter-
ſit, quòd edantur ſibi, ex quo ſuam etiam conti-
neant utilitatem.

Et probatur per tex. ſatis clarum in ea allega-
tum, in l. ſi quis ex argentariis, in §. pertinere. ff.
de edend. ubi ſi quis non edat mihi rationes ad
me pertinentes, tenetur actione in factum ad in-
tereſſe. pertinere autem ad me (ſubiicit Iuriſcõ.)
uidebuntur, ſi modo me mandante, uel procura
tore meo, tractatæ, id eſt ſcriptæ ſint. ex qbus uer
bis apparet, duo hęc neceſſaria omnimodo fore,
aliàs cogi non poterit. l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de
tranſactionibus.

Secundò ad idem facit text. in l. prætor, in §. 1.
ff. eo. ſimiliter per glo. alleg. ubi æquiſſimum ui-
detur, id quod mei cauſa confecit argentarius,
meum quodammodo mihi inſtrumentum edi.
& nota quòd rationes (ut proximè dicebam) in
ſtrumentum appellat, & non ſimpliciter meũ,
ſed quodammodo meum, quoniam aliàs poſſet
uendicari, ut ibi per glo. & ad propoſitum pon-
derandum eſt, quòd dixit, mei cauſa, quia me mã
dante confectę erant, & ad me ꝑtinebant, meaq́;
intererat, mihi edi. Vel dicamus, ut dicit Bar. ibi,
quòd una per aliam ſuppleatur.

Tertiò adde tu, probari per text. in l. quædam,
in §. fin. ff. eod. ubi nummularius pariter cogitur
rationes edere, ſi modò (inquit Iuriſcon.) nos cõ
traximus, uel ille, cui ſucceſſimus, (quid. n. diffe-
rant nummularii ab argẽtariis, declarauimus in
euiden.) uerum (ut dicebam aliàs) mandatum
contractus eſt. l. 1. ff. mand. tradit Bart. in l. Pom-
ponius, colum. 4. ff. de neg. geſt. & Bal. in l. pluri-
bus, in princ. ff. de procu. ergo & quando me mã
dante ſcriptæ ſunt, ut ſuprà, quia qui contrahere
non põt, utique non poteſt quoq; mandare, in-
quit idem Bal. in l. 1. in fi. C. de ſer. reipu. ma. & li
cèt iſte tex. ad oppoſitum inducatur, ut infr. oſtẽ
dam tamen loco ſuo, non obſtare.

Cur. ergo hic mouet aliquas difficultates, ꝙ
imò ſolum intereſſe ſufficiat, nec mandatum ne
ceſſarium ſit, & primò per tex. in l. fin. ff. de bon.
auct. iud poſſ. quem inducit etiam Barto. in d. §.
pertinere, originaliter glo. in l. 1. in §. edenda. ff.
de eden. ubi creditor pro ſuo intereſſe, cui bona
debitoris ſunt obligata, petere poteſt à quolibet
notario, ut inſtrumenta ſibi exhibeantur.

Secundò inducit tex. in l. 3. in §. pe. ff. ad exhi.
ubi quis, cuius ſolũ interſit, habet pariter actio-
nem in factum, ad exhibendum.

Tertiò & ultimò inducit tex. in l. quædam, in
§. fin. ff. de eden. ubi ex ſolo contractu dicitur ra-
tio ad me pertinere ſine mandato.

Quartò tamen adde etiam, quomodo poſſit

eſſe,quòd mandatum requiratur,ſi per officium iudicis ex cauſa petitur editio: deberet enim ſtáre opin.glo.Bart.& aliorum ſic peti potius per actionem mandati.l.licet.§.ea obligatio.ff.de procu.ergo concluſio falſa.

Item,& quintò, quòd mandatum ad hæredẽ non tranſit.l.mandatum.ff.man.& tamen argentarius habet hæredem.l. ſiquis ex argentariis.§.1.& fi.ff.de eden.

Sed a communi non diſcedentes,ut ſuprà qđ omnes teſtantur,fortius dicta iura ponderãtes, ut in aliis lectu. facilè his reſponderi poteſt, & dici ad primum,reiectis aliis ſolut. ut breuitati ſtudeamus,ꝙ illud ideo eſt,quia creditores miſſi fuerant in poſſeſſionem bonorum ipſius debitoris,ut clare in primis uerbis dicitur.

Secundò poteſt reſponderi, ut etiã ſentit Cur. quòd inſtrumenta erant communia apud unum tantum repoſita,de conſenſu aliorum.

Sed aduertẽdum eſt, quicquid aliàs dixerim, quòd hoc idem factum fuit ſolum, ne rationes, ſiue actiones,& melius,ad bona pertinentes, in quibus erat facta miſſio,corrumperẽtur,ut text. met rurſum dicit.

Vel & tertiò,quòd non exhibentur, ut corpora ipſa deſcribantur, ſed quot ſint, & de qua re ſubnotentur, & ſibi quaſi inuentarium faciant. quod etiam eis permiſſum eſt,uniuerſorum bonorum,& ſic nihil ad propoſitum noſtrum.Imò (ut ibi Alb.declarat) quòd eſt caſus ſingularis, in quo inuentarium conficitur, ad conſequentias non trahendum.c.quæ à iure, de reg.iur. in 6.quod etiam ad q. infert mulieris in domo remanentis,poſt mortem uiri,cum priuignis,& tenentis bona,tanquàm ſibi obligata pro dote, ut audiantur dubitantes, ne ea diſſipet,& volentes, uel curatorem ipſis dari, uel inuentarium fieri, & eſt quotidianum. & licèt etiam deſcriptio aliquando conceſſa ſit, ut ibidem in fi.non eſt conceſſa tamen,niſi ex cauſa.

Ad ſecundum reſponderi etiam poteſt, ꝙ ibi non agitur de exhibitione fienda inter actorem & reum, ſed inter actorem & tertium poſſidentem,quo caſu ſolum intereſſe ſufficit, nec aliud mandatum deſiderabitur, de quo idem Curt. ſe remittit ad no.per Feli.in c.1.in 7.fallen.princip. de prob. Dic in,quòd fuit ſol.Bal.in l.fin.in pen. col.infra eo. Et probatur,quia ubicunq; petens, poteſt inſtrumentum reſcindere, illud ſemper ſibi edi debet, quo ad reſciſſionem peruenitur,ſi agens uoluerit,& ſignanter per d.§.pe.

Secundò reſponderi poteſt, quòd cum rationes ſcriptæ fuerint à ſeruo uxoris ibi marito mãdante, & nunc à tertio poſſideantur,perinde eſt, ac ſi mandatum eidem fuiſſet, argum.in l.Pomponius,in §.cum quis.ff.de acqui.poſſ.quod tamen pendet ab infra dicendis in q. mercatoris.

Tertiò reſponderi poteſt,quòd ibi de ſeruo,q rationes ſcripſerat,ſiue de tertio ipſarum poſſeſſore,agebatur,hic autẽ de argentario,inter quos longè diuerſa ratio uidetur,& maximè, quia ibi adhuc rationabile uidebatur, cum nec rei uendicationem haberet dominus rationum,nec ad exhibendum,ex quo ſcriptæ erãt in charta aliena, ut ſaltem actione in factum ſibi ſuccurreretur.l. quotiens.ff.de præſcrip.uer.

Conſiderãtes quoque in chartis ſpeciale eſſe, quòd domino detur actio ad exhibendum, in factum uerò non domino.l.in rem.§. ſed id quod in charta mea ſcribitur.ff.de rei uendi. ergo non regulare in aliis, uulga.l.ius ſingulare. ff.de legi.

Verum antequàm ad ſolu.tertii argum.ueniamus, aduertendum eſt,quia ad idem. & in materia,magis urget text.in d.l.3.in §.ſciendum, ubi propter ſolum intereſſe datur actio ad exhiben. quem citat Bart.in d.l.quædam, nume.3.& hic, numero nono.Sed nihil eſt,ut hic per Cur.

Videtur mihi, quòd in exemplo ibi poſito ſolu.clara colligi poſſit,ideo dari,quia aliàs legatarius agens legatum conſequi non poſſet, niſi ſeruus exhibeatur,quem Titius optare debebat, nihil commune habens cum rationibus,an edi debeant, necne. & ideo dicam,dicto caſu dari ſolius intereſſe ratione, hic autẽ non,quia lex mãdatum etiam requirit.

Ad tertium modò,ideſt ad text.in d.l.quædã, in §.fin.de eden. aliqua dicit idem Curt. & non firmat pedem,ut per eum, reſpõdebam ego aliàs per d.§.pertinere ſuppleri,quem etiam glo. in d. §.fin.citat,hoc idem ſentiens, & nos cum argentario contrahere,cum eidem mandamus, ut rationes conficiat.

Et nouiſſimè aliam ſolu.trado, quòd id forte uerum ſit & procedat in nummulariis, de quibus etiam in l.1.in §.præterea. ff.de offi. præfect. urb.qui priuatis quæſtibus inſudabant,ut in enucleatialibus diximus,quorumq; officium ac miniſterium priuatum erat, & non publicam habens cauſam,ita ut ea de re contractus mentionem fecerit Iuriſcon.ibidem,& non mandati,ut in d.§.pertinere,quaſi propriè cum eis contraheretur,argentariis uerò demandaretur, ut rationes conſcriberent.

Non obſt.quartum,quia Bart.hic ad fin. & in d.l.quædam,in princ.reſpondet, & Areti.etiam in 3.not.& in fi. legis pariter, quòd mandatum gratuitum pareret actionem mandati, ſi procurator rationes ſcripſiſſet.l.1.ff.mand.at hic quod facit argentarius, ex neceſſitate officii facit. l.argentarius,in princip.ff.eod.& dicetur etiam inf.

Non ob.quintum,quia ſtant iſta ſimul, quòd argentarius habeat hæredem, & tamen mandatum ad eum nõ tranſeat, quod etiam ex iuribus ad idem alleg. colligitur facilè. & ad propoſitũ dicebat Io.And.in addi.Spec.de inſtrum.edit. in rub.in uerſi.de quarto reſpondet,quòd notarius inſtrumentum mutui ſcribens,illud non edit debitori,licet eo mandante factum ſit, quia ipſius utilitatem non reſpicit,ſed creditoris,quòdq; in contractu emptionis, & uenditionis, ſeu locationis

tionis

tionis & conductionis, quia gratia utriuſq; fit, ſecus, & idem Spec. in §. uidendum, in uerſic. ex præmiſſis, eod. tit. quem refert & ſequitur Aret. hic, & bene, totumque pendet ab intellectu d. §. pertinere, qui cauillari non poteſt, ꝙ argentarius rationes aliàs ſcriptas ſine mandato, edere non tenebitur. & pondera, ꝙ uerba ſunt prolata à lege, ibi, ſi modo me mandante eam tractaueris, quæ formaliter in conditionem reſoluuntur, & de futuro quidem. l. à teſtatore. ff. de condi. & demonſt. qm̃ legis natura etiam eſt, futuris dare formam negotiis. l. leges. C. de legi. c. fi. de conſt. per officium iudicis igitur cõpelletur edere, ut hic, & actione in factum ad intereſſe, ſi edere noluerit. d. l. ſi quis ex argentariis. §. ex hoc edicto. ff. de eden. Vel quia de alia actione non eſt prouiſum, uel ex æquitate, quoniam titulus iſte etiam (ut diximus ſuprà) in æquitate fundatus eſt. l. in factum. ff. de action. & oblig. l. quotiens. ff. de præſcrip. uerb. Odoſ. in l. ſi quis id quod, colum. 1. ff. de iuriſd. omn. iud.

In ea. glo. ibi, uel quia ſemel, alia eſt cauſa, qua
cogitur quis edere, ſi rationes ſemel editæ ſcili-
27 cet, caſu amiſſæ ſint, † ut iterum edantur, itaq;
ſunt clara, per eam alleg.

Fuſius declarat tu, quòd argentario edi nõ debet regulariter, cum à ſeipſo inſtructus eſſe poſſit inſtrumento ſuæ profeſſionis. d. l. ſi quis ex argentariis. §. prætor ait, in ratione ſui. ff. eo. & in ſimili in l. ſi quando. C. de dila. & facit regu. peritis, quod totus habes, l. 1. §. ſi debitori. ff. ut in po. le. ubi ſi debitori liberatio relicta ſit, cautio exigenda non eſt, quia penes ſe legatum habet, inquit Iuriſcon. Ex cauſa autem ſic, ſi eas caſu perdidiſſe probaret, puta (inquit adhuc tex. ibi) naufragio, ruina, uel incendio, uel in longinquo habere, & trãs mare quidem, & hoc caſu de reo actor efficitur, & econtra de actore qui edit reus.

Et plus, quòd ſi ſemel editæ ſint, poteſt ex cauſa peti, ut iterum edantur, quæ uox, pro ſæpius capitur, ut ibidem, & in l. ſeq.

Et nimirum his caſibus, quoniam ceſſat tũc ratio editionis prohibitiua, ex quo à ſeipſo iſtructus eſſe non poteſt, ergo & lex, uulga. l. adigere. §. quamuis. ff. de iu. pat. c. cum ceſſante, de ap. & iſta eſt cauſa per glo. hic poſita, & recitata.

* Cum qua tranſeunt * omnes, & bene, nedũ (ut dicebam aliàs) quia quæ fortuitis caſibus eueniunt, humano iudicio præuideri nõ poſſunt, uerum etiam, quia ſi ex cauſa argentarius edit actori, ut proximè dictum eſt, non debet detrectare actor, ex cauſa pariter ſibi edere, etiam quòd ſemel editæ fuerint, ut in ſimili dicitur, in l. cum Papinianus. C. de ſent. & in c. 1. de mutu. pe. & facit reg. contrariorum, poſita in l. fin. ff. de lega. tertio, & quia in iudiciis actor & reus non debent ad imparia iudicari. c. in iudiciis, de regul. iur. in ſexto. Barba. in cap. primo. in princip. & colum. 20. de proba.

28 Sed moueo aliquas difficultates, † & primò, quoniam præſupponitur hoc idem nedum in editione neceſſaria locum habere, uerum etiam in uoluntaria, ex quo fundat ſe lex in caſu l. regula. §. & licet. ff. de iur. & fac. ignor. & tamen falſum uidetur, quia ſi quis edidiſſet ex mera ſui liberalitate, non æquè conuenit, ut amplius teneatur, arg. in l. tutori. C. de neg. geſt. ibi, ſufficit ſi in paucis amici laboribus conſulatur, & quia (ut inquit Dec.) actus uoluntarii non plus obligãt, quàm fuerit uoluntas, quæ ex ipſo facto limitatur. l. fi. C. ne uxor pro ma. tradit Bart. in l. cũ duobus, in §. Papin. in fi. ff. pro ſo. & ad idem facit regula l. boues. §. hoc ſermone. ff. de uerb. ſignific. & quod de compromiſſo dicimus, quòd ſi fiat ex neceſſitate ſtatuti, & expiret, iterum fieri debet, aliàs nõ. l. fideicommiſſa. §. ſi quis. & ibi Bal. ff. de leg. 3. Et alia reg. l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſd. cog. ꝙ actus uoluntarius à neceſſario diſtingui debet.

Secundò moueo difficultatem, nam (ut dictũ eſt) non poteſt compelli ad edendum quis, niſi amiſſio probetur, quod utiq; debet intelligi de probatione legitima, & per teſtes quidem, cum agatur de graui præiudicio, deq; ſumendo arma ex domo rei. l. nimis graue. C. de teſtib. & ſit uerbum prolatum à lege, ut per Bart. in l. Lucius. ff. de condi. & demonſt. & tamen iuramentum ſufficere deberet. l. prætor ait. §. ſed & ſi ſeruus. ff. de eden. & in ſimili, in materia tamen, in l. ſi quis ex argentariis, in §. exigere, & in l. quædam, in §. fin. ff. eodem.

Tertiò & ultimò, quia præſupponitur ſæpius ex cauſa edi debere, & rurſum malè, quoniam infinitas uitanda eſt. l. fi. §. ſed quia, in fi. C. de iure delib. l. fi. C. de ſacroſan. eccl. & hac ratione emendatio ſemel tantum permiſſa, in l. edita, infr. eo. & ibi dicemus. & uidetur no. tex. in l. fin. in fi. ff. de bo. auct. iud. poſſ.

29 Niſi ad primum † primam difficultatem reſpiciens, dicamus, quòd regula d. l. tutori, non ſit generalis, ex quo uidemus, quòd iudex qui cum cauſa minuit pœnam reo, cum eo etiam quo ad infamiam diſpenſat, licet Pet. de Bellaper. contrarium tenuerit per d. l. tutori, & male. l. qd ergo. §. pœna grauior, & ibi Bartol. in tertia colum. ff. de his qui not. infam.

Imò ſi uera ea ratio eſſet, & generalis, ſequeretur ſi quis putari feciſſet uineam alterius, quòd medio temporis curriculo, ſeu intra annum, poſſet culturam dimittere, dictu tamen abſurdum, Bar. in l. ſi pupilli, i §. uideamus, col. 1. ff. de neg. geſt. Et tantomagis, quia ibi unum tm̃ geſturus acceſſit, hic autem ſimpliciter edidit, & uidetur caſus pro iſta q. in l. in commodato, in §. ſicut. ff. commo. per glo. alleg. in d. l. tutori, & Bald. in l. ſi cum dotem, in §. eo autem tempore. ff. ſolu. mat. qui dicit per d. tex. alibi etiam, beneficiis nos adiuuari non decipi oportere, conſil. 327. in princip. uolum. primo.

Similiter ſecundum probabilem rationem habet

bet,& non eſt generale, ut ad caſum noſtrũ trahatur, quoniam editio in æquitate fundata eſt, arg.in l.nam & Seruius, in §.pen. ff.de neg.geſt. ubi aliàs iniquum foret, ſi mater, quæ nec naturali, nec ciuili iure tenetur debitum filii, & ſi calterius, ſolueret, quamuis ſóluerit ſemel, ut in regul.non debet, de reg.iu.in 6.

Et quòd generale non ſit in actibus etiam uoluntatis, patet, quia hæres, qui legatum ſoluere non tenebatur, ſi ſponte uni ſoluit, aliis etiam tenebitur, authen.ſed cum teſtatur.C.ad leg. Falc. & not.in d.l.fin.

Non obſt.tertiò regula l.boues. §.hoc ſermone.ff.de uerb.ſign.quia procederet qñ non haberemus legem ita dicentem, ꝙ ſæpius edi debeát ex cauſa, nec diſtinguentem actum neceſſarium à uoluntario, ut per Bald.in d.l.ueluti, in §. hæc uox.ff.eodem.

Vel dic, quòd ipſa attenta, etiam in eo, qui neceſſariò edere tenetur, de prima uice tñ intelligi deberet, & tñ contrarium uerius eſt, ergo nec in actu uoluntario locum habebit.

Vel ꝙ uera ſit de rigore, non de æquitate, Bar. in l.hæc conditio.ff.de condi.& demonſt.titulus noſter in æquitate fundatus eſt, ergo.

Non obſt.dictum de compromiſſo 4.loco, qđ etiam ſm Curt.hic, ſenſit idem Bald. in d.§.hæc uox, & Iaſ.in l.qui per ſalutem.ff.de iureiur.quia ſi fiat uoluntariè, ut lites finiantur, dictumq; ſit, ut in ſtatuto, quoniam præſupponitur in d.locis ꝙ eiuſdem hæc fuerit motiua & finalis rõ, non aliter forte quàm in compromiſſo neceſſariò dicendum eſſet. & maximè quia dubia q.eſt, & primum caſum ſolum determinant.

Vel dicamus, non ab re eſſe, ſi fiat ex neceſſitate ſtatuti, ratione ſupradicta, non ſi ex uolũtate, quia tempus finitum eſt, & ſuperinde etiam cõpromiſſum.l.ſed & ſi manente.ff.de preca.l.non diſtinguemus.§. de officio.ff.de arb.

Non obſt.quintum & ultimum, quia facit ꝓ nobis, & retorquetur arg. nam lex ſuccurrit regulariter magis facienti actum ex neceſſitate, q̃ ex uoluntate.d.§.ſi neceſſaria, & tamen facta ex neceſſitate, iterato fit ex cauſa, ut ſupra; ergo & ſi fiat ex uoluntate, & ita tenendum eſt, diſputatiue tamen, ut etiam tenet Aquen.hic, aliis tamen mediis, quoniam opinio contraria uerior, & æquior uidetur.

Quo ad ſecundam principalem difficultatem Cur.hic ſe remittit ad diſtinctionem Barr. in d.l. ſi quis ex argentariis, in §.an uero.ff.eo. qui ſentire uidetur, ꝙ ubi editio fieri debet iure actionis, tunc probatio legitima requiratur.l.ſi creditor.C.de pig.act.ſi autem officio iudicis, ſolum iuſiurandum ſufficiat, ut hic, & in l.fin.C.de fid. inſtrum.Barr.in l.emancipatione, eod.tit.Alex. latè conſi. 58.colum.ult. uolum. 1.& declarat ubi Bal.alibi etiam, quando editio iure actionis fieri debeat, & officio iudicis, in l.1.in §.officio.ff.de tute. & rat.diſtra.

Placet, cùm iuramentum non ſit probatio, ſed releuatio ab onere probandi.l.eum qui. ff.de iureiur.ut reſpondeamus, de probatione legitima intelligi, ut ſupra, quoniam editio non petitur ab argentario, ſed ipſe petit ab alio, & ſentit quoque Iaſ.in d.l.ſi quis ex argentariis, in §.fina.col. penul.ff.de edend.

Tamen cogita, hoc caſu etiam officio iudicis edi, & ſic omnimodo iuramentum ſufficere: & faciendo contrarium dicas, quòd licet text. ibidẽ probationis mentionem ſecerit, non eſt propterea, quòd non poſſit etiam in iuramento intelligi, quod eſt ſaltem largè probatio.

Vel & aliter, quòd propriè tex.loquatur, quia iuramentum pro ſufficienti probatione capitur, ut in cap. ſtatutum, in §.cum uerò, de reſcript.in ſexto. plenè Deci.in rubrica, de probationibus columna 16. & 17.

Quo ad tertiam principalem difficultatem, dico, uitandam non eſſe infinitatem, ubi uerba ad ipſam ſunt apta.l.ſi ita ſtipulatus. ff.de fideiu.ſed uerba poſita, & quidem legis, in d.§.hæc uox, ſunt apta, & intelliguntur totiẽs, quotiens opus fuerit, ergo.

Verum antequam ueniamus ad alias cauſas,
30 quæritur, quomodo ſic † de rationibus diſputatur, deq; argentario, ad legis noſtræ propoſitum in fœmina loquentis, quæ argentaria eſſe nõ poteſt.l.fœminæ.ff.eod. & in euidentialibus quoque dictum fuit.

Soluit glo. quòd ſucceſſerat argentario. l.quædam.§.nihil.ff.eod.& malè, diuinatioq; eſt maxima, ſecundum Bart.& ut ipſa met gloſſ.alibi inquit, ſui neſcia in hoc, & immemor quòd aliqñ diuinauerit, miſerorum refugium, in l.filiũ quẽ habentem.C.famil.ercis.& Bald.poſt eam, in l.reſcriptum, in §.ſi pacto, in 2.colum. ff.de pact. & in ſimili Cyn.in l.aduerſus.C.de non nume.pec. dicens, Quis hoc idem ſibi reuelauit, Diabolus? & quia ſi ſucceſſiſſet argentario teneretur edere rationes.l.ſi quis ex argentariis.§.cogentur.ff.eodem, & tamen hic dicitur, quod non tenetur.

Imò plus, quòd nec ſolu. hæc in ſe uera uidetur, quamuis idem Bar.contrarium dicat, ex quo oportet quòd ſucceſſor ſit eiuſdem profeſſionis, dicto §. nihil.

Reſponde, quòd imò etiam quòd non fuerit eiuſdem profeſſionis, argentario ſuccedere poterit, & ad editionem rationum tenebitur, ut argẽtarius.d.l.ſi quis ex argentariis.§.1.ff.eo. & ex ratione d.§.nihil colligitur, quia cum in locum, & ius ſucceſſerit argentarii, partibus eius fungi debet. & eſt uerus ſenſus illius literæ.

Et facit etiam, quia cum dubitatio ſolum ſit ex eo, an edere cogatur, ut cogeretur argentarius cui ſucceſſit, intellige ex cauſa, ut ſuprà diſputatum eſt, omni alio caſu præſupponitur habilitas, ſiue fuerit, ſiue non fuerit eiuſdem profeſſionis. l.qui teſtamento.ff.de teſtam. & ex ſeq.uer. apparet, qui ad præcedentem uenit aduerſatiuè, ex

quo

quo non tenebitur is cui argentarius rationes uel legaſſet, uel donaſſet, niſi in ſubſidium, declarando, ut per Iaſ. in d. §. nihil, in 6. & 7. not. & ad propoſitum, quia tunc non in locum & ius argentarii ſuccedere diceretur. aliquid Bald. in l. fin. in 4. col. iu ſr. eo. & ita tranſeundum eſt.

Et ad dubium redeuntes ſciendum, alio modo poſſe reſponderi, & ſecundo, ut per Bart. hic, quòd mulier iſta priuatas rationes haberet, quas edere compelli non poterat, niſi ex cauſa, ſi eis uti in iudicio uoluiſſet.

* Cum qua ſol. tranſeunt * omnes, eſtq; tertia cauſa, qua reus ad editionem tenetur, ultra enumeratas per glo. & bene, uideturq; ſatis quadrare ad tex. & etiam in ſe eſſe uera. Quòd quadret ad tex. probatur, quia dicit ſuas, ut per Bart. i l. 2. ff. de manu. & in l. 1. in §. edenda. ff. eo. quòd in ſe uera ſit, idemq; in c. contingit, & ibi Bal. de fide inſtr. & ſi ex iſta cauſa non ederetur, poſſet appellari à denegatione editionis, ut idem Bal. dicit in c. G. perpetuum. in prin. eo. tit.

Tamen non placet ad tex. quoniam ſunt uerba narratoria legiſlatoris, Æmilio ſupplicanti reſpondentis, quæ non propterea arguũt q̃ eſſent ſuæ. Et quia demonſtratiuum ſuas, non ſemper dominium importat, ſecundum Bart. plenè, in l. Quintus. ff. da au. & arg. leg.

Eſſetq; ſtante deciſione d. §. edenda, ut etiam inquit Purpu. hic, nu. 17. in fi. text. iſte de indubitabili, quod facilè tamen refelli poſſet, ſed quia alia urgent, tranſeo.

31 Tertiò reſpondet idem Bart. q̃ † agens erat priuilegiatus, exemplificando in fiſco, quòdq; mulier hæc tenebatur rationes ſuas eidem edere, & * eſt uerum in ſe. l. ne quiſquam. ff. eod. & * communis opin. atque cauſa quarta, qua editionem fieri dicimus etiam actori ad originem petitionis fundandam, licèt Barba. plenè in c. 1. col. 19. 21. & 23. de prob. articulum diſputet, & dicat, quòd per multiplices lecturas ille text. non probat id, ad quod allegatur, & nos aliàs latius in aliis lecturis.

Sed quo ad tex. noſtrum, uidetur hoc idem eſſe diuinatiuum, imò falſum, nec ad ipſum poſſe ullo modo applicari, ex quo directo ſecus eſt, q̃ edere non teneatur.

Quartò igitur adhuc prædictis non contẽtus, 32 dicit, quòd forte iſta mulier erat uſuraria: † uſurarius autem librum rationum edere tenetur, clem. 1. §. cæterum, de uſu. ergo.

Deterior cæteris, & eodẽ morbo diuinationis laborans.

Et quia (ut proximè dicebam) ſenſus eſt text. noſtri, quòd ad editionem nõ teneatur, latiusq; per Alexand. & alios.

Et nouiſſimè, quia qua ratione prohibetur exercere argẽtarii officium, eadem ratione etiam prohibetur exercere fœnus. l. fœminæ. ff. eo.

In ſe tamen uerum eſt, & cauſa quinta, q̃ uſu- * rarius teneatur, & commune * uirorum prudẽ-

tum reſponſum pariter, declarando plenè, ut p Iaſ. hic, & Abb. ante eum, in c. 1. colum. 2. de proba. & hoc idem, uel propter delictum, ut idem Iaſon ſentit, & ante eum Bald. in rub. de conſtit. colum. ult. uel propter difficultatem probationis, ut in d. §. cæterum.

Quintò & ultimò reſpondet Iaſ. ad primam ſolu. glo. redeundo, q̃ hæc mulier argentariam p ſeruum exercebat. l. prætor. §. ſed & ſi ſeruus. ff. eod. ubi caſus clarus.

Et adhuc malè, quo ad text. q̃a, ut dicebamus ſuprà diuinat. imò quòd nec dictum in ſe uerum uidetur, quia ſi non poteſt per ſe, utique nec debet poſſe per alium. l. non licet. ff. de contrahen. 33 emp. l. neque. C. de hær. inſtit. & † quia habemus regulam, q̃ capacitas & incapacitas ſerui dependet à capacitate uel icapacitate domini. l. ſi mihi & tibi. §. regula. ff. de leg. 1. & ita tranſit Deci.

Reſpondebam aliàs, rutando Iaſ. pluribus modis, maximè in 2. lectu. quòd ſaltem in ſe uerius ſit, ſed nunc hoc unum dixiſſe ſufficiat, id eſſe, quia non ita lex reſiſtit hoc caſu, ut in iurib. præ alleg. d. §. ſed & ſi ſeruus. Conſiderando etiã maſculinum ibidem, fœmininum concipere. l. 1. ff. de uerb. ſig. quoniam prolatum eſt à lege, ſub nomine appellatiuo, in materia fauorabili, ut ibi p Bar. & in l. 1. in fin. prin c. ff. de pecu. & facit text. in l. q̃dam, in §. nihil, ſuprà etiam alleg. ff. de edẽ.

Nec obſ. regula. l. ſi mihi & tibi, quia procedit habita conſideratione perſonæ tantum, cuius nomine actus geritur, hic autem perſonæ & rei, id eſt officii, quod alio nomine poteſt exerceri. Vel quia ſit mulier capax in genere. l. debitor. §. fi. ff. de leg. 3. inducendo, ut in 1. lec. & iſtum tex. dicit no. ad idem Iaſ. met, in præalleg. §. regula, in fi. & eſt arg. quoque in l. 1. in princ. ff. de uerbor. obl. Vel & aliter, quòd procedat in Domino incapace, ratione delicti. l. Anthiſtius, in fi. ff. de acq. hæred. l. diui. ff. de iur. patr. l. quæritur. ff. de bon. lib. Bart. in l. 1. in fi. ff. de interdic. & releg. at muliebris ſexus nõ eſt delictum. l. maximum uitiũ. C. de liber. præter. ergo per ſeruum hoc idem facere potuit, quod ſibi erat à lege interdictum. l. Ariſto. ff. quæ res pig. obl. po.

Et ſic ex his nullus intellectus ad text. uerus eſt, licèt in ſe (ut oſtenſum fuit) ſint aliàs uerisſimi, & planiſſimus reiectis omnibus, ad text. noſtrum, quòd conſultus Imp. Æmilio reſponderit ſimpliciter, ſicuti ſemper in progreſſu dictũ eſt, quòd ipſe diligenter inquirat, qualiter probet intentionem ſuam, ex quo reus ad editionem non tenetur, niſi ex cauſa, nec etiam ſpecificè cauſam exprimendo.

Verum & ad idem quæritur, quod à materia non erit alienum: diximus enim, quòd quamuis reus non edat actori, edit tamen ex cauſa, ſi rationes, eo mandante, conſcriptæ ſint, ſi ſemel editæ fuiſſent, ſi eiſdem eſſet in iudicio uſurus, uel agens priuilegiatus, & ſi reus denique fœnus 34 exerceret, † quid in mercatoribus noſtri tpis.

Vide-

Videbatur prima facie dicendum (non enim teto tempus, nec diſputo, an mulier iſta mercaretur, necne, quia ſomnium eſt, diuinatio, & meræ nugæ, ut alia) eos ad editionem teneri pariter, poſſeq; ad idem iudicis officio compelli, & fuit opin. Iaco. Bur. ut hic Barr. refert, ſolida ratio ne etiam probanda, quia ille qui cum eo contrahit, mandare uidetur, ut ſcribat propter conſuetudinem, ex quo artem exercet, & eius occaſione librum conficit, arg. in l. uel uniuerſorum. ff. de pigno. act. & in l. Titianus. ff. quod cum eo. & in l. fi. C. de fideiuſſ. quam etiam tenet in l. 1. in §. editiones. ff. eo. idemq; Ang. Salv. Flo. & alii hic, & in c. 1. de probat. & in clem. 1. de uſur. & ut per Alex. latius, qui poſt Card. in d. clem. 1. teſtatur, ita de facto ſeruari, & eſt * communis. & hoc caſu idem operabitur tacitum mandatum quod expreſſum, amplitabiturq; deciſio l. ſi quis ex argentariis. §. pertinere. ff. de eden. l. cum quid. ff. ſi cert. pet. cum ſimilib. & quòd ex conſuetudine ꝓformatur tacitum mandatum, per d. iura. ita etiã tenuit Aret. conſi. 160. col. 2. nec habet dubium. plura Rom. conſi. 114. ad fi.

Secundò, quia uidetur tex. in l. argentarius. in princ. ff. eo. quem pro communi ponderat Alex. ubi argentarius & ſimiles edere tenentur: mercator ſimilis eſt ei, ſtante dicta conſuetudine, ergo & ipſe tenebitur, & maximè quia duplex aſſignatur ratio ibidem, ꝙ officium argentarii publicam habet cauſam, & quia principalis ipſius opera eſt, ut actus ſui rationem conficiat, quarum hæc ſufficit. l. ſi uentri. §. in bonis, ubi gloſſ. ff. de priui. cre. §. affinitatis, Inſti. de nupt. igitur omnino tenebitur.

Tertiò probabam ego aliàs ex eo quoq; quia titulus iſte, & ſæpe dictum fuit, in æquitate fun
35 datus eſt. l. fi. infr. eo. cum ſimil. quæ † maximè inter mercatores ſeruari debet, & cum his, qui ſecum contrahunt. l. Quintus. ff. man. & nouiſſimè ad idem, quia ubi de bona fide agitur, non diſputatur de apicibus iuris. l. ſi fideiuſſor. §. quædam. ff. man. l. ita pudor. C. ad legem Iul. de adul. Bald. conſi. 223. col. 2. uol. 1. late Curt. in l. bona fides, in prin. ff. depoſi.

Quartò, quia ſi mercatores hodie ſuffecti ſunt loco argentariorum olim, ut per Saly. hic, in ult. col. & Bal. in l. prætor ait, in prin. ff. eo. dictumq; eſt in euiden. non eſt ratio, cur non teneantur, ut illi ad editionem. l. quædam. §. nihil. ff. de edē.

Quintò & ultimò, ultra dicta aliàs etiam probo, quia legatarii edere non tenentur regulariter, cum quibus nihil actum eſt, & tamen in ſubſidium cauſa cognita coguntur. d. §. nihil, in fi. ergo multomagis mercatores his, qui ſecum contrahunt. d. l. quædam. §. fi. ff. eo.

Tamen multi contrarium etiam ſenſerũt, præcipuè Bal. hic, ea ratione motus, quia eſto quòd librum conficiat, requiritur tamen ultra, mandatum quoque, ut in argentariis. l. ſi quis ex argentariis. §. pertinere. ff. eo. pro quo eſt arg. in l. cum hi, in §. ſi prætor. ff. de tranſact.

Secundò, quia ſi ſpeciale eſt in uſurario, odio ipſius, uel alia ratione, ut ſuprà, & in cle. 1. in §. cæterum, de uſu. quòd teneatur, contrarium erit in aliis, communiter dicendum, & ſic in mercatore, iurib. uulg.

Adde quòd mercator uſurarius non habetur pro tali. l. 1. C. ubi ſena. uel cla. quòdq; priuilegiũ perdit. l. ſi uentri. §. in bonis. ff. de priui. cre. pleniè Bald. conſi. 250. col. 6. uol. 1.

Tertiò facit, quia cum exercitium iſtud, non habeat publicam cauſam, ſed priuatam, librũq; conficiat mercator pro ſe, ut impenſi & expenſi rationem habeat, nullo modo dicendum eſt, ad editionem teneri, quoniam ſic ſibi idem eſſet damnoſum, & malè. l. ſed ſi quis ex ſignatoriũ. ff. quemadm. teſta. ape. & hinc eſt, ꝙ præſens actui
36 ut teſtis, † iuri ſuo hac ratione non præiudicat. l. Titia. §. Lucia, & ibi Ang. ff. de leg. 2. aliquid ad regul. gl. in l. mandatum. C. man.

Quartò, quia ſi teneretur, facilè mercaturã deſereret, † ex quo intereſt noſtra, ſecreta domus
37 non pandi. l. 1. C. quando & quib. quar. pars de. lib. 10. hoc ipſumq; damnoſum eſſet reipubl. & male, ſecundum Bal. in l. Macedoniani. C. ad Macedo. l. ſemper, §. negociatores. ff. de iu. immu. & præſertim intelligendo prædicta, ut intelligi debent, in magnis negociationibus, non in mercatura parua & uili, ut ibidem, & in §. negociatio. In tantum ut primo caſu nobilitas nõ perdatur, ſecundo autem ſic. Io. ſtaphi. in tracta. de prærogat. expect. in tertia parte reg. nu. 6. 7. 8. contra gl. ibi indiſtinctè tenentẽ, & Alex. in addi. ad Bart. 2. in l. licet non alleget eum, C. de digni. li. 10. Venetos, ac Florentinos, mercaturæ ratione, nobilitatem amiſiſſe, & (ut dixi) male. l. nobiliores C. de commer.

Quintò, & ultimò facit, conſiderata adhuc tituli æquitate, ut pro communi pariter diximus, quia certum eſt pro ſe librum non ederẽ, ex quo non probaret. l. nuda ratio, & ibi Bar. ff. de dona. dictumque fuit in tex. ergo nec æquum uidetur quòd ipſum edat aduerſario, ut probet contra ſe & ex ipſius domo arma ſumantur. l. nimis gratte. C. de teſti. & iſta ſufficiant.

Quæ tamen non adeo ſtringunt, ut à communi recedere debeamus, nam ad primum reſponderi poſſet, ut hic per Alex. ſed quia eius reſponſio dubitabilis eſt, quod ex pluribus oſtendit Deci. dico aliter ego, quòd mandatum præſumitꝛ ꝓ cõſuetudinẽ ſcribẽdi, & idẽ ſolet operari tacitum, quod expreſſum, ut ſuprà, & ita * communiter tenetur, quod hic Purpu. nu. 9. etiam teſtatur. conſiderando ſimile optimum eſſe, licet nõ per omnia ſit ſimile. l. 1. in fi. iuncta glo. ff. de preca. l. de quibus, in prin. ff. de legi. Bal. in l. curatoris, col. 2. C. de nego. geſ. plenè Iaſ. omnino uidendus, in l. creditori, col. 2. pariter. ff. de no. ope. nũ. quem Caſſan. refert & ſequit, conſi. 1. col. 40.
38 Et ſi diceretur, ut idem Deci. dicit, rñdendo ad

ad primum fundamẽtum pro communi, quod ex hoc erit defenſatum, ꝙ iſta conſuetudo negãda eſt, quodq; eam alleganti incumbit onus pro bandi, ut per gl. in l. præſcriptiones. C. ſi cõtra ius uel uti. pub. replicabitur notoriam eſſe, & negari non poſſe, & maximè, quia ita illuſtres Doct. atteſtantur, ut per Bar. in d. l. de quibus, col. 9. ff. de legi. ſufficitq; ſola allegatio cle. appellanti, de ap. l. ſi adulterium, cum inceſtu. §. idẽ Pollioni. ff. ad leg. Iul. de adul. Cur. multa, conſi. 60. nu. 5. & 51. nu. 7. uol. 1.

Reſponderet ẽt, dato ꝙ ſit iſta conſuetudo, ꝙ cum ſit in fauorem ſcribentiũ, non debet ad eorum odium, & læſionem retorqueri, uulga. l. qđ fauore. C. de legi. & adhuc male (mitto ꝙ regula declaret per Bal. ibi, opp. 7. ſatisq; eſſet ad tollendum obiectum) quia imò alioriũ quoq; utilitatẽ reſpicit, pp tacitum mandatũ, qđ idẽ operari debet in eo, ut in argẽtario expreſſum. d. §. pertinere. l. prætor ait, in prin. in ratione ſui . ff. eo.

Non obſt. ſecundum, quia poſſet multis modis reſponderi, ut p Alex. & alios ; cõem tenẽtes, eorumq; rñſiones defenſari à morſibus Decii, q tenuit contrarium, ut ſupr. ſed rñdeo ego aliter, ꝙ non procedat arg. ex quo in mercatoribus par eſt ſpecialitatis rõ. & regula in contrariũ, ꝙ reus ſcilicet edere non teneatur, ut hic, probo: uſurarius edit ex cauſa. d. §. cæterum, in mercatore eſt cauſa, quia ex conſuetudine ſcribit, & rõnes conficit, uideturq; ſibi à contrahentibus do mandatum, ut ſ. ergo qua ratione tenetur uſurarius edere. ſimili tenebit mercator, & hoc modo declarat Alb. in l. qđ uerò contra, in princ. ff. de legi. ſi aliquid inductum ſit contra ius, ſm rõnem tñ; ut in caſibus exceptis à regula, ꝙ id extenditur ad caſum, ubi ſit eadem, uel ſimilis ratio.

Non obſt. tertium, quia ex ſupra dictis ad primum rñſum eſt, antecedensq; falſum, & neceſſariò cõſequens, & maximè, quia ad reg. d. l. ſed ſi q s ex ſignatorib. inſtãtia multiplex dari poſſet.

Ad quartũ dicã, uerisſimile non eſſe, pp lucrũ. l. cũ de indebito. ff. de prob. & qa ſi tenentur oẽs; q rõne officii & negociationis artem exercent. l. 1. §. officin. ff. de tut. & rat. diſt. id eſſe in conſideratione non debet: aliàs ẽt argentarii, nũmularii, & ſimiles, ex cã ad editionẽ cõpelli non deberent, & tñ cõpellunt. d. §. ptinere. l q̃ ſiã. §. 1. ff. eo.

Non obſt. quintum & ult. quia arma ſumunt de domo rei ex cauſa, & in materia editionis q dẽ, ut ſæpe dictum oſtenſumq; eſt, igitur & hoc caſu quoq; ab æquitate alienũ non erit, ꝙ mercatores teneantur, & ſic opi. cõis Bar. & aliorũ defenſata manebit, ex ſup. dictisq; ſatis cõprobata.

Et ſi ad ſecundum pro ea (primum enim iam eſt in tuto, ut oſtendimus) adhuc diceretur, ut dicit Dec. ꝙ in d. l. argentarius, duo illa copulatiuè requiruntur, quodq; utraq; rõ concurrere debet, replicabimus, in argentario uerũ eſſe, ſed nõ ꝙ in mercatore una non ſufficiat, ideſt ſecunda, ut ſuprà d. §. in bonis. §. affinitatis, Inſti. de nupt.

Imò ꝙ utraq; ẽt in eo concurrere uidetur, ex quo publicè utile eſt, eſſe mercatores, ut p Bald. in d. l. Macedoniani. C. ad Maced. ſicuti olim eſſe argentarios, quorum officium dicebatur nõ publicum, qđ præſupponit Dec. & malè, dum rñdet ad tex. in l. prætor ait, in §. ſed & ſi ſeruus. ff. eod. ꝙ licèt ſeruus ſit capax, nõ propterea dici debet, ꝙ non ſit publicum, ex quo habilitatur ex perſona dñi, & quia eſt caſus clarus in l. argentarius. in princ. ff. eo. ſed priuatum potius, publicam tñ habẽs cãm, ideſt medium inter priuatũ & publicum, q̃ ſunt duo extrema, ut in euidentialib. declarauimus, exemplificantes in rõibus merè priuatis, de quibus in l. rõnes. C. de proba. & in inſtrumentis merè publicis, quia manu publica fiunt. l. cum precibus. C. eo. nec repero.

Et ſi diceret, ut rurſum Deci. dicit, ꝙ nec alia in eo procedit, qm̃ principalis eius opera uerſat in negotiando, non in ſcribendo, nosq; latius in 1. lec. ubi in hoc art. ſumus per ſexdecim col. diuagati, rñdebo, ꝙ imò quia matriculatus eſt, & iuratus. l. fi. C. de iur. om. iud. ẽt ipſius opa principaliter uerſatur in ſcribendo, idemq; Ripa hic, colum. 4. & bene.

Et ſi diceretur ad tertiũ, ꝙ æquitas dictat contrarium edi non debere pp reg. l. nimis graue. C. de teſti. reſponſum eſt, ex ſupradictis ad q̃tũm.

Poſſet ẽt obiici ad quartũ, ꝙ in eis non cõcurrunt oĩa, q̃ erãt in argentariis, ſed ut iã diximus rñdendo ad primum contrariũ, ſufficit ꝙ in aliquo ſit ſimilitudo, adhuc non repetendum.

Et ad quintum ẽt quòd legatarii, ſaltem largo ſumpto uocabulo, heredes quoq; appellantur. l. id tẽs. §. 1. ff. de uſucap. qđ ſi eſſet uerum eos ea rõe teneri, directò ẽt tenerentur, ſicuti hæredes; & tñ non tenentur, niſi, ut diximus, in ſubſidiũ d. §. nihil. ergo multomagis mercatores hic, cũ quibus contrahunt & negociantur.

39 Poſt hæc dubitandum eſſet, q d in nauta, † caupone, & ſtabulario: ſed quia dixi aliàs, in 1. 2. & 3. lect. non inſiſto. Cõis * opi. eſſe uidetur, ut hic per Alex. ꝙ ad editionem teneãtur, qđ mihi maximè mirum uidetur nunc, cum librum rõnum non conficiant.

Verum dato, ꝙ teneãtur, quodq; titulus nau. caupo. ſtab. ſpecialiter contra iſtos loquatur, nõ

40 tñ comprehendetur Bidellus, † ſm Barto. in l. ſi q s uxori, in §. apud Labeonem, in fi. ff. de furt.

Aduertendũq; eſt, dũ publicanos ẽt iſtis idẽ Alex. æqparat, nec ab re, qm̃ quãtæ audaciæ, quãtæq; temeritatis ſint, nemo eſt q neſciat. l. quãtæ audaciæ. ff. de pub. ꝙ tñ in alio ſaltem differunt, ex quo dñi nautas, caupones, & ſtab. exhibentes non liberantur, publicani aũt ſic, ut p Bar. in l. 1. in §. fi. nu. 2. ff. de publ. Ro. conſi. 434. in fi.

Et ad nautarum propoſitum conducit, qđ in epiſtolis Eraſ. ſic dixiſſe aliqñ oſtendimus, Sat felix eſſem, ſi Britãniã nobis pons aliquis iũgeret, adeo male odi fretũ illud imaniſſimum, & nautas (nota) freto immaniores, Neptuniq; filios,

Cyclopa, Cerciona, & Leſtrigonas ferociſſimos,
& immanes, ac ab oĩ humanitate alienos (Gel-
lius author eſt) poetas uocitaſſe.

In ea. gl. ibi, item quomodo per officium &c.
dum opponit, & de ſol. ſe remittit ad not. in l. op
poſita, dubitatio nõ parua inſurgit, an editio fiat
41. officio iudicis, † an iure actionis, & non inutili
ter, ut hic per Alex. in fi. & alios, diximusq́; nos
fuſius in 1. & 3. lect. & nouiſſimè, quia qui im-
plorat officium iudicis, dicitur implorare quod-
dam factum, ut per glo. Inſti. de act. in princ. Bal.
póſt eam in l. hac lege, in princ. C. de ſenté. ex pe.
recq. ubi actio, nil aliud eſt aliàs, quàm ius perſe-
quendi in iudicio, quod nobis debetur, Inſtit. de
act. in princip.

Et ad idem, quia habere officium iudicis, nõ
eſt habere proprium, in actione uero ſecus. un-
de Monachus officium iudicis implorat contra
Abbatem, & tñ non habet actionem contra eũ. l.
ſeruus. ff. de alim. leg. Bald. in rubr. de offi. ind. in
2. cól. Et quia denique ſi res deteriorata ſoluatur
alicui, isque ſcienter accipiat, quo ad æſtimatio-
nem, ſibi non præiudicat in caſibus, in quibus
æſtimatio uenit iure actionis, quod ſecus ſi offi-
cio iudicis. l. exhibitionis, & ibi Bartol. in fin. C.
ad exhibend.

Modò quo ad 1 p[r]imũ articulum, communis
* opin. eſt ꝙ officio iudicis fiat. caſus eſt hic, uer
baq́; adeo clara, ut non ſit admittenda uolunta-
tis quæſtio, uulg. l. non aliter. l. ille aut ille. §. cum
in uerbis. ff. de leg. 3. efficacius etiam deducẽda,
ꝙ ſi regulariter editio non fit, ſed ex cauſa tm̃, &
id quidem ad officium iud. pertineat, iam nõ po
terit compelli reus edere actionis iure. l. cum p̃-
tor. ff. de ind. c. nonne, de præſump.

Secũdò ad idem eſt caſus clarus in l. maritus,
alleg. in fi. glo. ad aliud tamen, ut infra. in §. fi. ff.
ad legem Fal. ubi ad offi. indi. pertinet pariter ex-
plorare, ſi hoc ipſum cupiant legatarii ea, per q̃
probetur quantum ſit in bonis teſtatoris, ergo
non iure actionis, & ſignanter glo. idem iſtum
tex. pro concordanti adducit, forte tñ non ſubſi-
ſtit, quia non loquitur de officio iudicis nobili.

Tertiò probatur (mitto alia iura, hoc ipſum
ad literam etiam probantia, & in quibus uerba
ad iudicem diriguntur, ut ea ratione quoq; oria
tur officium iudicis. l. ſi ſoror. C. de colla. ut per
Deci. & alios, & quia in aliis lectu. etiã diximus)
ſolida ratione, quia negari non poteſt, quòd non
detur actio in factum ex hoc edicto, ad intereſſe,
ſi editio non fiat. l. ſi quis ex argentariis. §. ex hoc
edicto. ff. eo. ergo non ut fiat, quia iam erat proui
ſum per hanc l. & ſimiles, argu. in l. quotiens. ff.
de præſcrip. uerb. & in l. 1. ff. de condic. ex le.

Quartò etiam, quia congruit longe magis, ꝙ
detur officium iudicis, quàm actio, ex quo ſimi-
le appetit ſuum ſimile, gaudet enim gens (inquit
Boe. de muſi.) morum ſimilitudine, nec fieri po
teſt, ut mollia duris, & dura mollibus adnectan-
tur, depulſæq; pecudes ſui generis ſequunt̃ gre-
ges, ut bos armenta, & eſt planè arg. in l. in rem.
in §. item quæcunq;. ff. de rei uend. modò officiũ
iud. in æquitate fundatum eſt. l. diuus. ff. de reſti.
in integ. ſtiulusq́; noſter huiuſmodi, ut ſæpe di-
ctum eſt ſupra l. 1. ff. eo. ergo.

Quintò & ultimò probo à partibus ſufficien-
ter enumeratis, quia actio realis dari non poteſt.
l. prætor ait, in prin. iuncta glo. ff. eo. non perſo-
nalis, quia obligatio non præceſſit. l. licèt. §. ea ob
ligatio. ff. de procu. non in factum, quia (ut dixi
mus) datur ad intereſſe ſi non edatur. d. §. ex hoc
edicto. non ad exhibendum, quia hoc caſu præ-
tendatur intereſſe domini rei, quæ debeat exhi-
beri. l. 3. §. pe. ff. ad exhib. non etiam actio manda
ti, quia mandatum gratuitum, & uoluntarium
non præceſſit, ut infra per Barto. & in glo. ſeq. &
dictum quoque fuit ſuprà, ergo neceſſariò offic.
iudicis. l. patre furioſo, cum uulga. ff. de his qui
ſunt ſui uel alie. iur.

Nihilominus Spec. in §. uidendum, in uer. pe.
de inſtr. edi. & Bal. in c. 1. de prob. tenuerunt cõ-
trariũ, dicitq́; Alex. poſt eos opinio. eſſe ueriorẽ.

Hac rõne moti potiſſimùm, quia uerba (quic
quid dictum ſit pro communi) ad partem dire-
cta uidentur. l. prætor. ĩ prin. ff. eo. quæ huiuſmo
„ di ſunt. Prætor ait, argentariæ menſæ exercito-
„ res, rationes, quæ ad ſe pertinent, edere debent,
„ adiecto die & Cõſule.] ergo actio in factum da
bitur, & non officium iudicis. l. fin. ff. de eo per
quem fac. erit. l. 3. in princ. ff. nau. cau. ſtab. no. in
l. in factum. ff. de act. & oblig. & in l. quotiens. ff.
de præſcrip. uer. & in §. fin. Inſti. de interdic. aliàs
non eſſet uera glo. in l. ſi ſoror, allega. quoque ſu
prà. C. de colla. & tanto magis (ſubiicit) quia of
42 ficium † iudicis extraordinarium eſt, quod nun
quam habet locum, ſed ceſſat, ubi ordinarium
competere poteſt. l. in cauſæ. ff. de mino. l. 1. §. p
hanc, ubi gl. no. ff. de rei uen. & ut per eũ latius.

Ponderantur etiam & ſecundò uerba ad idẽ,
in d. l. prætor ait, in prin. adhuc: ibi, edere debẽt.
& in l. quædam, in §. 1. dum dicit text. ꝙ tenebi-
tur hæres, quaſi dolo fecerit &c. quæ iud. officio
non conueniunt, nullam obligationem præſup-
ponenti. l. qui per colluſionem. §. fi. ff. de ac. emp.

Tertiò ponderat Dec. text. per quem audacter
opi. iſtam amplectitur, in d. l. quædam, in princ.
dum dicit, ꝙ procurator nõ cogetur metu actio
nis in factum rõnes edere, ſed per actionẽ man-
dati, conſiderando ꝙ ſicuti immediatè datur a-
ctio mandati ibi, ita aliàs ex edicto de edendo de
tur actio in factum.

Quartò uidemus ẽt hoc idem dici in l. 3. in §.
fi. alle. quoq;, & inducta ſupra. ff. ad exhi. ꝙ rões
meæ, in charta aliena ſcriptæ, & à tertio poſſeſſę,
exhibentur per actionem in factum.

Quintò & ultimò probo, quia ut dicebam ẽt
ſuprà, licèt ad aliud, ſi rationes edi debent, opor-
tet quòd mandatum præcedat expreſſum, uel ta
citum mandatum eſt contractus. Bartol. in lege,
Pomponius, colum. 4. ff. de nego. geſ. ex contra-

ctu

ctu obligatio naſcitur, & ex obligatione actio. ut in l. 1. ff. de eden. ergo actio neceſſariò, & non officium iudicis, dabitur.

Breuiter non eſt ab opinio. communi diſcendendum, ex ſupra dictis, & maximè, quia facile contraria etiam tolli poſſunt, & dici ad primũ, ut dicit Deci. diſputando, quòd licet uerba directa ſint ad partem, ſunt tamen directa etiam ad iudicem, ut hic. Verum aduerte, quia ſic uideret competere officium iudicis, & actio, & eſſet tertia opi. quam ſenſit glo. in d. l. ſi qs ex argẽtariis. in §. ex hoc edicto. ff. de eden. & malè, qm̃ æque non cõuenit (ut etiam inquit Cur. nu. 56.) quòd habentes naturam contrariam (actio enim præſupponit oblig. officium iud. aũt non) cõcurrãt. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procu. l. qui per colluſionẽ. §. fi. ff. de ac. emp. & aliter r̃nde, ꝙ licet uerba ad partẽ dirigantur, non propterea debet dari actio, ex quo certũ erat officium iudicis cõpetere, ut paulo ſuprà idem Deci. dicit, & bene, ꝓ è contra ẽt, qñ conſtat actionẽ competere, non refert ad quem uerba dirigantur. & ultra eum uidetur caſus in l. ſi paſcenda pecora. C. de pac. ubi uerba referuntur ad iudicem, & tñ oritur actio, quem ibi ponderat Iaſ. & ſi ex his dicimus officium iudicis oriri ſolere in dubio, quãto magis dicere debeamus, qđ oriatur in caſu noſtro, cum hoc ipſum ĩ lege expreſſum ſit, à cuius uerbis, ut dixi, recedere non debemus.

Nec officit, ꝙ extraordinariũ remediũ ſit, qđ ab ordinario uincitur, quia hoc uerũ foret, quãdo à lege non eſſet prouiſum, licetq; uidere in clem. ſæpe, in §. quæ omnia, de uerbo. ſi. ubi recurritur potius ad extraordinariũ remediũ, quã ad ordinariũ. & maximè qñ eſt ſm ius cõe, ut hic & in d. §. quæ oĩa, ubi Nashã in glo. contradicentibus, in prin. & not. in l. 1. in §. inde quæritur. ff. de publica. Abb. in c. ex parte. 2. col. pe. de reſcrip.

43 Non ob. ſm, † quia r̃ndetur, officium iudicis obligationẽ præſupponere, ſaltẽ largò quodam modo, ut *omnes dicunt hanc partem tenẽtes, Cur. hic & Deci. ẽt diſputando, quia tenet cõtrarium ut ſupr. & probatur ad propoſitũ per gl. in l. ſi ſeruũ, in §. fi. ff. de uer. ob. quã ibi ẽt not. Bar. adde tu, ꝙ ita per d. glo. dixit Alex. in l. 1. col. pe.

44 ff. de iu. o. iudi. † quòdq; aliàs quod officio iudicis debetur, non tranſiret ad heredem, nec in ſingularem ſucceſſorem, nec cedi poſſet, & tamen tranſit & ceditur, quod non ex alio eſſe poteſt, niſi ex eo, quia quandam quaſi obligationem præſupponitur. l. non ſolum. §. fi. ff. de reſti. in integ. l. ſi tertius. §. 1. ff. de aqua plu. ar. l. ſi minoris. & utrobique Bar. ff. de admi. tu.

45 Et facit ad idẽ ẽt, quia † naturã rei uẽdicationis habet, quæ pari mõ contra nõ obligatũ datur ut per Bar. in l. 2. in §. Cato. col. 3. ff. de uer. ob. & quæ quandam quaſi obligationẽ quoq; præſupponit, ut not. inſti. de ac. in princi. ergo & officium iudicis, & ſic non ob. & quia ſol. ſatis realis eſt, tranſeo.

Vel & aliter dico, non inconuenire uerba ꝑdicta ita intelligi debere, quod edere debeãt per officium iudicis tamen, quia ſi non ediderint, actione in factum ad intereſſe mulctabuntur. d. l. ſi quis ex argentariis. §. ex hoc edicto. ff. de eden. & quòd teneatur hæres, quaſi dolo fecerit, &c. ſimiliter actione in factum ad intereſſe, ſi facta ſibi denunciatione rationes legatariis tradiderit, cum ad editionem officio iudicis teneretur.

Non ob. tertium, quia meo iudicio, quanquã exiguum ſit, tex. ille adduci non meruit, ex quo uerbum pœnæ abſoluit omnia, ut procurator nõ compellatur edere rationes dño pœnæ metu actionis in factum: quod eſt cum non edit, ſed ꝑ mandati actionem, quæ oriri ſolet ex obligatione cõtracta inter eum & dominum. l. licet. §. ea obli-

46 gatio. ff. de procu. & nota quod † intereſſe pœnã appellat Iuriſcon. cum tamen differant. l. ſi ſic ſtipulatus, in prin. & ibi Bar. ff. de uerbo. obli. quia pœna ſemel committitur, intereſſe ſæpius. & ad propoſitum pœnæ legalis eſt, ſecundum Ange. & Alex. in l. ſi inſulam, co. 3. ff. eo. ergo cum edit, ad id tenebitur officio iudicis.

Non ob. quartum, quia reſpondet Deci. hic diſputando, & Cur. quod cum non loquatur ille tex. de actione in factum ex dicto de edendo, adduci non meruit. Adde tu (ut dicebam ſuprà, licet ad aliud) quòd eſt ſpeciale eo caſu non dño actionem in factũ dari, qđ & ibi Albe. not. nõ trahendũ ad conſequentias, ut idem diceremus in in materia editionis, ubi de remedio per hanc l. & ſimiles prouiſum erat. c. quæ à iure, de regu. iu. in 6. l. ius ſingulare. ff. de legi. & ſpecialius per Alex. in l. quædam. in prin. ff. de eden.

Non ob. quintum, & ultimum, quia eo ſtante, deberet etiam dari actio mandati, quæ tamen non datur, ut dictum eſt ſæpe, ex quo argẽtarius & ſimilis, rationes conficiũt ex neceſſitate officii. l. atqui natura. §. 1. ff. de nego. geſ. uel quaſi, ut hic per Bar. nu. 9. ut uſurarios, mercatores, & nummularios comprehenderet, iuxta alibi dicta ſupra, qui non officium habens publicam cauſam gerunt, nec ex neceſſitate, quia ſibi iniunctũ ſit, ſed quaſi. ergo officium omnino iudicis dabitur, & non actio, ſtantq; ſimul iſta, quòd mandatum ſit contractus, quodq; ex contractu oriatur obligatio, & ex obligatione actio, & tamen hic detur officium iudicis.

Cui ſol. tamen obſt. duo fortiſſimi text. ut per Rimi. Dec. & Cur. quorum primus eſt in l. ſi procuratorem, in §. ſi tutores. ff. manda. ubi tutores mandant contutori, ut emat ſeruum, non emit: dicit text. quòd actione mandati erit ſuccurſum mandantibus contra eum, & tamen ex neceſſitate officii tenebatur.

Alius eſt in l. 3. in §. ſed ſi tota. ff. nau. cau. ſtab. ubi contra nautam datur actio, uel ex locato, ſi res perferendas conduxerit, uel ſi gratis ſuſceptę ſint, depoſiti, & profectò urgent.

Quibus r̃ndent idem Rimi. & Deci. dicentes,

N 2 quòd

ꝙ in materia noſtra, mandatum ſit ad hoc, ut impleatur edictum prætoris, & editio fiat, non aūt ut noua cauſaretur obligatio: in iuribus uerò ꝑ. alleg. ſic, & fuit ſol. Old. Bal. & Aret. hic, & uera, licèt Cur. dicat, ꝙ parum ſaporis habet. pro qua facit quod habetur in l. ſæpe, de offi. præſi. & in c. licèt, de off. ord. Alias ſol. tradit etiam idē Cur. ſed quia hæc realis uidetur, tranſeo. & maximè, quia actio mandati datur, ſi non fiat quod mandatur, & non ſi non edatur, cū ſit de actione prouiſum, ut ſuprà.

Tñ conſidera, ꝙ excitaretur, ſi mandatum eſſet de edendo, & non de conſcribendis rōnibus, ut in d. §. pertinere. Item conſidera, ꝙ in caſu l. at qui natura. §. 1. ff. de neg. geſt. alleg. ſupra nō fit id qđ mandatur, & tñ actio mandati non datur. ni ſi replicetur, ꝙ imò excitatur, ad effectū editionis fiendæ, quodq; non datur mandati in d. §. 1. ſed ratione Iuriſcon. illius loco, neg. geſtorum.

Alii alia dicunt, Mod. Mediola. ſcilicet, & Bononien. ſed quia hęc à ueritate haud aliena mihi uiſa ſunt, illa aliter de induſtria non referemus.

Vel dic dati mandati in d. iuribus, quia mandantis intererat (actio enim ipſa nunquàm datur, niſi mandantis interſit. d. l. ſi procuratorem. §. mandati actio. ff. eo. & ubique glo. in d. §. ſi tutores, in uerbo eum, & in uerbo non eſt obtemperatum) nec de alia actione erat prouiſum, hic autem ſit. igitur nimirum ſi actio in factum ex hoc edicto datur, & non mandati.

Imò ꝙ termini diuerſi eſſe uidentur etiam ex alio, ex quo intereſſe in d. iuribus eſt, quia non emit tutor, cui mandatum erat ut emeret, uel quia nauta res depoſitas non reſtituit: hic autem nō, quia argentarius rationes non ſcripſerit mandante actore, ſed quia non edit. d. l. ſi quis ex argentariis. §. ex hoc edicto. ff. eo. & nimirum ſi diuerſa etiam eſt diſpoſitio.

Et ſic defenſata eſt cōis opin. uerum eſt, ꝙ ad adducta pro ea, aliqua leuia dici poſſent, ex his defenſata, quæ aliter non referam.

47 In ea. gl. in fi. duo dicuntur. primò † ꝙ aliq legunt tex. nřm, & exponunt rōnes, ideſt inſtr̃a, & in hoc non inſiſto, ēt ꝙ ex cōi uſu loquendi ueniunt appel. inſtrorum, ut dictum fuit ſupra, quia uiolat literam oīo, nec eſt à uerbis claris legis recedendum etiam in hoc, quod rurſum communiter tenetur.

48 Scđo dicit ſm̄ iſtum intellectū, quāuis ad tex. applicari non poſſit, ꝙ tñ pōt concludenter teneri, reū licet nō ad fundandā intentionē actori edere debere: debere tñ ad fundatā replicatione

* coadiuuandā, & eſt * cōis opi. l. ne quiſquā, ubi gl. ff. de eden. l. maritus. §. fi. ff. ad leg. Fal. l. qui accuſare. l. fi. inſ. eo. articulusq; eſt diſputabilis. ſed qm̄ Bar. ad ibi dicta ſe remittit, me ēt remitto: & quia diximus quoq; in aliis lectu. & latè in c. 1. de prob. Et ex his (gl. enim fi. eſt additio Ceruoti, ſatisq; ēt dictum ſupra de materia ipſius) finē facio. Die 26. Nouemb. M D L. Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Acta debent edi tum iudicibus, tum litigantibus ſi interſit, & quæ intelligantur propriè.*
2 *Acta quædam reſpiciunt litis ordinationem, quædam ueritatis indaginem, & aliqua deciſionem.*
3 *Sententia diffinitiua, ex actis ſumit robur.*
4 *Actorum nomine quicquid in præſentia iudicis factum eſt continetur.*
5 *Circuitus ſunt uitandi, & an ſemper.*
6 *Acta ordinantur ad ſententiam diffinitiuam, & debet eſſe conformis libello.*
7 *Acta dicuntur publica, quia in loco publico fiunt.*
8 *Acta quare publica dicuntur, & non communia, cum ſolutione.*
9 *Communitas nō poteſt eſſe, niſi in indiuiduis: et ideo acta quomodo poſſint dici communia, cum ſol.*
10 *Acta ſi communia ſunt, quare non datur communi diuidundo, uel rei uendicatio.*
11 *Acta quomodo poſſint eſſe communia, & publica, cum ſint ſpecies diuerſæ.*
12 *Acta publica edi debēt cuicunque petenti, dummodo eius interſit.*
13 *Acta criminalia, an dari debeant cum exemplo, et quomodo dentur.*
14 *Hæreticis defenſio, an denegetur.*
15 *Exhibitio ad ueritatem inueſtigādam fit, & iudex in hoc laborare debet.*
16 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, an poſſit opponere ille, qui mutuum in ueritate confeſſus eſt recepiſſe.*
17 *Verba ſano modo ſemper ſunt interpretanda.*
18 *Glo. 1. intellectus communiter approbatus.*
19 *Sententia ſi non exhibeatur, an iudex poſſit declarare quòd ei fides non adhibeatur.*
20 *Intellectus ſecundus glo. ibi, ſecundo res, &c. & an ſit uerus.*
21 *Contumacia propriè nō eſt delictum, ſed dolus præſumptus.*
22 *Terminus ad copiam accipiendum parti præſenti, an dari debeat.*
23 *Intellectus tertius tex. l. 2. C. de edend. ut exhibitio fiat ſucceſſori actorum, quæ coram prædeceſſore facta ſunt.*
24 *Intellectus quartus l. 2. C. de eden. ut exhibitio fiat ordinario, qui totam delegauit cauſam, reſeruata ſibi diffinitiua.*
25 *Intellectus ultimus l. 1. C. de edendo. quod loquatur de publicatione teſtium examinatorum ſecreto.*
26 *Intellectus autoris ad l. 1. C. de eden.*
27 *Exhibitio actorum, an fiat iudicis officio, uel condictione ex lege.*
28 *Intellectus ad l. 1. §. diuus. ff. de iure fiſci.*
29 *Iudicis proprium eſt ueritatem inueſtigare.*
30 *Iudex maleficiorum, an poſſit examinare teſtes à parte non productos, & quando.*
31 *Teſtis ſi pro una parte depoſuerit, pro alia interrogatus dixerit, nolo rñdere, ei fides nō adhibetur.*
32 *Teſtis qui ſe aſtrinxit iuramento, ad non deponendum, an poſſit contrauenire.*

Minor

33 *Minor an iuret de ueritate dicenda, cum de calumnia non iurat.*
34 *Acta an probent contra alios.*
35 *Teſtes nõ probãt niſi aduerſario pſente, uel citato.*
36 *Teſtes an faciant aliqualem præſumptionem, contra alios.*
37 *Acta ſuper facto probant contra omnes, quia inducunt notorium, & quomodo intelligatur.*
38 *Sententia corporis affectiua corpus ſequitur quocunque uadit, ſicut lepra leproſum.*
39 *Acta reſpicientia effectum facti, fidem non faciũt, nec inter eaſdem perſonas in alio iudicio.*
40 *Acta an fidem faciant in alio iudicio, de partium conſenſu.*
41 *Inſtantia de iure canonico non perit.*
42 *Acta, quæ cauſam reſpiciunt, non inſtantiam, an pereant uel durent.*
43 *Acta reſpicientia ueritatem, & non publicata, nõ faciunt fidem in alia inſtantia etiam inter eaſdem perſonas.*
44 *Actorum publicatio, an fieri poſſit ab alio iudice.*
45 *Teſtium dicta publicata, an fidem faciant in alia inſtantia inter eaſdem perſonas.*
46 *Teſtium dicta in alia inſtantia, ſi aduerſum ſeparatum finem agatur fidem non faciunt, confeſſio uero ſecus.*
47 *Sententiæ effectus ad quoſcunque porrigitur, eius effectus probationis porrigitur.*
48 *Acta facta in uno iudicio, an inter eaſdem perſonas probent in alio in his, quæ curſu temporis mutantur.*
49 *Confeſſio, & ſententia in quo differant, & in quo conueniant.*
50 *Exemplum, ut ſumi poſſit de prothocollo notarij mortui, quæ requirantur.*
51 *Inſtrumentum fideiuſſoris referens ſe ad debitum inſtrumenti abſque inſtrumento debiti probat.*

De eden lectu ii.

¶ Imp. Seuerus A. Fauſto.

IS apud quem.] ad euidẽtiam huiuſce no. legis, quæ eſt ſingularis & allegabilis ad infinitos caſus, ut teſtãtur Pau. Caſt. Iaſ. & alii, & q̃ continuatiue ad præcedentem uenit, ubi de rõnibus tractatũ eſt, ita ut nũc, & ordine quidem competenti tractare reſtaret de actis, quę fiunt in iudiciis, inter actorem, & reũ, præmitte quæ præmiſimus in 1. lectu. & nouiſſime, qđ cõis intellectus eſt ad iſtũ tex. acta tã ciuilia q̃ criminalia
1 † edi debere, cũ iudicibus, tum ẽt litigãtibus, dũmodo eorũ interſit, ut hic p Alex. Itẽ, qđ licet uerbũ acta ſit generale, & tã ea, quæ fiunt extrà iudicium cõprehendi uideant, q̃ in iudicio, attamen propriè intelligi debet de illis ſcripturis, quæ in iudicio fiunt, ut p glo. in l. acta. ff. de re iud. & in l. illud. C. de ſacroſan. & in c. qm̃ contra. de prob. nõ tñ, qđ ſcriptura ſit neceſſaria, qm̃ ẽt probant p teſtes. d. c. quoniã contra, ſed ad obuiãdũ ne ſoli dicto iudicis ſtaret, & ut facilior eſſet ipſorũ probatio. l. cõtrahit. ff. de pigno. d. ca. qm̃ cõtra, itẽ, & ad idẽ, ut p Bar. infrà in ulti. col.
2 qđ q̃dã litis ordinati onẽ reſpiciũt, † quædã ueritatis indaginẽ, & aliqua ẽt deciſionẽ, exẽplificãdo, ut p eũ. i. pricipiũ, mediũ, & finẽ. & nõ ab re, qm̃ ex his tribus partibus ẽt iudiciũ conſiſtit. §. fi. Inſti. de pe. tene. lit. l. amplius nõ petitũ. ff. rem ratã, hab. idẽ Bar. in l. inf. in §. eandẽ. ad fi. ff. de excep. rei iud. Itẽ, qđ oĩa acta ad ſententiã diffinitiuã ordinant, qđ, ſ; ipſe ex actis ſumit robur,
3 † eaq; concernit deſcẽſiue taliter, ut lata ſine actis ſit nulla. l. 1. & ibi Bal. in prin. C. de ſen. Vel, & melius, qđ quædã ſunt, quæ fiunt in præludiis iudicii, ante litẽ cõteſtatã. §. fi. in Auth. in medio lit. nõ fie. ſac. iuſſio. poſt litẽ cõteſtatã in figura iudicii. d. l. amplius nõ petitũ. & ſi facta ſint per modũ uoluntariæ iuriſdictionis, tunc facta dicant in quaſi figura iudicii, auth. ad hęc. §. ſimiliq; mõ. C. de lati. lib. tol. & ibi Bal. ẽt in prin. imò, qđ actorũ nõie,
4 continetur, quicqd factũ eſt in pñtia iudicis, † licet nõ i figura iudicii, ſm Bal. p illũ tex. in l. interrogatã. C. de lib. cau. & ſeruit ad ea, q̃ habent in l. fi. C. qui admi. itẽ, qđ acta à geſtis differunt, qm̃ geſta ſpecialiter dicunt extra iudicium, acta uero (ut diximus) terminus eſt gñalis. l. 1. & ibi gloſ. Bal. Iaſ. & oẽs. ff. de offi. proc. Cæſa. itẽ, & ultimo, qđ acta, & proceſſus ſunt idẽ. d. c. quoo iam contra, & ibi in ſpecie Deci. col. 8. & licèt lege nra, & aliis ſupra allega. acta dicant q̃ fiunt in iudicio, & actitata plerunque appellentur. l. propeꝛdũ. §. 1. C. de iud. cle. ſæpe. de uerb. ſi. attñ qcquid aliàs dixerim, effectualiter differre nõ uideotur.

Dubitandi mõ rõ (nõ diuiditur tex. iſte ſummarioq; planiſſimus eſt) eſſe potuit, dũ ſm unã lectu. ppſupponitur, iudici fore acta oĩmodo edẽ
5 da, qđ imò edi nõ debeãt, † quoniã trita, & uulgata regula eſt, circuitus uitãdos eſſe, qõ minime ſunt neceſſarii, fruſtraq; fieri p plura, quod põt fieri per pauciora. l. dñs teſtõ. ff. de condic. inde. Clem. Auditor. de reſcrip. maximè qñ petens petit, qđ ĩ tus habet, & à ſeipſo inſtructus eſſe põt, l. 1. §. ſi debitori. ff. ut in poſſ. lega. l. ſi qs ex argẽtariis. §. prætor ait. ff. de eden. Sed iudex à ſe ipſo inſtructus eſſe põt, ut aliàs dicebã ẽt in 1. lectu, aliter tñ deducendo, petit qđ intus habet, ergo exhiberi nõ debebũt. & hoc idẽ eſt, qđ Græci periodũ uocãt. Cice. qñq; circuitũ, aliqñ, clauſulã, & nõnunq̃ ẽt cõprehẽſionẽ, & nõ ab re. Bart. hic in 2. oppo. ſubiicit hoc iõ, qa fieri nõ debet ẽt quod factũ nõ releuat. l. hæc ſtipulatio. §. diuus. ff. ut lega. no. ca. & hac rõne adde tu, ſententia ĩ notorio executioni mittit, nõ expectato lapſu dierũ decẽ, qa nõ appellatur, pter q̃ tñ in Gallia, ut p multa pbat Bermõ. Choueronio tracta. de cõcubin. fol. 274. nu. 23. Cõſiderãdo ẽt, qđ notarius dicta acta nõ ſcribit, niſi ab ipſo iudice ſibi cõmittatur, d. c. quoniã contra. Bal. in l. 1. col. 8. C. q accu. nõ po. & ultimo loco cum fiat editio per officium iudicis, ex quo uerba ad ipſum diriguntur, uulga. l. ſi ſoror, ubi glo. C. de colla. quod ſic

ſibi ipſi quodammodo auctoraretur, & in proprio facto quidem, & malè. l. 1. ff. de auc. tuto. l. 1. C. ne quis in ſua cau.

Sed reſpondetur breuiter, quod circuitus neceſſarii ſunt, nec illo caſu uitandi, & utiles peréti, ut in locis præallega. not. & quia hic non eſt de caſibus in iure expreſſis, ut vitari debeant, qđ etiam declarant Docto. & in ſpecie Deci. in l. cũ fundũ, in §. ſeruum tuum imprudent. ff. ſi cert. pet. plene Gramma. deciſio. 103. nu. 129. 193. 194. ex quo non eſt uerum, quod hoc idem intus habeat, & à ſe ipſo poſſit eſſe inſtructus, niſi exhibeantur, cum non ſint propria, nec à ſe ipſo facta, vt in rationibus argentariorum, ſed cõmunia, & à notario quidem ſcripta: licèt de ipſius iudicis commiſſione. Imo, quod hac ratione ignorantia etiam tolerabilis eſt, & facile præſumitur obliuio. l. Lucius. §. emptor. ff. de pac. l. peregre. ff. de acqui. po. l. non fatetur, & ibi de materia. ff. de cõfe. l. quod iuſſit. ff. de re iud. & contra Bar. quẽ

* * communiter damnant docto. dicendum editionem fieri debere, quoniam ſic facta releuabit ex his, & ita etiam Soci. latius. Nec rurſum ob. quod quodammodo auctoraretur in facto proprio, quia dici primum poteſt, non eſſe uerum, ex quo utilitas partium eſt. uel, & aliter, quod liceat, etiam quod factum proprium uideatur, cũ ab ipſo acta inſpicienda omnimodo ſint, ad ueritatis fidem inueſtigandam. l. properandum. §. & ſi quidẽ. C. de iudi. & de ipſius iudicis intereſſe agi uideatur, ut per Saly. hic, in prin. vel quia hoc permiſſione legis facit, quod nulli negari poteſt, & ut infra latius.

6 Verùm dubium† quoque faciebat quoad partem, quod ſibi acta edi non debeantur, quia (ut dicebam etiam aliàs, & in euiden. ſuprà) ordinãtur principaliter ad ſententiam diffinitiuam, tanquam ad fontem, ut per Bal. in l. 1. in prin. C. de ſen. unde nouiſſime hinc dicimus, quod debet eſſe conformis libello. l. ut fundus. ff. communi diu. l. fi. C. de fideicõ. lib. c. licet Hely, de ſimo. uel ſaltẽ talis, ut poſſit ex actis iuſtificari, imo qđ valet ſnĩa, ſi dicatur, cõdẽno cõdẽnãdũ, & abſoluo abſoluẽdũ, ut per Bal. cõſ. 229. uol. 1. tradit Inno. caſu Abb. in c. pe. in pe. col. de iud. l. terminato. C. de fruc. & lit. expen. plenè in l. ninum. ff. ſi cer. pe. ergo parti edi non debent. l. legata inutiliter. ff. de adi. lega. & præſertim, quia nec rationes ſimili modo edi debent, niſi ex cauſa. l. 1. ſupra eo. Conſiderantes maximè, criminalia poſſe non parum præiudicii afferre, ſi exhibeantur, argu. in l. in ſeruorum. ff. de pœn. ita, ut cautius procedendum ſit, vbi periculum eſt maius. l. 1. §. ſed & ſi quis. ff. de Carb. edic. c. ubi periculum de elec. in 6. & quia in fiſco ſpeciale eſt, ut ſibi edatur, in cauſa ciuili tamen, non in criminali. l. ne quiſq̃. ff. de eden. l. 2. §. item diui. ff. de iur. fiſ. diximus in d. l. 1. ſuprà, eo.

Quibus etiam facilè reſponderi poteſt, & ad primum dici antecedens uerum eſſe, conſequẽs falſum, ut de iuribus ſuis dicat, & iudicem totaliter inſtruat, ut facile ſperet poſſe conſequi, qđ optat. l. illicitas. §. ueritas. l. obſeruandum. ff. de offi. præſi. & in ſimili per Bar. in l. 4. in §. hoc autem iudicium. nu. 5. de dam. inf. alias nec concluſio in cauſa, nec publicatio proceſſus requirereretur, & tamen ſunt omnimodo neceſſaria, ut not. in Clem. ſæpe de uer. ſi. & in l. admonendi. ff. de iureiur. & eodem modo ad ſecundum, quĩ acta publica & communia ſunt, & edi debẽt cuicunque petenti, dummodo (ut dictum eſt) eius

* interſit, & not. * omnes hic, & in d. c. quoniam contra. Intantum ut poſſit quis reſcripro delegatorio ante præſentationem renunciare, ipſumq; lacerare, poſt uerò nõ, quia commune effectum eſt, l. 2. & ibi Paul. Caſtr. C. de tempo. in integ. reſtit. peten.

Vltimum ea ſola ratione deciſionis tollitur, quam adducit text. & quæ nobis pro nunc ſufficiet, præiudicium conſiderabile non eſſe, ut fides ueri conſtare poſſit, & in ſimili in l. non eſt nouum. infr. eo. Et non ab re alibi dicitur, quod ueritas rerum geſtarum erroribus uitiari nõ debet, l. illicitas præalleg. §. ueritas. ff. de offi. præſi. Et alibi quod proprium iudicis eſt ueritatẽ ſcrutari, & rem omnino ad lucem perducere. l. fi. ff. de prob. Gramma. deciſio. 34. in princ. quoniam reperta poſtea, ei cedunt omnia. l. quædam. ff. de reb. dub. c. fraternitatis. de frig. & ma. c. ueritate. 8. diſt. & fuit uerbum etiam Pau. Caſt. conſi. 19. col. 2. & conſi. 74. ad fi. uol. 1.

Nec obſt. dictum de fiſco, quia id eſt uerum alio caſu, & in inſtrumentis, non in actis, quę (ut diximus) communia ſunt, ediq; debent cuicunque petenti, dummodo eius interſit, & ut infra, in glo. fi. latius.

Ratio deciſionis eſt in tex. & ut ſuprà. Nota
7 igitur & primò, qđ acta dicuntur publica, † idq; eſt certum non ex alio, niſi quia in loco publico fiunt, coram iudice, & à perſona quidem publica. d. c. quoniam contra. & fuſius, ut per Alexan. Paul. Caſt. Iaſ. Dec. & alios. Vel quia exhibentur omnibus prætendentibus intereſſe, ut dixi ĩ euiden. tradit Bart. in l. 1. in §. editiones. col. 1. ff. de edend. Cyn. hic, col. 1. adde ſimile in iudiciis publicis, quæ huiuſmodi etiam dicta appellataque fuerunt, quoniam cuilibet de populo datur plerunque eorum executio, ut Inſti. de publ. iudi. in prin. & no. glo. in rubr. ff. eo. Et in tabellione, qui ſeruus publicus dictus eſt pariter, quod publicè ſeruiat. l. 2. ff. rem pup. ſal. fo. declarat glo. in §. cũ autem, Inſti. de adopt. Vel & ultimo, quia eidẽ credendum eſt, ut ait Spec. in §. nunc dicendum reſtat, nume. 3. de inſtr. edi. ſpecialeq; ſit hoc caſu, ſcripturam dici publicam, cui de iure, uel de conſuetudine ſit credendum ſecundum Inno. in c. 1. de fid. inſtrum.

8 Ego circa iſtud no. † plures difficultates moueo, & primò quare dictum ſit hic acta publica eſſe, & non communia, cum tamen certum ſit

eſſe

eſſe huiuſmodi, & hac ratione edi debere cuicũque petenti, dummodo eius interſit, ut ſupra.

9 Secundò † moueo difficultatem quomodo communia eſſe poſſint, cum non ſit propriè cõmunitas ſeu communio, niſi in indiuiduis. l. ſi communem. ff. quemadmo. ſeru. amit. faciunt q́ de ſeruo communi dicuntur in l. 1. in §. ſi ſeruus communis. ff. de ſtip. ſeru. deq; Politia Socratis, quod uxores eſſent communes, tradit Cardin. in rubr. de ſponſa. l. ſi plures, & ibi Bald. col. 5. C. de cond. inſer. imò dici ſolet, quod indiuidua partẽ non habent. l. pro parte. ff. de ſeru. acta autẽ ſunt diuidua, ergo.

10 Tertiò moueo † difficultatem, ſi communia ſunt, quare non detur communi diuidundo, uel rei uendicatio, quando quidem meum ſit, quod commune eſt. l. ſerui electione. §. 1. ff. de leg. 1. uel ad exhibendum, cum tamen agatur de ipſorum exhibitione, & ſufficit quod pecuniariter interſit. l. 3. §. ſciendum. ff. ad exhibend. & ut hic per Cyn. ſed officium iudicis, uel aliud remedium, ut infra.

11 Quartò † quomodo poſſint eſſe publica & cõmunia, ut dicebam aliàs, cum hæc duo ſpecie diuerſæ ſint. l. nemo. ff. de rer. diu.

Quintò & ultimò, quia præſupponitur hic, quod per iudicem ſcribi non poſſint (dubitationem enim Decii de c. quoniam contra, præalleg. ut hic per eum in 1. no. & ibidem, colum. 5. non refero, quia reſolutione facilis eſt) & tamen uidetur mihi caſus in l. 1. C. de defen. ci. & in l. 2. C. de magiſtratib. municip.

Sed ad primam reſponderi poteſt, non dixiſſe, quia quæ publica ſunt, eadem quoque ſunt communia, quo ad uſum, ut per Alb. & benè, in d. l. nemo. ad fin. imò quod ſatis fuiſſet iudicio meo, ſi ſimpliciter etiam legiſlator dixiſſet acta, tam criminalia, quàm ciuilia &c. quoniam omnino clarum eſt publica fore. Et ſi replicaretur, quod imò neceſſarium fuit, ex quo aliqua etiam ſunt priuata, ut per Dec. & probatur in l. in fraudem. in §. ex his. ff. de iur. fi. reſpõdebo ſtare iſta ſimul, quod ad ius priuatorum pertineant, ut ibi dicit, & tamen publica ſint, atque communia, neque repugnat. Tamen nõ firmo, & me remitto ad dicta Barto. ibi, in §. neque.

Ad ſecũdum uerò, quod imò ſunt indiuidua, ex quo uſus tantum, ut in ſeruitutibus quoque quæ huiuſmodi ſunt, conſideratur, ut ſuprà, & uidetur caſus in l. ſi ex re. in §. 1. & in l. ſi cum duorum, & melius ff. de ſtip. ſeru. ubi obligatio uſusfructus indiuidua eſt, commoditas autem diuidua, & eſt arg. in c. 1. in §. præterea ducatus, de ꝓhib. feu. alie. per Fede. In uſib. uel dic quod poſſit dari utilis communi diuidundo, ut ibi. quod tamen pendet ab infra dicendis, & nõ uidetur uerum conſiderata natura actionis, quibus detur, & inter quos, quodq́; hic à notario petuntacta.

Et eodem modo ad tertium, quod cum non ſint communia quo ad proprietatem, dari non poteſt communi diuidundo actio, ut tradit Alb. in loco præalleg. & probatur etiam in l per hoc iudicium. ff. communi diuid. & quia hæc, ſicuti etiam fam. erc. & fini. regun. ſapiunt cauſam poſſeſſionis quantum ad ordinem iudicii, quantum uerò ad adiudicationem, proprietatem, uel quaſi. l. pen. ff. com. diuid. l. 1. ff. fam. erc. no. in l. incerti. C. de interdic. & in §. fi. Inſti. de offi. iudi. plenè Bal. in rub. de cau. po. & propr. col. 1. aliena penitus à materia noſtra. Minus rei uendicatio, cum non ſint communia eo modo, quo poſſint uendicari, & plenè no. in d. l. ſerui electione. neq; meũ id quod eſt commune (ut dixi) niſi quo ad uſum. Et non denique ad exhibendum, quia illa inuenta eſt ad effectum agendi, hic autem actorum exhibitio deſideratur ad alium affectum, ut fides ueri ſcilicet conſtare poſſit, ſiue ad inueſtigãdam ueritatis fidem, & maximè, ut dixi aliàs, quia eſto quod tam hic, quàm in d. l. 3. agatur de intereſſe petentis, uno caſu à denegata iuſtitia appellatur, ſi acta non exhibeantur. l. 2. C. ut lit. pe. alio uerò agitur in factum ad intereſſe. d. §. ſciendum, uſqueadeo ut mirum non ſit, ſi neq; actio prædicta in materia, inq́; . l. noſtra locum habet. uel & aliter etiam, ut per Alex. in l. quædam. in princ. ff. de edend.

Quartum ex ſupradictis ſublatum eſt, quod quamuis ſpecie diuerſa uideantur, ex quo publica occupanti non conceduntur, communia uerò ſic. d. l. nemo, & ibi not. uſu tamen non diſcrepant.

Non obſt. quintum & ultimum, quia ſuſtinẽdo communem opinionem fundatam in d. c. q̃m contra, tametſi iura ad oppoſitum alle. urgere uideantur, dici poteſt, uerba prædicta acta, conficias, id eſt coram te confici ac conſcribi facias. & congruit contrarietatis uitandæ gratia, uulg. l. 1. C. de inoffi. dot. c. cum expediat. de elect. in 6. Tamen adhuc urget tex. in auth. iubemus. in §. his quoq;. C. de ſacroſ. ecc. ubi iudex acta ſcribit, & ibi glo. quam Bar. dicit notandam. Poſtea ſoluit quod bene poteſt ſcribere literas teſtimoniales. l. diuus. ff. de offi. præſi. ſed non acta, quæ ſint in forma iudicii. d. c. quoniam contra. l. ne in arbitris. C. de arb. Nec obſt. tex. in d. §. his quoque, quia loquitur in iudice chartulario, qui erat iudex & notarius, de quo etiam in l. 1. ff. de iud. & ut per eum latius ibi.

Secundò nota, quod acta publica, tam crimi-
12 nalia, quàm ciuilia edi debent † cuicunque petenti, dummodo eius interſit, ut obiter etiam dictum fuit ſupra, & per Bar. in l. 1. in §. editiones. ff. de eden. plenè Feli. in c. 1. col. 11. uerſi. limita ſextò. & 13. fallen. nona. de probat. & in pulchro caſu Capici. deciſio. 127. numero 6. nec habetur dubium.

Sed quo ad uerborum ordinem quærit Dec. Seni. cum ſit facta æquiparatio per aduerbiũ tam & quam, & illud ſecundum Grammaticos iungatur caſui maiorem dubitationẽ habenti, iſtud

uerò

uerò habenti minorem, exempli gratia. Deus tã peccatores quàm iuſtos diligit. Ita gaudium erit in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente; quàm ſuper nonaginta nouem iuſtis, qui non indigent pœnitentia. ut Luc. 15. l. pro hærede. in princ. ff. de acq. hær. in quo ſtet iſta maior dubitatio, & nõ reſoluit. Iudicio meo dici potuiſſet ſtare in hoc, quia (ut etiam in caſus figuratione declarabam) in criminalibus agitur de grauiori ꝑiudicio, quàm agatur in ciuilibus. l. in ſeruorum. ff. de pœ. §. & quoniam ſcimus. in Auth. de teſti. Bart. in l. addictos, d fi. C. de ap.

Aliter inducit Purpu. hic colum. 2. legẽdo tex. ſic, tam ciuilia, quàm criminalia, prout legitur ĩ l. cum clericis. C. de epiſ. & cler. & ſentit etiã Dec. Iun. hic, nu. 14. quod tamen non dicit Senior, ſed ut ſupra relatũ eſt. & dato quod ſic legatur, probat lectionem idem Purpu. eſſe optimã, quoniam in ciuilibus eſt maior dubitatio, quàm in criminalibus: patet quia in his, ſi editionem fiſco factam conſideremus, hoc ipſum publicam concernit utilitatem. l. ita uulneratus. ff. ad legem Aquil. ſi ea quæ fit reo, defenſionem innocentis, pro qua lex multum laborat. l. abſentẽ. ff. de pœ. cle. Paſtoralis. de re iud. Bald. in l. edita, lec. 2. colum. pen. infra eod. nec diſplicet, ſed ut dicebam proximẽ conſiderando grauitatem iudicii in genere, omnino maior dubitatio in criminalibus eſſe uidebatur, ita ut primo modo etiam ac ſine dubio ſupradictis ſtantibus legi debeat. alias etiam reſolutiones tradidi in 1. lect. quæ hic pro expreſſis habeãtur. Vel & nouiſſimè dicas quomodocunque legatur, nõ eſſe curandum, quia ius noſtrum nõ ſubiacet regulis Priſciani. l. Plautius. ff. de aur. & arg. lega. l. qm̃ indignum. C. de teſta. Bald. conſi. 33. ad fi. uolum. 1. in ſimili Pau. Caſt. in l. ſi is qui ducenta. in §. utrum. in princ. ff. de reb. dub. vel quod ſtent dicta uerba copulatiuè, & non comparatiuè, ut in §. diſcipuli, ĩ prooem. ffotum primo & ſecundo, & in §. hæc autẽ tria, & in §. illud. & ubiq; uerba ad idem clara. ibi tã per Tribunianum, quàm per duos ex uobis. & ibi, tam friuolo quàm ridiculo. & ibi, tam Athletæ, quàm gubernatores. & ibi, tam in Regiis Vrbibus quàm in Beritenſium ciuitate pulcherrima. & ibi, tam obſeruare, quàm uindicare. & ibi denique, tam iuuenum, ꝙ ſcriptorum qualitas.

Verum ad ipſum no. redeũtes quæritur (quo ad ciuilia enim clarum eſt, quæ edi debeant. l. 2. C. ut lite pẽ.) quomodo criminalia poſſint exem-
13 plificari † dicit Deci. & ante eum Bald. Alexan. Iaſ. & cæteri, quod exemplum optimum erit in inquiſitione, qm̃ ipſius copia dari debet & articulorum ſuper fama, ſi petatur, & generaliter omnium iudiciorum. c. qualiter & quando. §. debet. de accuſ. tradit Bar. in l. fi. col. fi. ff. de quæſtio. non alia ratione niſi ut habeat facultatem ſe ipſum defendendi inquiſitus, ut in dicto §. debet. ad literã dicitur, aliàs negari uideretur, ſi nõ principaliter & directo, in conſequentiam ſaltem, & per obliquum, & malè, clem. Paſtoralis, de re iudic. l. defenſionis facultas. C. de iur. fi. lib. 10. & ſi non daretur, poſſet appellari, uel proteſtari de recurrendo ad principem, ex quo interim ſoret à tortura ſuperſedendum, ut per Ripam hic, poſt Fel. tamen in c. licet Hely, co. 2. de ſimo. & de materia aliã, in d. l. 2. C. ut lit. pen. nec ab re, qm̃ tortura damnum eſt irreparabile. l. prouocationẽ. C. de ap. Bar. in l. 2. ff. de ap. recip.

Et quanquam hęc regulariter procedant, limitantur tamen in hæreticis, quibus abſolutè om-
14 nis defenſio † negata uidetur. c. ſi aduerſus. de hære. ſuntq; deterioris conditionis, q̃ excommunicati, quibus permiſſa eſt. c. cum inter, de exceptio. ſi tamen neceſſaria ſit, non ſi uoluntaria, ut per Bart. in l. ſi fideiuſſor. in §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſda. cogant. & dictu ad propoſitum mirabile eſt etiam, quod aſſeſſores non debent pati, aliquem patrocinium præſtare pro furibus inſignibus, & latronibus, quorum periculi ſui neſcia ſeruet inſania. l. per omnes. C. de defen. ci. Bal. in auth. ſed nouo iure, col. fi. C. de ſer. fug. ſiq; per indirectum negari uidetur in caſu l. ſi ſeruus. & ibi Bar. C. de his qui ad ec. confugi. quoniam licet interficere eum, qui ſe capi non permittit, ut ibidem, & per Ang. in l. ſi ſic. in prin. ff. de leg. 1. & Flor. in l. 3. colum. 2. ff. ad legem Aqui. ea ratione forte, quia exercenti officium ſuum licitè reſiſti non poteſt. l. prohibitum. C. de iur. fiſ. lib. 10. Idem Flo. in l. magiſtratus. col. 1. ff. ad legem Aql. cum declaratione tamen, ut per Boer. deciſio. 1. quamplura alia poſſent adduci ad ampliandum, & limitãdum iſtud no. ſed quoniam plana ſunt & facilia dictaq; aliàs, ea non aliter repetam.

Tertiò & ultimò nota, quod exhibitio fit ad ĩ-
15 ueſtigandam ueritatis fidem, † quodq; debet aliàs, & maximè iudex, in hoc laborare plurimũ, ut in caſus figuratione dictum eſt, & nouiſſimè probatur ſecũdum omnes, in c. iudicantem. 30. q. 5. per quem text. ita etiam dixit glo. in c. cum Ioannes. de fid. inſtrum. Iaſ. in l. admonendi. in repe. colum. 115. ff. de iureiur. Anch. conſi. 194. ad fi. & conſi. 191. in princ. Rom. conſi. 479. multa Dec. hic, & in l. unica. in 7. not. C. de ſen. quæ pro eo. Adde quod eſt baſis & fundamentum iuſtitię, ut per Bal. conſi. 343. colum. 2. uol. 1. quodq; luci comparatur inquit alibi, in c. 1. in princ. de proba, & quod denique melius eſt pro ueritate ſupplicium pati, quã beneficium pro adulatione c. nemo petitorum. 11. q. 3. & dicit idem Bal. qđ Hebræi quærunt ſigna, Græci uerò ſcientiam, ut ueritatem inueniant, quodq; ſic iudices eſſe debent, Græci ſcilicet & Hebræi, ne circumueniantur errore facti, conſi. 70. in princ. uol. 1.

Et quod iudex ad ueritatem inueſtigandam ſemper oculum habere debeat, probatur in l. cũ ita. ff. de condi. & demon. & ex eo planè liquet, quoniam dixit Chriſtus, ego ſum ueritas, nõ ſententia, non ſtatutum, uel conſuetudo. c. qui concepta. 8. q. c. quicunque. 8. diſt.

Sed ad propoſitum dubitatur. pone quod
io ueritate confeſſus ſit, ſe centum à te mutuo
cepiſſe nunquid poſſit, ſi p etantur, opponere
16 † exceptionem non oumeratæ pecuniæ. Bald. in
c. ex inſinuatione. colum. ſi. de proc. ſenſit quod
non, nec ab re, quia ſi uerè accepiſſet, non obiice
retur, ergo nec quando hoc ipſum confeſſus eſt
modo prædicto.

Dec. uerò cootrarium, quia qua facilitate con
fitetur, eadem quoque uerba quæcunq; in chy-
rographo apponit. Et quia non pôteſt renúciare
exceptioni prædictæ ſecuodum Bar. io l. ſi ex cau
tione. colum. ſi. C. de oon nume. pecu. & ut per
eum latius. Quæ opi. mihi admodum placet, ſed
non ipſius Decii rationibus, ex quo primum ſor
te procederet, quando ad ſuaſionem creditoris
dicta uerba in chyrographo appoſuiſſet, ut inqt
idem Bar. in loco præalleg. nu. 7.

Nec ſecundum adhuc uerum eſt, eodem teſte
ibidem, num. 4. & poſt eum firmat etiam Bald.
in l. pecuniæ. C. de ſol. uerum ex hoc ſolum, quia
ſi confeſſio ſit iurata, nó propterea tollit quomi-
nus obiiciatur exceptio. l. fin. & ibi idem Bart. C.
eod. ergo multo minus ſi d. uerbis facta ſit, &
arg. Bal. in d. c. ex ioſinuatione, retorquebitur, &
ita tranſeundum eſt, & cogitandum, quia omni-
no q. inepta uidetur, nihil commune habés cú
iſto no. quod ad iudicem maximè ſpectat ueríta
tem inueſtigare, & rem ad lucem perducere.

Prætermiſimus etiam de induſtria quærere,
quare dixerit quoq; legiſlator hic, is apud quẽ,
& non iudex, quia diximus in 1. lect. Adde quod
ſic etiam Papa ſummus ſacerdos appellatur in
c. 1. in prin. quis dicatur Dux uel Comes in uſi-
bus, & ibi Bal. in princ. qui uocat alibi quoque
principem magnum prætorem, conſi. 345. uol. 1.
Ex in ueteri teſtamento alii, ſeu apud Hebræos,
Angelos & ſtellas populum ſempiternum, dato
qđ hæc fuerit mens legiſlatoris periphraſticè lo
qui, & non ex alio ut ibi dixi. Quibus adde etiã
locos, ubi uerbum met iubebit, de quo hic repe
ritur, & maximè in l. ſi quis ex argentariis. in §.
prætor ait, & in l. argentarius. in prin. & in l. ſi le
gatum, & in l. ueluti. ff. eod. & in l. 2. C. commu-
ni diuid. & in l. ſi tibi. C. loca. & in l. 1. C. quem-
admod. teſtam. aper. & in l. hæredes. in §. 1. ff. fa-
mil. erciſc. & forte hæc de re officium iudicis da
tur, quod an uerum ſit loco ſuo uidebimus.

Super prima oppo. Bart. de l. 2. C. ut lite pend.
inſtat Ripa & dubitat, poſtea ſoluit: dic ut p eũ,
quoniam dubitatio ſecum ſolutionẽ afferebat,
ex quo uerba ſano modo ſemper ſunt interpre-
17 tanda, † & taliter, ut abſurditatẽ non iocludãt,
quod utique eſſet ſi (ut dicebat) ĩtelligeremus,
iudicem ipſum, uel ſuperiorem copiam facere.
§. ſed & quod principi placuit. Inſti. de iur. natu.

Quo ad ſecundam euſdem Bart. oppoſitioõẽ
de l. hæc ſtipulatio. §. diuus. ff. ut lega. no. ca. dãna
* tur * communiter, ut idem Ripa teſtatur, & be
ne, dictumq; eſt in figuratione caſus, qui tamen
poſtea eum ſaluat per tex. in l. properandum, in
§. & ſi quidem. C. de iudic. in illis uerbis tunc iu
dicem oegotii acta apud ſe confecta conſpicere
cenſemus, & poſt Abb. ac alios in c. ueniens, &
in c. fraternitatis. de teſti. ſed nihil eſt, quooiam
conſpicientur, ſi exhibeantur, ad ueritatis fidem
inueſtigandam, cogita.

In glo. 1. quinque intellectus ponuntur, ut in
18 ea. Primus breuiter communiter † approbatur,
vt Seyſel. teſtatur, quod text. ooſter loquatur in
cauſa ap. & in iudice ad quem, exponaturq; res,
ideſt cauſa. uerum dubito, qnia ſolum ĩ iuribus
per ipſum alleg. legitur, quod iudex à quo debet
mittere copiam opinionis ſuæ, & cauſam ioſtru
ctam, una cum actis omnibus iudici ad quẽ, &
tamen in tex. noſtro dicitur iubebit.

Conſiderando etiam, quod eſt uerbum impe-
rantis. l. ſi quis ex argentariis. §. prætor ait. l. uelu
ti alleg. etiam ſupra. ff. de eden. l. 3. C. qđ cum eo.
uulgatumq; illud poe. facit.

Infandum regina iubes renouare dolorem.
vel & melius.
Eſt rogare ducum ſpecies uiolenta iubendi.
Et quaſi nudato ſupplicat enſe petens. & tamen
par in parem non habet imperium. lege nam
magiſtratus. ff. de arbit. l. 1. §. ueteres. ff. de acqui
ren. poſſeſ.

Et ultimò, quod ſic tex. iſte eſſet de indubita-
bili, & male, uulg. l. quod Labeo. ff. de carb. edic.
quis enim eſt tam rudis, & expers, qui non ſciat
ſi iudex ad quem debet coofirmare uel infirma
re ſententiam iudicis a qno. l. Titianus. ff. quod
cum eo. l. cum apud. iud. ſol. quod hoc idem fa-
cere oon poterit niſi uiſis actis. l. probatam. C.
de ſen. c. cum ex literis. de reſti. in int. & utrobi-
que not. tamen quia (ut dixi) communis eſt ab
eo oon recedemus, & in 1. lectu. ipſum fuſius (ſi
bene ſum memor) t natti ſumus. & nouiſſimè re
ſponderi poteſt ad primum uerum eſſe, non qđ
iubere etiam oon poſſit, ſi non mittatur, ex quo
hoc caſu ſuperior, & maior dicitur, ſecũdumq;
tolletur, nil aliudque appellatio, quam prouoca
tio à minori tribunali ad maius, ut not. in l. 1. ff.
de ap. & in rub. extra, eo. in prin. & q̃uis dubita-
tionem habere non uideatur, ex eo, quia pro-
nunciari aliter oon poſſet à iudice bene appella
tum, & malè iudicatum, uel è cootra, ut ad ter-
tium reſpondeamus quoque, habet tamẽ ex præ
dictis non aliter repetendis, quæ ſufficiunt qua
liacunque ſint. l. eunuchis. C. qui teſta. fa. po. uel
ad omnem difficultatem tollendam, dicamus ẽt
quod in primis uerbis is, apud quem iudex ap-
pellationis deſignetur, quodque iubeat parti, ut
acta omnia exhibeat ad cauſam pertinentia.

Verum quæritur ſi exhibita non ſint, dicatq;
pars ooo habere, puta ſententiam, uel tale quid
19 aliud, de quo agatur, ĩterrogata, poterit † ne pro
nunciare iudex ſi aliquo tempore inuenta fue-
rit, quod ei fides non adhibeatur?

Bar. hic poſt Inno. in c. G. ppetuus. de fi. inſtr.

conclu-

concludit qđ ſic, mōtus potiſſimùm, quia quemadmodum poteſt ſtatui terminus actori ad agendum, quo elapſo non audiatur amplius. l. diffamari. C. de inge. ma. & aliis per ipſum allega. ita poteſt alicui audientia denegari ſuper aliquo in * ſtrumento, & dictum eſt pari modo cōiter * approbatum, ut per Alex. Iaſ. & alios, licèt pro rei ueritate (ut inquit Are.) Bart. infideliter referat Inno. alio caſu loquentem, quando ſcilicet interrogatus quis an ſentētia pro eo lata eſſet, necne, reſpondit quod non, quo fit ut non ex ui pronūciationis iudicis, ſed ex proprio actu caſſetur effectus ſententiæ, quia negando pro ſe latā fuiſſe, eidem renunciat. l. duobus. ff. de excep. rei iudic. nos uerò aliter, ut in exemplo eiuſdem Barto. de quo ſupra, & tunc caſſatur ſola malitia & contumacia negantis, & ut per eum latius, idemq; Alexand. & Iaſ. Soci. uerò implicitè & uirtualiter ſaluat, quòd ampliatio ſit ad præalleg. dictum Inno. nec diſplicet, licet fortior ratio uno caſu uideatur quàm alio.

Nihilominus miſſis his, & utcunque ſit quo ad propoſitam q. licèt (ut dixi) communis determinatio ſit cum Bar. aduertendum putat Iaſ. ex duobus non eſſe tutam. primò, quoniam non debet quis ſic iure ſuo incontinenti priuari, ſed bina monitione termino durante. §. ſi quis autē, non implens, & ibi gl. in Auth. de hæred. & Falc. Suſtinendo Bart. dicit idem Iaſ. quod contra glo. prædictam eſt tex. in c. licet, de accuſ. & poſtea reſpondet, & uerum eſt, textq; mei ſecum reſponſionem affert, ut per eum. Aliter Cur. quod hoc non ſit Bart. reprehendere, ſed limitare, quod bina requiratur monitio: & adhuc malè, quoniam ipſe de unica intellexit, & prout etiam in iuribus per eum alleg. iuxta no. in l. non ſolum. in §. ſi liberationis uerba. ff. de lib. leg.

Igitur dicas tu non eſſe uerum, neq; id dici in d. §. ſi quis autem, neque in authē. hoc amplius, ſumpta ex d. §. C. de fideicom. & ſi quæ ſunt iura, quæ hoc dicant, ut in glo. præalleg. loquūtur in caſibus ſpecialibus, quia de maiori agebatur pœna. Qua de re Ang. in d. §. ſi quis autem, cogitandum relinquit. & in. §. ſi quis autem, i Auth. de eccl. titu. non eſt auſus hoc ipſum affirmare, & in terminis facta mentione Bar. hic, quod nō requiratur bina monitio, ita tenuit Capici. deciſi. 205. colum. 4. ad fi.

Secundò dicit Iaſ. theor. Bar. nō eſſe tutā, quia uult quod propter contumaciam audientia negari poſſit perpetuò, & tamen hoc non eſt uerū, ſed ad tempus ſic, ut per glo. in l. 1. in §. fi. ff. ſi quis ius di. non obtemp. quam commendat Bal. ultra eum, in c. 1. col. 1. de mi. ua. qui cont. eſt, in uſib. feu. Cui argumento ſufficienter Dec. hic reſpondet, ut per eum. prima uerior eſt cæteris, quam etiam refert & ſequitur Cur. quòd glo. prædicta loquatur de ſimplici contumacia, abſque comminatione, & ibi Bar. ſignanter reprehendendo no. §. expoſitionem glo. dicit fatuam, quod pro

conſu-

ſimplici contumacia quis puniatur ad intereſſe totius cauſæ.

Tertiò dubitabilem concluſionem adhuc eſſe ſentit idem Cur. quia appellans debet fidem facere iudici de grauamine, & ſic de ſententia cōtra eum lata, alias audiri non debet. c. Romana. §. ſi uero, de ap. in 6. l. hi qui, & ibi Bar. C. eo. ergo nec debet poſſe ſilentium imponi appellato, ſi ſententiam non produxerit, cum ad id non teneatur. quod argum. fuit But. licet ipſe ſubticeat, in d. c. G. perpetuus, & Aret. hic, & eſt uerum quando poteſt, ſed ſi non poſſit, & culpa uacet, fortè quia notarius inſtrumentum ſententiæ amiſit, nō eſt ratio qua dicatur, niſi ſub dicta comminatione, hoc idem iudici à lege permiſſum eſſe. quod & idem Inno. in d. c. G. perpetuus, & Pau. Caſt. in l. 2. C. ut lite pend. & Ripa hic, obſeruaſſe uidetur. Et pro iſta ſolu. facit, quia humani actus à duplici principio regulantur, uoluntate & poteſtate. c. cum ſuper. de offi. dele. Bald. plenè conſi. 126. colum. 2. uolum. 1. licet igitur uelit, nō poteſt tamen. ergo hoc caſu per hanc praxim prouiſum eſt, ne ius ipſius appellantis pereat.

Quartò idemmet rurſum arguit contra Bart. quod alio remedio erat prouiſum appellanti, ut haberetur recurſus ad principem. & iudex cauſę principalis cogeretur edere, nihil allegat: adde tu tex. in l. 2. C. ut lite pend. & reſponde, quod procedit in caſu ſuo, non hic, quodq; fruſtra fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora. l. dominus teſtamento. ff. de cond. indeb. clem. Auditor. de reſcrip. & maximè cum hæc ſit praxis legis.

Quintò arguit, quia ſi hoc uerum eſſet, adhuc tota editionis materia deſtrueretur, & non edenti poſſet perpetuum ſilentium imponi, & eſt colloratum, ſed non ſubſiſtit, quia regulare eſt i materia editionis agenti non fieri, ex cauſa autē ſic, & ſi non edatur negans ad intereſſe tenetur per actionem in factum. l. 1. ſupra eo. & ibi diximus. & l. ſi quis ex argentariis §. ex hoc edicto. ff. eodem. ergo hoc ſolo caſu praxis utilis, & neceſſaria. imò plus inquit Soci. hic poſt Anch. in cle. 1. de uſu. & Bar. in l. Ariſto. ff. de acquiren. hære. quod in quolibet inſtrumento idem dici poteſt, ſi negetur, uel non exhibeatur, hoc eſt peti poſſe pronunciari ei fidem poſtea non eſſe adhibēdā, ſi aliquo tempore apparuerit.

Sextò arguit, quòd cū teneatur iudex à quo, ut ſuprà, mittere copiam ſuę opinionis iudici ad quem, nec miſerit, uidetur eſſe ī dolo. l. dolus. ff. mand. ergo non debet appellatus ex eo damnificari, ſed agi prius contra doloſum ad intereſſe, & poſtea in ſubſidium contra appellatum. l. fi. ff. de eo per quem fac. erit. & facilis etiam eſt reſpōſio, ſi dixeris in caſu ſuo pariter procedere, quod habetur in d. l. fi. quā præſupponimus dolū non poſſe iudici imputari, fortè quia requiſitus non fuerit, nec appellanti culpa, ut ſupra, quodq; totum à comminatione pendeat, & latius, ut dixi etiam in 1. 2. C.

Vltimò

Vltimò conatur etiam Ripa impugnare opi. Bar. & Rimin. ante eum, quod ſententia ſit conditionalis, quodq́; communiter non ualeat. l. 1. §. biduum. ff. quando app. ſit. poſtea reſpondent, quod conditio intrinſeca ſit, poſt Bar. in l. ait prętor. in §. ſi iudex. ff. de re iud. adde in ſimile, ut p Bald. conſi. 229. uolum. 1.

Vel quod non eſt ſententia propriè, ſed comminatio, quæ non aliter fieri poſſe uidetur, niſi conditionaliter. & ſic Bart. à tot tantiſq́; moribus defendi poteſt. Tamen ad propoſitum praxis prædictæ, quanquam ſumpta occaſione ex d. legibus, ita ſimpliciter dicat, & in materia editionis uerum ſit, & ut per Bald. latius in c. licet cauſam, colum. 5. de prob. & in l. quid ergo. in §. 1. ff. de cont. act. tu. ubi tradit etiam intellectum ad tex. in d. l. diffamari, quod illud ideo ſit ibi, quia reus diffamatos prouocatur, & hac ratione admittitur ad petendum, ut diffamatus agat intra certum terminum, aliàs ei perpetuum ſilentium imponatur. c. cum in tua, qui mat. acc. poſ. c. cauſamq́; qui fi. ſint legi. & hoc modo quis inuitus agere compellatur, ut no. in l. 1. C. ut nemo inui. age. co. multa Card. Alexand. in c. lator. nu. 7. eo. tit. et idem Bal. melius quàm alibi, in authen. ad hæc. colum. 6. C. de uſu. Rom. conſi. 53. Old. conſil. 3. in prin. aduertendum eſt, quia nihil aliud noluit dicere, niſi iſtud quod ſicut ex cauſa, audientia alicui denegari poteſt, ita poteſt denegari ſuper aliquo inſtrumento.

¶ Additio.

Quo ad primum iſtum intellectum gl. adhuc eſt aduertendum, quod ex aliquibus (licet ſit communis) non uidetur bonus, primò (ut dicebam aliàs) quia diuinatiuus. l. ſi putaſti. ff. ad leg. Aq. l. apud Celſum. §. illa etiam. ff. de except. do.

Secundò, quia acta ciuilia & criminalia, non cumulantur. l. 2. C. quan. ac. ciui.

Vltimò, quia ſic exhibitio non fieret ad inueſtigandam ueritatis fidem, ut hic, & in l. non eſt nouum. infr. eo. ſed ad cognitionem æqui, uel iniqui. & ita tradit etiam Purpu. hic, nu. 38.

Verum ſuſtinẽdo Bar. ad primum dici poſſet, quod imò nõ diuinet, ex illo uerbo, is apud quẽ.

Ad ſecundum, quod imò plerunq; cumulantur. l. nullũ. C. de teſt. arg. in l. quotiens. C. de iud.

Ad tertium uerò, quod non ita adhiberi poteſt ea ratione, quin ueritas inueſtigetur. & breuiter quicquid ſit aliàs, à communi opi. non eſt diſcedendum.

In ea. glo. ibi, ſecundo res &c. habes ſecundũ
20 intellectum glo. † ad text. noſtrum, ut rem, ideſt cauſam principalem exponamus, exhibeanturq́; acta neceſſariò, quia actor diu abſuerat, eoq́; contumace fuerat proceſſus exinde formatus, & ſic ſentit ſecundum inductionem Bar. quod de editione facienda actori agatur, per text. in l. properandum. in §. & ſi quidem. C. de iudi. qui pro rei ueritate non probat, locutus potius de editione fienda iudici. & ideo dicit Alexã. quod hæc fuit mens glo. Idemq́; Dec. ex quo ſimpliciter alleg. text. in d. §. & ſi quidem, iuxta no. in l. non ſolũ. in §. ſi liberationis uerba. ff. de lib. leg. & non diſplicet. Nec ſecus Purpur. qa utitur termino diu, Conſiderando edi actori, et ſi parum abfuiſſet.

Sed tamen cogita gl. nil aliud innuere uoluiſſe, & Bar. ſalua, cum de contumacia actoris loquat, & replica d. termino diu, n ſam fuiſſe, narrando, non myſteriũ iuris ponẽdo: & ita teneo.

Verum eſt, quod ad tex. noſtrum applicari nõ poteſt, ut idem Purpur. ait. primò, quia diuinatiuus. Secundò, quia contumacia eſt delictum. l. omne delictum. ff. de re milit. delictum non præſumitur. l. merito. ff. pro ſocio, ergo. Tertiò, quia editio ſic fieri non uideretur gratia ueritatis inueſtigandæ, ſed ad finem deliberandi. l. 1. ff. eod. & ſic omnino reiiciendus.

Et placet opinio hæc, quia de actore, deq́; abſentia ipſius nullum uerbum in text. ſed ad unũ
21 ex prædictis aduerte, † quia contumacia nõ eſt delictum propriè, ut no. in l. ſi mora. ff. ſolu. mat. ſed dolus præſumptus. l. minor. in princip. & ibi Bart. ff. de minor.

Aliud quoque non omittentes, quod maior tamen eſt actoris, quàm rei. c. cauſamq́;, de dolo & contum. c. 1. eod. tit. in 6. Rota deciſio. 402. colum. 1. in nouis. Nath. in clem. ſæpe, in prin. col. 6. de uerb. ſignifi.

Item aduerte, quòd imò ſit editio, ut inueſtigetur ueritas, ſed quod hæc inueſtigatio ſpectat ad iudicem regulariter, ut dictum eſt ſupra.

22 In. ſe tamen uerus eſt, & ex eo no. Bart. † quòd à contrario ſi pars eſt præſens, & litigat, non debet ſibi dari terminus, ad accipiendam copiam actorum, & hoc ipſum eo ſolo, quia tota die ꝑut acta fiunt, debet copiam accipere, quaſi dicat, & ſi non acceperit, ſubeſſe uidetur quid, quod ſibi poteſt imputari: & ita etiam tenet Ang. hic, & in l. 1. in §. editiones. colum. 2. ut atteſtantur Docto. præſertim Alex. Iaſ. Dec. & alii, ff. de edend.

Et plus dicit, quod nõ aliter obſeruat praxis: & ad propoſitum eſt argum. in l. ſi quando. C. de dilat. & in l. ſi quis ex argentariis. in §. prætor ait. in princ. ff. de eden. & in l. de die. in §. fi. ff. qui ſatiſd. cog. ubi priuatur priuilegio, qui eo uti noluit cum poſſet. & ideo ſi poſſum examinare teſtes in loco, nec faciam, ipſiq́; poſtea abſint, non debet fieri remiſſio ad locum, ut examinentur, quod ibi no. & bene: nec eſt regulare, niſi ĩ caſu, quando producenti culpa poteſt imputari, ut p glo. in §. & quoniam, in uer. abundantiam in Authen. de teſti. & ita foret tranſeundum.

* Nihilominus Bar. damnatur communiter, * quod imò nec in ſe uerus ſit, ut atteſtatur Ripa, & in ſpecie ipſum reprobant Fulg. Paul. Caſt. Alexand. & Dec. Moti auctoritate & ratione: auctoritate, quia probari clarè uidetur in l. 2. C. ut lit. pend. & in c. quoniam contra. de prob. ubi utrobique dicitur, acta iudicii, cum ſint communia, generaliter, & quandocunque edi debere. Rõne,

ne

ne contumax ſit melioris conditionis, quã pars quæ ſemper fuit præſens.arg. in l.non ſolum. ff. de noxa.& in l.Licinius.ff.quib.ad lib.procla.nõ li.imo.in l.hæc conditio.prima, per illum tex.ff. de condi.& demon.ſed contumaci datur terminus ad accipiendam copiam actorum, ergo & præſenti. & poteſt ſecundum Cur. etiam ex aliò ſuaderi, quia in text. noſtro de danda dilatione nullum eſt uerbum, ſed ſolum, quod actorum copia danda eſt partibus.

Cogitabam ego, & ſi a cõmuni opinione non ſit recedendum, Bar.ſaluari poſſe, quem etiam ſaluat Iaſ.ex ſupradictis, & ſi ad l.ſi quando, præalleg.diceretur, ut dicunt tenentes contrarium, quod non habet locum in actis, quę communia ſunt, & edi debent, replicabo uerum fore, quando præſenti nihil eſt, quod poſſit imputari, & in hoc ſtat punctus: ſed hic eidem poteſt imputari, cur dietim copiam non acceperit, ut ſupra dictum eſt, ergo.

Et ad idem facit, quia eſto (ut dicebat etiam Cur.communem opin.ſequutus) quod loquatur text. ille in dilatione impeditiua proceſſus, nos autem in danda ea ad accipiendam copiam actorum, probat nihilominus in ſui ratione.l.regula.§.& licèt, ubi gloſſ. & Bartol.ff.de iur.& facti ignoran.

Dicunt etiam ad l.de die, prælle. pariter, qđ ibi non agitur de ſimplici negligentia, vt hic, ſed de contumacia illius qui cauere noluit. quod etiam non ſubſiſtit, quoniam generale eſt, per illum text.priuilegiatum priuilegio priuari, ſi eo non utatur, cum poteſt.d.§.regula. l.metum. §. animaduertendum.ff.quod met.cau.

Inſtantes rurſum, quod ibi priuilegium eſt, tolliq́; facilè poteſt.l.eius militis.§.ſi militia miſſus.ff.de milit.teſtam. adhuc non tutum, qm̃ & hic quoque priuilegium eſſe dicemus, à lege indultum, qđ non minus facilè etiam tolli debet.

Et tenendo ſic, ad contraria poterit reſponderi, & dici ad primum, ut ſupra dicta iura negari non poſſe, ſi culpa præſenti imputari non poſſit, & limitabũtur, ſed hic imputari poteſt, ergo.

Ad ſecundum uerò, quod contumax ſoluit expenſas, & pœnas contumaciæ luit, ut per eoſdẽ Fulg.& Iaſ.hic. & ſi replicaretur, ut per Deci. & Alex.ante eum hic.colum.5.quod ſic etiam ſoluit expenſas rõne retardati proceſſus.l.non ignoret.C.de fruc.& lit.expen. quodq́; hac rõne ſibi copia negari non debet, dicam & reſpõdebo d. l.non ignoret, in actore tantũ, & ſic in caſu ſuo intelligi, & bene, non generaliter. Poſſet etiã ad argum.reſponderi, quod plerunque non inconueniat, quod contumax ſit melioris conditionis quàm præſens, ut pulchrè inquit Matheſi.ſingu. 57.hoc vnumq́; in præſentiarum ſufficiat, quia contumacia, ſeu abſentia, etiam per contumaciam indiſtinctè ſuppleri de facto per iudicem poteſt. auth.qui ſemel. C.quomo.& quan.iud. d.§.& ſi quidem, præſentia uerò non:l.prima. C. ut quæ de.aduoc.

Non obſt.ultimum, quia nunc non diſputamus, an ad text. nec ne poſſit intellectus iſte applicari, ſed an ſit uerus in ſe.

Et ex his dicimus, quod ſic. & ita Bar.defendi poteſt, licèt (ut dixi) non ſit à communi opin.diſcedendum.& ita, quicquid dicat Ang. in d.§.conditiones, ſeruatur de facto. Et dũ ſubijcit idem Barto.quod notarius cogitur dare copiam actorum, adde (ut dicebam aliàs) melius probari in l.quædam.in §.nummularios.ff.eo. ſoluta tamẽ eidem mercede ſolita, & debita, ut idem Bartol. declarat in l.argentarius, in princ.ff.eo. nouiſſimè Bald.in l.fin.in prin.C.de fruct. & lit.expen. quod nota.

23 In ea.glo.ibi, tertiò res, habes tertiam lec.† ad text. quod loquatur in exhibitione fienda ſucceſſori, actorum quæ coram præceſſore facta ſunt, & uerbum res exponatur, ut ſupra, ideſt cauſa principalis. Quæ & ſi in ſe ſit uera, ad tex.noſtrũ tamen (quicquid dicatur) applicari non poteſt, & ut proxima (ſicuti dicebam aliàs) diuinatione non caret.

Et quod in ſe uera ſit, probatur in l.mortuo. ff.de iud. ubi ad literam dicitur, quod ſucceſſor ex eiſdem actis iudicat, ex quibus erat iudicaturus etiam mortuus, in cuius locum ſuffectus eſt. Et per iſtum tex.alibi Bal.quod nouus iudex nouum iudicium non facit, ſed in eodem ſuccedit, quodq́; ex perſona ſuccedentis in actu non uariatur qualitas, in c.publicato, col.pen.de elect. & ita ipſum inducit etiam Barba.in c. quoniam Abbas, col.pen.de offi.de.magis in terminis idẽ Bald.in l.conſentaneum. col. 2. C.quomo. & qñ iud.quod ſucceſſor contumaciæ ſuccedit in proceſſum præceſſoris.

24 Eoq́; magis, & ſecundò inquit Bart.quia ſententia lata, ſine actis aliàs non ualeret, quamuis iuſta.l.hæc autem.§.1.ff.ex quibus cau. in po.ea. l.ſed & ſi de ſua, in prin.ff.de acquiren.hær.quæ iura faciunt in argum.in d.§.1.quia niſi conſtiterit pupillum nõ defendi, prætorq́; hoc ipſum licuerit, poſſeſſionem bonorum non dabit. & in d.l.ſed & ſi de ſua, quia ſic ignorans conditionẽ teſtatoris pariter, adire hæreditatẽ non poterit.

Et ideo tertiò arguitur, & oſtenditur ſic, ubicunque certa qualitas requiritur, ad fundãdam poteſtatem iudicis, poſſe procedere eo modo, quo procedit, non eſt ſatis qualitatem eſſe ueram, niſi etiam de ea iudici conſtet.ita Bart.in l.ſi finita. in §.Iulianus.ff.de dam.inſe. & eſt exemplum in conceſſione primi decreti contra contumacem, ut non ualeat, niſi iudici conſtet per acta, quod ſit contumax.tradit idem Bart. in l. multum intereſt.ff.de cond.& demon.latè Aret.conſi.165. col.6.ergo nec ſimili modo ſententiam ferre poterit in caſu præſenti, niſi reproductis, & uiſis actis cauſæ.

Quartò facit, quia ex breuitate temporis, non uiſis actis lata præſumitur, & ſine cãa cognitione,

ne, nec rurſum ualebit.cap.tũ & literis.de reſtit. in integ.Alexan.in d.l.ſed & ſi de ſua. colum.2. Pau.Caſt.conſi.16.ad fi. uolum.1. plenè Grãma. deciſio.59.nu.1.& notaliàs in l.prolatam. C.de * ſenten. & eſt communis * opi.licet nitatur aliquibus leuibus etiam impugnare. Cur.hic, nu. 45.quæ de induſtria aliter nó reforam. ergo multo magis actis non reproductis in caſu præſenti.

Quintò & vltimò, quia ſic videmus etiam qđ acta facta in vno iudicio fidem non faciunt in alio, niſi reproducantur, etiam inter eaſdem pſonas, ut infra, ergo nec in caſu iſto, & pſertim cũ ſucceſſor probabilem, & iuſtam ignorantiæ cãm habeat.l.qui in alterius.ff.de reg.iu. cum uulgaribus, & ita foret tranſeundum, quod etiam tenuit hic, Ang.plus dicens, quod non aliter praxis ſe habet.

Sed tamen contrarium ex aliquibus ſuaderi poteſt, ut per Alex.Fulg.& Pau.Caſt.tum uel maximè ex eo, quod cum idem iudicium ſit eadẽq; inſtantia, & ex eiſdem actis ſit iudicandum. d.l. mortuo.l.proponebatur.ff.de iudi.Bart.in l.meminiſſe.in princ.ff.de offi.procon.& in l.cum & iudices.colum.2.C.de iuramen.calum. & in capitulo à ſimili quod ſemper eſt idem, præſens, pteritum & futurum, Cald.conſ.21.in princip.de præbend.Alia reproductio non uidetur neceſſaria, & ita * communiter Moder.quoque tenuerunt, ut teſtatur Seyſel.

Quod ex eo & ſecundò etiam probari poteſt, & fere idem eſt, quia ſecundum Bal.hic, non poteſt inſtantia tranſire in ſucceſſorem iuriſdictionis, quin etiam tranſeant acta.l.cum apud. in argum.tamen.ff.iu.ſol. l.ſi ut proponis. C.quomodo, & quando iud.

Tertiò adde, nã certum eſt, qđ actorũ productio fit, ut uideantur, & iudex ex eiſdem iudicet. l.illicitas.§.ueritas.ff.de offi.præſid.ſed producta ſemel uideri poſſunt, & à ſe ipſo quidem. l.properandum.§.& ſi quidem.C.de iud. ergo alia reproductio neceſſaria non erit. l.dñs teſtamento. ff.de cond.indeb.cle.auditor.de reſcrip.

Quartò idemmet Bar. paulo infra, & ſic ſibi ipſi contrarius, iſtud ſenſiſſe uidetur, cum dicit conſilium eſſe, ut reproductio fiat, ergo non præceptum, & legis neceſſitas.c.quiſquis.§.quod pcipitur.14.q.1.not. in c. nam concupiſcentiam, de conſtitutio.

Quintò & ultimò, quia certum eſt, cũ à iudice ſentẽtia fertur de ſtilo ſemper dici, uiſis actis, ut per Bar.in l.properãdum, in §.& ſiquidem.C. de iud.plenè Alex.hic.item qđ eidem creditur.l. Herennius.§.Caia.ff.de euic. c.in noſtra de renũ. & qđ deniq; præſumptio eſt, qđ ea uiderit, ergo reproductio reproducentem non releuabit, nec ẽt neceſſaria erit, quia fieri non debet qđ factum non releuat.l.hęc ſtipulatio.§.diuus.ff.ut leg. no. ca. & profectò, licet aliàs utranque partem tutatus ſim, placet tamen hæc mihi magis nunc contra Bar. quam etiam tenuit Dec.

Nec obſt.adducta ad oppoſitum, qm̃ ſecum reſponſionem habent.nam primum uerũ eſt, qđ ex eiſdem actis iudicat, ſed non propterea qđ reproductio ſit neceſſaria, ut probatũ oſtenſumq; fuit ſupra.

Nec ſecundum, ſimiliter negamus, ſententiam ſcilicet non uiſis actis, non ualere, ſed dico quod præſumetur acta uidiſſe, iam producta coram præceſſore, ut ſimiliter oſtenſum eſt.

Ex quibus tertium quoq; tollitur, quia antecedẽs uerum eſt, conſequens falſum, in caſu noſtro, facta ſemel (ut diximus) productione, nec exemplum eſſe in terminis q.præſentis.

Quartum fallax eſt, quia licet ex breuitate tẽporis lata præſumatur ſententia non uiſis actis, & abſq; cauſæ cognitione, non tamen cadet hęc præſumptio in q.noſtra, quanquam acta nó fuerint reproducta, ex quo reproductio, non eſt neceſſaria.

Et longè magis ultimum, quia in diuerſis iudiciis id ea ratione receptum eſt, ex quo diuerſæ etiam ſunt perſonæ iudicum, diuerſaq; tribunalia, hic autem idem tribunal, & iudicium, ac inſtantia: igitur nimirum ſi illo caſu reproductio neceſſaria eſt, iſto autẽ non. Poſtremò etiã Cur.hic, nu.42.pro ſaluatione Bar.inducit arg. Peruſinorum in c.ex ratione. col.10.de app. ſed * quia debile eſt, & facilè tolli poteſt, non refero, dicut per eũ. Et minus aliud, de quo Ripa, qđ imò ſententia etiam non uiſis actis, ſit aliqua, ſi lata fuerit, quia etiam ſophiſticum eſt, ut poſtea oſtendit clarius Cur.col.6.nec ab re quoque, & ob id calamo occludendum. Pro ſaluatione Bar. igitur erit melius dicere, ut dicit Dec.quod de cõſilio ſit, quodque ipſemet idem ſenſerit, adhuc non tutum, uel quia paulo ſupra innuere uidetur (ut dicebam) quod neceſſarium ſit: uel quia de conſilio dixerit, ideſt conſulo quòd ita fiat, & ſic neceſſariò, ut pronunciatio ualeat, & propterea non uideo quomodo poſſit ſaluari. Cogita.

In ea.glo.ibi, quartò in adminiſtratore, habes
24 †quartam lectu.ad text.ut intelligatur in adminiſtratore, ideſt ordinario, qui totam cauſam cõmiſit, ſeu delegauit cognoſcendam, retenta ſibi diffinitiua, ex quo certum eſt, quod acta prius ter uidere debet.authen.ad hæc.C.de iud.ibi caſus clarus. & ita etiam tranſeunt Bart.Bald.Angel.& Saly.& ex Modern.Riminal.dicens, quod eſt communiter approbata, ſubiiciens declarationem colligi ad d.authẽ. ad hæc, quòd procedat nõ ſolum in cauſa ciuili, uerum etiam criminali. Alex.Iaſ.Dec.& Seyſe. ne uerbum quidem, & ita etiam tranſeundum foret.

Sed tamen ad multa hoc quoque caſu aduertendum eſt. Primò non poſſe applicari ad tex. noſtrũ, in quo nullibi eſt facta delegationis mẽtio.

Neque ſecundò probari in d.authen. ad hæc, ex quo (ut inquit Purpur.) bene ibi dicitur, qđ ter cauſam ipſam debet audire, ſed non quòd alia actorum uiſio ſit neceſſaria.

Addit Ripa tertio, quod licet ibi dicatur adhuc, quod adminiſtrator aliqua per conſiliarios ſuos expedire poteſt, non tamen dicit quod cauſam delegauerit.l.1.& per totum.C.de aſſeſſ.

Quartò, quia præſupponit delegationem cauſæ criminalis ab ordinario fieri poſſe, quod tamẽ non eſt uerum.l.1.ff.de offic.eius.

Imò quinto & ultimo loco, quod Bar.glo.intellectum ſequutus, ſibi ipſi contrarius uidetur hic, & ſupra in 2.opp.

Quorum primum pro rei ueritate uerißimũ eſt, ſed ad alia reſponderi facilè poteſt, & dici ad ſecundum, quod audiendo uidet, quoniam negotiorum merita partium aſſertione pandũtur, l.ſi.C.ſi p uim, uel alio mo. vel quod hoc ipſum omnimodo neceſſarium ſit, & ſubaudiendum, ex quo aliàs ſententiam ferre non poſſet. c.iudicantem.35.quæſtione 1.l.prolatam. & ibi not. C.de ſenten.

Non obſt.tertium, quia imò dicit, ut ex uer.ſequen.colligitur, iuxta no.in l.utrum.ff.de pet.hæred.& ita d.tex.intelligit idem Bar. in l.ne quicquam.in §.ubi decretum.ff.de off.procon.nu.8. vel dic, quod glo.aliter locuta ſit, commiſit ſeu delegauit. Quartũ fallaciam habet, & ipſemet Ripa ſentit, quia imò uerum eſt ſi fiat, quo ad co-

* gnitionem, d.l.1.(& eſt * communis opinio) ff. de off.eius. Nec quintum uerum uidetur, quia in 2.opp.Bar.aliter loquitur, & non quando cauſa cognoſcenda alteri commiſſa eſt, mittentes qđ alia rõne dicto caſu ẽt damnatus eſt, ut diximus ſupra, & maximè in figuratione caſus.

In ea.glo.in fi.quintum & ultimum habes in-

25 tellectum, quod tex.iſte † loquatur de publicatione teſtium examinatorum ſecretè, quã iudex mandat fieri, & copiam dari partibus, uel in ciuili cauſa loquamur, uel criminali, qui optime probatur in iuribus in ea alleg.inducendo, ut in 1.le-

* ctu.& eſt communiter * approbatus, ut hic teſtatur Purpur.ſed (ut dixi aliàs) generalitatẽ tex. reſtringit, & diuinat cum aliis, ex quo de teſtib. deq; publicatione ipſorum nullũ eſt i eo uerbũ. Addit plus Ripa, quod in criminalibus non fit publicatio, cum proceditur per inquiſitionem.c. cum clamor.de teſti. nec in cauſa matrimoniali. c.cum in tua, eo.tit.nec in curia mercatorum, ubi proceditur de bono & æquo, & non conſiderantur apices iuris.l.ſi fideiuſſor.§.quædam.ff. man. Abb.in c.conſtitutus.de teſti. Et tñ conſtat l.iſtam in prædictis omnibus locum habere.

Quibus nihilominus (niſi alia obſtarent) reſponderi poſſet & dici, uera eſſe, ſed non conſiderari, quoniam lex ſe adaptat ad ea, quæ frequẽtius accidunt.l.nam ad ea.ff.de legi.l.4.§.1.ff.de fideicom.lib.Bar, in l.fi.col.3.C.de ſent.pa. Bald. conſi.149.column.1. Galliau. in l.centurio, pulchrè.colum.61.de uulg.& pup.ſubſt. & ideo ad propoſitum uidemus, quod acta omnia edenda ſunt, quia publica, & tamen aliqua etiam ſunt, quæ edi non debẽt, ut interrogationes teſtium, allegationes iuris, & indicia ad informationem curiæ, & ut in 1.lect.latius, & ut hic per Dec.nume.19.20.21.atque alios. Adde ut refert Dec. Seni.quod ita hanc glo.primus notauit Franciſ. Tigrini preceptor Bar.atteſtaturq; Seuer.ſic aliàs hic fuiſſe iudicatum de conſilio Iac.de Are.& aliorum Doct.& idem Dec.dum legeret Piſis quẽdam notarium in hoc crimen hac ratione incidiſſe.Idemq; Cur.poſt iſtos, & fuſius de materia in l.geſta alleg hic, per Bar.C.de re iudic.& ſic ex his uides, quod licet intellectus primus gl. quartus & quintus ſint communes, ad text.tamẽ applicari non poſſunt. Vnde poſt Pau.Caſt.& Alexand.in l.quædam.in prin.ff.de eden. idem Purpur.dicebat, quod Fauſtus, de quadam falſitate

26 conqueſtus eſt, cõtra eum cõmiſſa, † uolebatq; originalia regiſtra curiæ inſpicere, ut appareret ueritas, & ſic realem tãtum exhibitionem fieri, habuit recurſum ad Imperatorem, qui reſcribit quod iudex iubebit exhiberi ad inueſtigandam ueritatis fidem. Et eſt coloratus, ſed dicam ego, quod diuinat. quis enim hoc ipſum reuelauit ſibi, ut inquit Cyn.in l.aduerſus.C.de non numera.pecun.

Præterea ſi de falſo ageretur, utiq; dixiſſet lex, ut alibi in l.tranſigere.infra de tranſac.uerũ falſi nulla eſt mentio in ea, ergo. Et quia ultimo loco, neceſſarium non erat, ut haberet recurſum ad Principem, cum hoc ipſum ab ordinario poſſet conſequi.l.2.ſupra, ut lite pend.arg. in l.1.C.de Theſau.lib.10.facta mentione quoque non modo criminalium actorum, uerum etiam ciuiliũ. ex quo planiſſimus intellectus uidetur, ſi dixerimus, quod cum ſupra in l.1.dictum ſit generaliter, de rationibus, quod reus eas non edit actori, ad originem petitionis fundãdam, niſi ex cauſa, conſultus Imp.quid iuris eſſet in actis, reſpõdit generaliter in his ſecus eſſe, qm̃ cũ publica ſint tã criminalia, quàm ciuilia, cuicunq; edi debẽt, dummodo eius interſit, & hoc ipſum iubet ſemper, ſeu iubebit iudex, ad inueſtigandam ueritatis fidem. uel etiam ut per Paul.Caſtr. in figuratione caſus.

Alium intellectum quoque tradunt quidam hic Repeten.ſcilicet de Vico merc.nume.29.ſed quia cæteris deterior eſt, & ut alii quinque gl.noſtræ, diuinatiuus, ipſum aliter non refero, & hæc ſufficiant.

Sequitur glo.fin.ex qua primum habes (diuiſione enim facilis eſt, ut in ea) quod exhibitio actorum officio iudicis fieri debet, uel condictione ex hac lege, & ſecundum diuerſas poſitiones

27 (ſubiicit) uel ipſi, uel actori, uel reo: † quod ultimum cum à ſupradictis pendeat, non aliter diſcutiam, ſed quo ad primum tantum dicam uerius eſſe officium iudicis dari, quoniam (ut dicunt omnes) uerba ad iudicem diriguntur, loquiturq́ue lex de actis, habentibus fomentum à iudice. lege, ſi ſoror.uulga.C.de collationib. capitu. quoniam contra.de prob.& dictum

fuit

fuit in l. præcedenti ſatis, & in 1. not. ſupra. Et ſi replicaretur, quod imò fomentum habeat à notario, qui ea ſcribit, d. c. quoniam contra. Reſpõde (ut ſupra) quod ſcribit de commiſſione iudicis, ibidemq; no. & benè, & in c. ſtatutum. in §. notarium. de reſcrip. in 6.

Et ad propoſitum atq; tertiò datur tantum officium iudicis, quia condictio ex lege eſt remedium ſubſidiarium. l. 1. ff. de cond. ex lege, quod non competit, ubi de alio eſt prouiſum, ut ibidẽ, & per glo. in l. ſi quis argentum. in §. fin. C. de dona. Bart. in l. fin. in §. & ſi præfatam, colum. fi. C. de iur. delib. ſed hic prouiſum erat uirtualiter & implicitè, licet non expreſsè, quia text. dicit, is apud quem iubebit, ergo.

Et nota, quod loco actionis ſuccedit c. 2. de offi. iud. Rota deciſio. 4. col. 2. in nouis, & ita tranſeunt * communiter doct. glo. reprehendentes, maximéque eſt ex hoc mirandum, quomodo Cur. Senior hic inaduertenter dixerit, quòd omnes nemine excepto cum glo. tranſeunt, quod officium iudicis detur, & condictio ex lege, & nõ eſt uerum. Officium iudicis etiam perſonalis actio dicitur: probo, quia in beneficiis eccleſiaſticis, quæ petuntur officio iudicis, nõ contrahitur uitium litigioſi, ut eſt regulare in actione perſonali, ergo officium iudicis huiuſmodi, quoniam aliàs contraheretur ſecundum Bald. in auth. litigioſa. C. de litigio. Bart. in l. ſi tertius. in §. 1. colũ. 3. ff. de aqua plu. arcen. ergo ceſſabit condictio ex lege. l. in cauſæ. ff. de min. tamen alia ſolidiora ſunt, ex quo non eſt propriè actio perſonalis, cũ obligationem præſupponat, & officium iudicis non. l. qui per colluſionem. §. fi. ff. de ac. emp. ſed quodammodo perſonalis, ut in d. locis no.

Verum difficultatem moueo pro ſaluatione glo. quod duo hæc remedia concurrant, ex quo utrunq; extraordinarium eſt. l. cum filiusfamilias. ff. ſi cer. pet. præalleg. l. 1. ff. de cond. ex leg. & probatur ad propoſitum in l. in prouinciali. ff. de no. op. nun. & eſt exemplum in actione in factũ ſubſidiaria, quæ datur ex æquitate. l. quoniens. ff. de præſcrip. uer. ut officium iudicis. & no. in l. 1. ſupra eo. Et in minore, cui utraque uia extraordinaria ſuccurri poteſt, ideſt reſtitutione in integ. & ex clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa ſubeſſe ui detur. l. fi. & ibi Bart. in princip. C. ſi mi. ſe maio. di. qui idem dixit quoque in l. 1. in §. ſi curator. in princ. ff. de eo qui pro tu. et maximè, quia intereſt noſtra habere plura remedia, & actiones, quibus nobis ſuccurſum ſit. l. non eſt nouum. ff. de act. emp. l. ſi domus. ff. de ſer. urba. præd. Bald. in l. certum. columu. 3. C. unde cognat. Imò dicit Bartol. in l. ſi maritus. prima, in §. 1. in princip. ff. ad legem Iul. de adulter. quod quandoq; duo ſunt auxilia ad eundem effectum tendentia, non refert qualiter intententur.

Vel dicamus (ad quod aduertit Cur. Seni.) qđ officium iudicis (& erit alia difficultas) detur, ut fiat exhibitio, & ſi non fiat, condictio ex lege, uel actio in factum ad intereſſe. l. ſi quis ex argẽtariis. §. ex hoc edicto. ff. de edend. l. 3. §. penult. ff. ad exhiben. l. 1. ubi glo. iudicio. ff. ſi quis ius dicen. non obtemper.

Vel & ultimò (ſitque tertia difficultas) quòd nec officium iudicis detur, nec condictio ex lege, ſed actio in factum; quoniam edictum eſt præceptiuum. l. obligamur. §. lege. ff. de act. & ob. ſentit Ripa hic, in prin. legis, præſertim cum editio ſine cauſa fiat, ad differentiam rationum, quæ debent edi cum cauſa. l. 1. ſupra eo.

Et urgent prima facie, ſed ad primum dici poteſt uerum eſſe in exemplis prædictis, non hic, ex quo condictio eſt magis extraordinaria, quã officium iudicis. imò (ut ſupra dictum eſt) qđ ſubſidiaria potius appellatur, quodq; plenius officio iudicis agenti prouidetur, quàm condictione ex lege, ut omnino ceſſare debeat. l. ſi filius, & ibi Bald. & Paul. Caſt. C. de inoffi. do. quem text. dicit ad idem no. & inducit Iaſ. in d. l. in prouinciali. colum. penult. & eſt argumentum optimũ in l. ſi apud. ff. de min. & in l. p minorẽ. ff. de iud.

Nec facit regul. l. non eſt nouum, quam confirmat Alexand. & rationem aſſignat in l. ſingularia. colum. 4. ff. ſi certum pe. quia procedit, ubi prouiſio facta reperitur à lege ut ibi: uerum hic de ſolo iudicis officio prouidetur, ergo.

Vel in cauſis non lucratiuis, ut per gloſ. in l. ſi mihi & tibi. in princ. ff. de leg. 1. hic autem de lucro agit, qui acta ſibi exhiberi cupit, igitur locũ non habebit reg. prædicta. Vel quod licet interſit agentis, non tamen ſemper & generaliter eſt uerum, habenti actionem aliam eſſe dandam. l. poſthumus. §. fi. ff. de inof. teſt.

Minus facit ruſum doctrina Bartol. in d. l. ſi maritus, fundata in l. Gallus. in §. ſi eius. ff. de liber. & poſthum. quia & ipſa quoque intelligi debet caſu, quo ſit facta prouiſio à lege, exemplificando in inquiſitione, & accuſatione, ut per eũ, ubi in caſu noſtro prouidit tantùm de ſolo iudicis officio, quod huiuſmodi eſt, ut condictione ex lege aliter non ſit opus, oſtenſumque eſt ſupra ſatis:

Quo ad ſecũdam principalem difficultatem, dico nec ſubſiſtere poſſe, ut detur condictio ex lege, uel actio in factum ad intereſſe hic, qa põt haberi recurſus ad principem. & eſt rationabile, ex quo inſtrumenta ſunt publica. l. 2. C. ut lit. pẽ. in rationibus haud conſiderabile, igitur actione in factum opus fuit. d. §. ex hoc edicto.

Quo ad tertiam & ultimam dico, & ſi pceptũ legis ſit, qđ tñ oritur officium iud. ut ibi per Bar. & maximè cum cauſa, ad inueſtigandã ueritatis fidem, ſicuti & in rationibus in d. l. 1. Pau. Caſt. conſi. 73. in prin. uol. 1. & conſi. 80. col. 1. eo. lib. & ſignanter. d. l. ita declarando, & l. qui liberos. ff. de ritu nup. tradit Bal. in l. ſi ſocer. 1 fi. prin. ubi & plenius Alex. ff. ſol. mat.

Illo ea glo. ibi, ſed uidetur fortiter opponit, arguendo hoc modo, fiſcus eſt priuilegiatus, & ſic

longè magis quàm pupillos, quia ille in rationibus fiſcalibus compenſationem nõ patitur, iſte autem ſic in pupillaribus. l. ſi tutores, & ibi Bal. pulchrè. C. de compen. uerum fiſco acta criminalia non eduntur. l. 2. §. diuus. ff. de iu. fi. ergo multominus priuato, quia ſi de quo magis ineſſe uidetur, & non ineſt, ergo nec de quo minus. ca. ſi Paulus. 32. q. 5.

18 Cui difficultati gloſſ. reſpondet bifariam.† & primò quod ille tex. non de actis, ſed de aliis inſtrumentis loquitur, ita ut ciuilia edantur, criminalia non, ex quo pecuniariter non intereſt, nec poſſunt uerba negari, tam in prin. §. quàm ĩ verſ. item diui, ubi idem probatur, ſumpto arg. etiam ex eo, quod habetur in l. ſi liber. ff. ad exhibẽ. ubi ita demum datur actio ad exhibendum, ſi agẽtis pecuniariter interſit, aliàs non, puta ſi agatur de exhibendo libero homine, & clarius in d. §. diuus, in uerbo agatur, quod ad exhibendum non agitur, pro inſtrumentis in actionibus criminalibus, nec actione in factum, ex quo pecuniariter
* non intereſt. & eſt ſol. cõis, * ut Ripa teſtatur.

Contra quam tamen facit, quia ſi ut inqt Iaſ. & alii, & de quo in rub. ſupra eo. appellatione inſtrumentorum ueniunt acta ẽt in materia ſtricta & pœnali. l. 1. ff. de fi. inſt. no. Bar. in l. in fraudẽ. ĩ §. neque. ff. de iu. fiſ. non poteſt dici aliud in actis & aliud in inſtrumentis. Et præcipuè ẽt qñ non ueniret, quia ſolum diuerſificat caſum, ut inqt Imo. in l. 1. in §. 1. col. 4. ff. de public. imò tex. in l. ſi libertus minorem. ff. de iur. pat. & ideo Bart. in d. §. diuus. ait, quod hoc dicere nihil eſt. col. 1.

Sed facilè defendi poſſet & dici, quod licèt regulariter id uerum ſit, non tamen in materia editionis procedit, ex quo acta publica ſunt, ut hic, & publicè intereſt ea exhiberi. l. ita uulneratus. ff. ad leg. Aqui. in inſtrumentis haud cõſiderabile, quia tunc de intereſſe priuato agitur, & oporteri quod facta ſint (ut Rimi. quoq; ſentit & benè) dño mandante. l. prætor ait. in prin. ff. de eden. ex quo tollitur aliud, qm̃ diuerſificat caſum, & põt ex his diuerſitatis ratio aſſignari. Quib. accedat ẽt qđ acta cõia ſunt, ut hic, & in l. 1. C. ut lite pẽ, dictumq; eſt ĩ. inſtra aũt non niſi producitur. c. qm̃ contra. & ibi Inno. & alii. de prob. Et qđ differant probatur denique in l. qui accuſare, infra eod. in ſui generalitate, ubi nec iuris, nec æquitatis rõ permittit, ut poteſtas fiat alicui inſpiciendi
* aliena inſtra, quibus tñ uſurus non ſit, qm̃ tũc eſſet ſecus. l. 1. §. edenda. ff. eo. Et nihilominus paſſim quiſq; ad acta admittitur, ut ſibi exhibeant, & latius, ut dixi etiam in 1. lect. & ita eſt tranſeũdum, nec uideo ſtantibus his, quo modo hæc ſoli. ſit communiter reprobata, ut quidam repet. de quibus etiam ſupra hic inaduertenter dicũr, per tex. in l. ne quiſquam. ff. eo. qñquidem in ciuilibus id ipſum uerum ſit, & non in criminalibus dictumq; fuit ſatis in l. 1. ĩ. eo.

Secunda nihilominus eſt eiuſdem glo. noſtrę ſol. quod ſpeciale ſit in fiſco, ei nedum ciuilia, uerum ẽt criminalia inſtrumenta exhiberi debere. ſed quod inter hæc ſit differentia, ut ciuilia præſumantur ſubtracta, niſi exhibeantur poſſitq; agi furti, ſed non ſi criminalia fuerint, nos autem de actis, & ſic in hoc eſt eadem cum prima.

Falſa tamen & nõ tenenda in duobus. Primò dum præſupponit criminalia edi debere, de directo contra d. uer. item diui. ibi, non ſi de capitali cauſa agatur, & cõtra regulam l. nimis graue. C. de teſti. ut Bar. hic dicit, & in d. §. diuus.

Sed cogita, quod in ciuilibus hęc ratio locum etiam habet, & tamen editur. l. ne quiſquam. ff. eo. & dic primum magis urgere, quod etiam cõ-
* muniter * tenetur, ut hic per Dec. nu. 41.

Scdò, quia nec uerum eſt, ſi ciuilia non exhibeantur, quod furti agi poſſit, ex quo hoc non dicit tex. ſed contrarium potius, qđ hæc ſubtractionis præſumptio nõ nocet, niſi in cauſa mota, ſed *
ſi ageretur furti noceret ẽt in alia, quia condẽnaretur ex pſumptionibus, & ĩ actione furti & malè, ut ibi, & in l. abſentem. ff. de pœn. & per eundem Bar. in d. §. diuus. qui tamen ſubiicit ibi, & hic, quod ſol. hæc poſſet ſaluari in caſibus, in q̃bus ſerui contra dominum torquentur. l. 1. l. interrogari. C. de qõ. qm̃ in illis compelletur etiam contra ſe ipſum inſtrm edere, & rurſum malè, non ut dicit Rimi. ſatis confusè locutus, quẽ ob id non refero, ſed ex eo tãtum, quia iſtud ipſum nõ eſt regulare. d. uer. item diui. & nihilominus glo. intellexit regulariter edi ſibi tam criminalia, quàm ciuilia, contra illum tex. & ſic ſaluari non poteſt. Niſi ſimpliciter dicamus, ut in 1. qđ hæc in actis loquatur, illa uerò in inſtrumentis.

Tertiò reſpondet ẽt Bart. hic, & in d. §. diuus, qđ acta criminalia fiſco eduntur à notario, uel à tertio, ut in l. noſtra, non autem ab ipſo reo, ut in contrario. pro qua ſol. adhuc reg. prædicta facit d. l. nimis graue. C. de teſti. & quia editio ſit tantum, quando ſerui torquentur contra dominũ, l. 1. C. de qõ. quorum primũ nõ ſubſiſtit, ex quo (ut ẽt proximè dicebam) d. regula in ciuili pariter procedit, & tñ fiſco editur. l. ne quiſqñ. ff. eo.

Scdm placet, licèt aliter inducat Bart. q̃ faciat Cur. hic, nu. 61. pro ſaluatione ſecundæ ſolu. glo. & tunc malè, oſtenſumq; eſt ſatis ĩ. nec repeto. Et ad propoſitum confirmatur Cur. inductio, q̃a exceptio in caſu, firmat regulam in nõ exceptuatis. l. quæ ſit tem. §. denique. ff. de fun. inſt. inſtroq;
* leg. & ita * oẽs ferè tranſeunt, tenendaq; eſt uel 1. ſol. glo. uel iſta Bar. q̃ idem Cur. confirmat per regul. l. q accuſare. infra eod. in ſui generalitate, nec placet, quia dici poſſet (ſi alia iura non haberemus) in fiſco non procedere, ex quo dicit etiam generaliter lex, graue nimis eſſe, quod arma ſumantur de domo rei. d. l. nimis graue, & tamen fauore fiſci ſumuntur. d. l. ne quiſquam.

Secundò confirmat, quia poſitioni criminoſæ quis non compellitur reſpondere, ne ſuam detegat turpitudinem. l. alias, & ibi notat. ff. de iureiurando. ergo multo minus edere, ex quo lex

facilius

facilius admittit, quem aliàs compelli poſſe ad reſpondendum poſitionibus, quàm ad edendũ, ut per eum, & no. etiam in c. 1. & 2. de cõfe. in 6.

Quod etiam tutum nõ eſt, nec termini pares, ex quo acta ſui natura communia ſunt & publica, & conuenientius, quod edãtur, quàm quod poſitioni reſpondeatur, & ſic non concludẽs, qa non tenetur reſpondere etiam ſi ciuiliter agatur rõne prædicta, & ut no. in c. ſuper his, de accu. & in c. tuæ, de procu. & tñ (ut dictum eſt) in ciuilibus ſit editio, præal. l. ne quiſquam, Imò qđ poſitioni criminoſæ plerũq; etiam iudicis officio cogitur reſpondere, ut per Ang. in l. ampliorem. in prin. C. de app. latè Nat. in cle. ſæpe. in §. & quia, colum. 7. de uerb. ſig.

Tertiò confirmat per text. in l. non puto. ff. de iure fiſci, ſecundum intellectum Fulgo. ut refert Alex. in l. 5. in prin. ff. ſolu. matri. ubi in dubio in cauſis criminalibus contra fiſcum iudicandum eſt, ergo multominus ſibi edendum: & d. intellectum probat etiam Iaſ. in l. de die, ad fi. ff. qui ſatiſd. co. Sed nec iſtud placet propter uarietatem lecturarum. d. l. non puto, & quia communiter ignoratur, quod multipliciter exponitur, ut inquit Bar. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. & etiam quia in fine cauſæ magis reo quàm actori fauetur, promptioraq; iura ſunt ad abſoluendũ, q̃ ad condemnandum. l. Arrianus. ff. de ac. & oblig. in prin. uerò magis actori. d. l. de die, & ibi not. ideo ſtant iſta ſimul etiam ſm intellectum Fulg. quod ſit in dubio contra fiſcum iudicandum, & tamẽ eidem agenti fiat editio in principio iudicii.

Imò quod ibi generaliter locutus eſt Iurecon. quod non delinquit, qui in dubiis quæſtionibus contra fiſcum reſpondet, ipſius ratione poſthabita, ex quo uult princeps, imperium augeri potius hominum adiectione, quàm pecuniarũ copia. l. cum ratio. §. ſi plures. ff. de bo. dam. Et ſi ſicit hoc modo conſiderabile eſt etiam in editione, ne eidem fiat. & ad propoſitum quoque eſt argum. in l. abſentem. ff. de pœ. & in §. cogitatio, in Auth. ut iud. ſi. quoquo ſuffr. & in l. ampliorẽ, in prin. C. de ap. & i Auth. ut diui. iuſſio. in prin. & in l. fi. ad fi. C. de quad. præſcrip.

Vltimò confirmat, quia fiſcus utitur iure priuati. l. item ueniunt. §. in priuatorum. ff. de petit. hær. l. quod placuit. ff. de iure fi. Barba. plenè in c. 1. col. 19. de proba. & quia non eſt lex, quæ hoc dicat. Sed poſſet replicari, quod eſt ratio l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excu. tut. quia editur in ciuili. d. l. ne quiſquam, & uidebatur dicendũ edi debere etiam in criminali. d. l. abſentem. ff. de pœ.

Tamen (ut diximus) cum Bar. tranſeunt cõmuniter ✱ Docto. & ita etiam Alexã. conſi. 132. col. ult. uolum. 1.

Sed adhuc contra Bart. faciunt aliqua. Primo tex. in d. uer. item diui, excipiens ſolum cauſam capitalẽ, ut fiſco non edatur, ergo ſi ẽt criminalis fuerit non capitalis ſecus, puta qa pœna ueniat applicanda fiſco, ẽt pecuniaria iuxta glo. in l. 3. in §. 1. ff. de ſep. uio. differũtq; ualde, qa primo caſu licèt unicuiq; redimere ſanguinem ſuũ qualitercunq;, ut inquit Rimi. l. 1. ff. de bon. eo. q ſibi mor. cõ. ſecundo aũt non. l. trãſigere. C. de tranſa.

Qđ prima facie urgere uidetur, ſed nihil eſt & facile rñderi põt, ut hic p Curt. diximusq; nos ẽt in 1. lect. Et nouiſſimè, qđ licet cãm capitalẽ excipiat, non ppea firmat in nõ capitali fore ſecus, qm utroq; caſu ad uindictã agitur, & non eſt in conſideratione cõmodũ pecuniariũ: unde cũ nũ matiã cãm. i. intereſſe priuatũ, & familiare à cã capitali diſtinxerit, q̃ publicũ reſpicit, & hoc idẽ in criminali non in capitali conſiderabile ſit, dicendũ eſt gñaliter, edi non debere. & pro hoc do tibi in ſimili tex. in l. interdũ. ff. de pub. iu. & probo, quia ſi duo ſint eandẽ rõnem habentia, & unius fiat mẽtio in lege, id ipſum exemplariter fieri uſ, non reſtrictiuè. l. Imperiũ. ff. de iur. om. iu. Bal. i l. de qbus. col. 14. ff. de legi. & ideo exẽpla non reſtringunt reg. §. hactenus. Inſti. de grad. l. dãni infecti ſtipulatio pertinet. ff. de dam. infe.

Scdò contra Bart. facit gñalitas. d. l. ne q ſquã. cui adhuc idem Cur. reſpondet, qđ p d. §. diuus, declaratur, nec diſplicet. l. nõ eſt nouum. l. ſed & poſteriores. ff. de legi. c. ſup qũnum. in prin. de officde. Et qñ ẽt d. §. nõ haberemus, rõe tñ reſtringi deberet, ut p Bal. in l. pactum. col. 2. C. de coll. l. q̃ uis. cum ſim. ff. de in ius uo. & ſm Cur. ſenſus eſt, qđ d. l. in ciuilibus procedat, non in criminalibus, & bñ dictum eſt ẽt ĩ. Verũ dubito, qm delatoris mentionẽ facit, qui eſt criminis denũciator: ſed nihil eſt, qm de delatore intelligitur proprie. i. bonorũ uacantiũ denunciatore, & ſic ciuiliter non criminaliter. l. 1. ff. de iu. fi. l. intra quatuor. ff. de diuer. & temp. præſcr.

Tertiò contra hãc cõem ſol. ob. duct. eiuſdem Bar. in l. quemadmodum. C. de agr. & cẽſ. li. 10. qñ de delicto puniẽdo agitur, qđ iſtud ipſum publicam reſpicit utilitatem, uidetur mihi quod ſit caſus tritus in l. ita uulneratus. ff. ad leg. Aqui. & in c. ut famę, de ſent. excom. ergo de cauſa ciuili ad criminalem fiet extenſio. In cuius ſol. non parum adhuc laborat Curt. & ſolo hoc uerbo tolli poterat, antecedens uerum eſſe, conſequẽs uerò falſum, ex quo ſic reperitur à lege deciſum, ſm quam iudicandum eſt, & nõ diſputandum. c. in iſtis. 4. diſt. l. 2. C. de cri. ſac.

Vltimò ob. qa ſi in criminalibus reus torquetur. l. fi. ff. de qõ. multo magis debet ad edendum cogi. Rñdet rurſum Cur. uerum eſſe in caſibus i quibus torturę ſubiicitur, ſeu ſubiici põt, p æquiparationem, quam facit Bar. qñ ſerui torquẽtur, ut in l. 1. & in l. interrogari. C. de quæſtio.

Sed cogita, quod æquiparatio eſt in caſu ſpeciali, ut editio fiat tunc, quoniam etiam ſerui (ut dixi) torquentur, nec ad regulam inferri poteſt. l. ius ſingulare. ff. de legi. quod ſic etiam dici debeat, ubi præcedentibus inditiis ad torturam deuenitur, quoniam ob. text. in dicto uerſiculo item diui. Igitur reſponde tu aliter, qđ ſi inditia

præcedunt conuenit, ut torqueantur, & plerunque etiam cōdemnetur. c. affer te mihi gladium, de præſump. latè ſcriben. in l. 1. ff. ſi cer. pet. Alexand. conſil. 51. colum. 2. uolum. 1. ſed non, ut ſimpliciter edendo acta; ſe ipſum perdat, & eſt uera reſponſio. l. Imperatores. ff. de tut. & ra. diſt. c. quis aliquando. §. non tibi dico, de pœn. diſt. 1. Bald. hic, col. 3. licet ad aliud. Nath. in cle. ſæpe. in §. & quia. colum. 7. de uerb. ſig. duas alias reſponſiones tradidi in 1. lectu. ſed quia hæc defenſata eſt & uera, & t. etiam communis (ut dixi) eas aliter non referam.

Adde tū ſupradictis, quod cauſa criminalis dicitur, quanquam pœna pecuniaria ſit, dummodo ueniat applicanda fiſco, quod ita etiam p glo. in d. l. 3. dixit Bart. in l. 1. in fi. ff. de legi. & in l. fi. in princ. ff. de priua. de. & in l. licitatio. in §. quod illicitè. ff. de publ. & Bal. in l. fi. in prin. C. de fruc. & lit. expen. & Rom. conſi. 152. in prin. & Angi in tract. malefic. in uer. & ad querelam. col. 2. & Veronen. caute. 91. ad fauorem creditorum; & pro decipula. l. plerique. ff. de in ius uoc. in prin. In ea. glo. ibi, & nota, habes, quod licet cuicunque petenti acta; tam criminalia, quàm ciuilia; quia publica ſunt & communia exhibenda ſint,
29 ut ueritas inueſtigetur, id tamen iudicis † ꝓprium eſt, quod ſatis ſuperq; oſtenſum eſt ſupra.

Adde nouiſſimè, quòd de apritudine diſponit lex, iudex autem de ueritate diſputat. l. Arethuſa. ff. de ſtat. homin. Bald. in l. 1. columna 1. ff. de teſtament. & profectò in ore habere debet iudex ſemper quod dicitur in l. cum ita. ad fi. ff. de condiction. & demonſtratio. uerbum illud dei, Verum amamus: cum nec aliud ſit deus, quam ueritas, ut Ioan. 14. & in Auth. de inſt. cau. & fi. in princ. & dicit idem Bald. aſibi, in l. ſi irruptione. ff. fi. regun. quod ordo iudiciorum inſtitutus fuit ad honorem ueritatis, quę eſt ſuper omnia, & omnia uincit, & benè: legiturq; 3. Eſdræ c. 4. & ad q. inſert hic Bart. notab. dictuq; Piſis ſaltiſ diſputatam, an iudex maleficiorum, poſſit ſuper accuſatione examinare teſtes a parte non produ-
30 ctos ex officio. † Et concludit breuiter, quod ſic, ſe remittendo ad dicta per eum in l. 4. in §. hoc autem iudicium, nu. 5. ff. de dam. inſe. & uidetur
* eſſe communis * opin. non generaliter tamē intelligenda, ſed limitatè, quod pro abſentibus tātum, hoc ipſum ſibi permiſſum ſit à lege, ut in auth. qui ſemel, & ibi Bart. met. nume. 3. C. quomo. & quando iud. & in l. ampliorem. in §. 1. C. de appel. & in ſpecie hic Rimin. Et ſi diceretur, ut hic rurſum dicit Ripa, quod in d. iuribus non probatur: non in d. auth. qui ſemel, quia ex deductis & probatis ueritas perquiri poteſt, & minus in d. §. 1. quia uerba intelliguntur ibi, ut ſupplear de iure, quia replicabo; quod imò optimè ex uerbis ibi poſitis probatur, quodq; ſic exponere, eſt dictam legum generalitatem reſtringere, & officium iudicis, quod latiſſimum eſt. l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. & quia ſic forent aliàs de indubitabili. l. prolatam. C. de ſenten. l. 1. C. ut quæ de. aduo.

Item & ſecundò intelligitur pro accuſato examinari poſſe. l. ſi non defendantur. ff. de pœn. nō pro accuſatore, quoniam tunc abolerur nomen rei. l. libellorum. §. fin. ff. de accuſ. & firmat idem Bar. in d. §. hoc autem iudicium. nu. 8. aliquid in l. quid ergo. i §. pœna grauior. colum. 3. ff. de his qui not. infa. & conſi. 167. in prin. & eodem modo ſi procedatur per inquiſitionem: quoniam dominus famæ eſt loco accuſatoris. c. qualiter, & quando, de accu. & in ſpecie Aret. conſi. 80. col. 2. & Bald. hic, in princ. & hoc idem nil aliud eſt, quàm quęrere de innocentia ipſius rei, quæ ſemper tuenda eſt, undecunq; claruerit, & maximè ab ipſo iudice. & ita etiam dicit Bal. conſil. 158. ad fi. uolum. 1. & Alex. in l. exigendi. col. 2. C. de procu. imò quod facilior eſſe debet hoc caſu iudex, quàm in ciuilibus, quia de maiori præiudicio tractatur: idem Alex. in l. fi. colum. pen. ff. de fer. & ſi in criminalibus hoc idem eſt, ꝓdictaque omnia locum habent, quia de publica utilitate agitur, deq; innocentia iuſtificanda, pro qua lex multum laborat. l. abſentem. ff. de pœn. d. l. ſi non defendantur. l. 1. §. ſi. ff. de quæſtio. non deberent habere locum in ciuilibus. l. properandum. §. & ſi quidem. C. de iudi. & tamen habent, ut p Bart. in d. auth. qui ſemel, & in d. §. hoc autē iudiciū. nume. 7. & 8. & probatur in iuribus ſupra allē. nec obſt. text. in d. §. & ſi quidem, quia loquitur in abſente contumace, ut ſupra dictum eſt in 1. lect. glo. præcedentis, & not. Bald. in d. l. ampliorem. in princ. aliquid Bar. in l. 1. nu. 2. C. ut q̄ de.
* aduo. & * ita tenent omnes.

In ea. glo. ibidem, alia determinatur quæſtio, quod teſtis debet deponere pro utraque parte, & nimirum, quia ita etiam iurat. c. hortamur. 3. q. 9. neq; eſt à forma iuramenti recedēdū. c. ad noſtram. de iureiu. Bald. in l. 1. C. de ſent. quæ ꝓ eo. Et quia ſignanter ad examen adhibetur utriuſq; partis, ca. non ſanè. 14. q. 5. plenè gl. in c. fraternitatis, de teſti. & ita tranſeunt omnes.

Et poteſt ſecundum Bald. hic, in princ. quem Pau. Caſt. Fulg. Alex. Iaſ. & alii referunt, notabili-
31 ter inferri, ſi depoſuerit † pro una parte, & pro alia interrogatus dixerit nolo reſpondere, quod ei fides non adhibebitur, & bene, ex quo doloſè ueritatem ſupprimere uidetur.

Sed ultra eum dubito ne teneatur falſi. l. Paulus. ff. ad legem Corn. de fal. c. olim. de reſcript. c. 1. de cri. fal. ſentit Bald. in d. c. fraternitatis. ad fin. & Feli. in c. 1. in princ. de teſti. cogen. quod debet puniri criminaliter, & ciuiliter ad intereſſe parti, poſt eundem Bald. in l. nullum. C. de teſti.

Vel dic, quòd teſtificari cogatur in ciuilibus, in criminalibus nō, quia de dolo manifeſto non conſtat. l. nō quod indiſtinctè uolunt aliqui cogi poſſe. c. 1. de teſti. cog. l. ſi quando. C. de teſtib. & præcipuè Crot. in tract. de teſti. in 3. par. colum. 2. q. 3. nume. 198. aliquid Specu. in §. de teſtium

com-

compulſione, nume. 4. & per Docto. fuſius in d.
l. ſi quando.
32 Verum ad propoſitum dubitatur, † quid ſi ſe
aſtrinxiſſet iuramento ad non dicẽdum teſtimo-
nium, an poſſit contra ipſum uenire auctoritate
propria, uel ſaltem ſuperioris? uideretur dicen-
dum quòd non, propter uinculum iuramenti, ar
gum. in l. uideamus. in §. s. ff. de in litem iur. d. c.
ad noſtram. de iureiu. c. quamuis. de pac. in 6.
Tamen contrarium uerius eſt, ex quo celare
ueritatem eſt peccatum. c. quiſquis. 11. q. 3. & c.
1. de crim. fal. & ſic iuramentum temerariũ, nec
ſeruandum, ut obiecto reſpondeamus: & ita in
terminis decidit Specu. in loco præalleg. nu. 5. &
benè, probaturq; ad literam in c. intimauit. de te
ſti. & in l. fi. in princ. ff. ad municip. & ita reſidet
etiam Albet. in d. l. ſi quando. in princ. & Vero-
nen. caut. 4. ad fi. quòd ſi quis mihi probationes
teſtium ſubtrahit hoc modo, iuramento non ob
ſtante examinantur, & ſubtrahens cauſam pdit,
ſignanter per d. c. intimauit.
Poſt hæc rurſum aliam diffinit q. gl. & adhuc
ibidem, quod licet minor de calumnia non iu-
33 ret, iurat tamen de ueritate dicenda; † cum quã
* tranſeunt etiam * omnes, ſe de materia remittẽ
tes ad no. in l. 2. in §. quod obſeruari. C. de iuram.
cal. Interim aduerte tu, quod iura per glo. alleg.
probant duo dicta priora, maximè text. in l. inter
rogari. C. de quæſtio. & in l. cum probatio. ff. de
prob. Primum quod iudex laborat ad ueritatem
inueniendam, alia uerò, ideſt auth. ſed iudex. C.
de epiſcop. & cleric. & l. quoniam, iuncta glo. C.
de hære. Secundum, quod teſtis debet depone
re pro utraque parte.
Et ſi probatur ultimum, probatur in arg. in d.
auth. ſed iudex, qđ Epiſcopus non iurat manu
tactis ſcripturis, ſed ueritatem dicit, propoſitis
tantum ante eum ſacroſanctis Euangeliis, ut di
gnitatis epiſcopalis habeatur ratio.
Et ad quæſtionis propoſitũ; dic quod de cal.
nõ iurat, quia curator ſcit melius, quàm ipſe iu-
ſtitiam cauſæ, ut præcisè dicitur in d. §. quod ob
ſeruari, & quia iudicium eſt actus trium perſo-
narum, iudicis, actoris, & rei, c. forus. de uer. ſig.
quod in minore conſiderari non poteſt, legitimã
perſonam non habente. l. 1. ff. de mino. & per to-
tum. infrà qui legi. per. hab. ſtan. in iud.
Et quia iuramentum cal. eſt de ſubſtãtialibus
iudicii. l. prolatam. C. de ſent. ipſe autem in iudi-
cio (ut diximus) ſtare non poteſt, niſi cum aucto
ritate curatoris, quia tunc agere uidetur, ex quo
præſtat auctoritatem agendi. lege prima. §. om-
nia. C. de ueter. iur. enucl. ergo. De ueritate au-
tem ſic, quia teſtis eſſe poteſt; nec iuuat aliæ
probationes de ſubſtãtia iudicii, ut in dicta lege
prolatam. Et ideo non ab re dicimus, quod eam
iudex omnibus modis perquirit, ut hic, quodq;
ſeruus interrogatur de facto ſuo, licet non de fa-
cto domini. l. interrogari. C. de quæſtio. & pupil-
lus pariter. l. 1. §. ſufficit. ff. de auct. tut. uo. in l. cer
tum. in §. ſed an & ipſos procuratores. ff. de con-
feſſis. alias non reſtitueretur aduerſus ſuam con
feſſionem, & tamen reſtituitur ut ibi dicitur. &
licet text. in l. quotiens. in §. ſi tutor. ff. de noxa. ui
deatur dicere, quòd imò tutor iurat de ueritate,
& non pupillus: id tamen non eſſe regulare re-
ſpondeas, ſed uel quia melius ipſe ueritatẽ ſcie-
bat, uel quia pupillus erat abſens, & not. in d. §.
quod obſeruari, & eſt uerum, nec habet dubiũ.
Et ad propoſitum iuramenti calum. nota, qđ
ipſe tutor ſeu curator afficitur iuramento, quia
iurat in animam propriam, ad differentiam pro
curatoris ſpeciale mandatum habentis, qui iurat
in animam domini. d. §. quod obſeruari. c. fin. de
iuram. calum. in 6. & eſt utilitas ad cognoſcendũ
quis periurus ſit, ſi ſcienter falſum iurauerint,
& fuſius ut legitur in locis præalleg.
In ea. gloſſ. ibi. Item an ex his actis, dubitatur
an acta facta inter colligantes, & quod teſtes aſ
34 ſeruerunt † contra unum probent contra alios
& breuiter concludit quod non, & potiſſimum
per text. in l. ſed & ſi poſſeſſori. in §. fin. iuncta l.
ſeq. ff. de iureiur. in argu. tamen. ubi ſi iuraſſem
hæreditatem meam fore, cum inter te & me fo-
ret controuerſia, & alius à me poſtea ipſam pete
ret, nihil mihi proderit iuramentum. & ibi glo.
rationem aſſignat, quia res inter alios acta non
præiudicat tertio. l. quia. ff. eod. res int. ali. acta. c.
pen. de re iud. & uirtualiter ſentit hic, dum alle-
gat l. ſæpe. ff. de re iud. ubi hoc etiam dicitur, &
ut per Dec. latius. quæ omnia tamen prius Ale-
xand. in d. l. ſæpe, congeſſit. col. 3. Et paulò infra
35 ſubiicit glo. plus, † quod imò nec inter eaſdem
perſonas præiudicium facit, niſi teſtes producti
ſint aduerſario præſente, ſeu citato. l. ſi quando.
§. fi. C. de teſti. & ad propoſitum conducit, quod
habetur in l. ſi unus. in §. ante omnia, iuncta glo.
ff. de pact. & in l. 1. in prin. ff. de alie. iud. mutan.
cau. fac. & in l. fi. C. quib. res iud. non no. Ro. ple
nè conſi. 487. in princ.
Et apertiſſimè (ut idem Dec. inquit) probari
uidetur in c. inter dilectos. in §. porrò, de fi. in-
ſtrum. quem tex. licet ſubiiceat, adducit gloſſ. in
d. c. pen. ubi ad ſaturitatem multa, & Albet. in l.
Ingenuum. in princ. ff. de ſta. hom. Alex. hic, col.
* 5. & Iaſ. ultimo, & ita * communiter tenetur.
Eſt uerum ſubiicit glo. quamuis quo ad alios
36 plenam probationem nõ faciat, quod faciat † tã
men qualemqualem præſumptionem, reſpon-
dendu ad text. in l. res hæreditarias. ff. de crim.
expi. hær. & in l. hæredes. in §. idem ſcribit. ff.
famil. erciſcun. quæ obſtare uidebantur. Idemq;
gloſſ. & poſt eam Iaſo. ibi, colum. prima. in l. ſi
duo patroni. in princip. ff. de iureiur. & in l. 1. C.
ad legem Corn. de fal. & in l. denunciaſſe. in §. fi.
ff. ad leg. Iul. de adult. Bart. in l. Lucius. ff. de his q
not. infam. & in d. l. res hæreditarias. & in l. ad-
monendi. nu. 45. ff. de iureiur. Idem Albe. in d. l.
ingenuum. in 1. oppo. & Alex. hic, & in præalle.
l. ſæpe. col. 11. & 20. & ſi hæc omnia locum ha-
beut

bent in ciuilibus, multo magis locum habebunt in criminalibus. l. tranſigere, & ibi no. C. de tranſact. l. ſi cui. §. iiſdem. ff. de accuſ.

Et in ſimili quæſtionem decidit alibi Bal. in l. in inſulam. in §. fin. per illum text. ff. ſolu. mat. qđ ſi nobiles fecerint pacem, ſub pœna applicanda Eccleſiæ, & rupta pace reconcilient ſe, ac omnē iniuriam remittant, quod non propterea eccleſiæ præiudicabitur, & ut per Bart. latius, qui plures conſiderat caſus.

Interim tamen aduertentes dictum hoc ultimum glo. dubitabile eſſe, quod imò nec noceat, quo ad qualemqualem præſumptionem, ex quo teſtis examinatus parte non citata indicium non facit. l. maritus, & ibi Bart. ff. de quæſtio. ubi ad literam dicit, quod quando ratione ordinis examinari non debuit, puta ante litem conteſtatam (inquit) uel parte non citata, ſi examinatus fuerit inditium non facit. ita Are. hic, & in c. cūmq; colum. 4. de teſt. Imò quod uidetur caſus eodem teſte; in d. c. cauſamq́; , quem ēt refert Iaſ. in d. l. ſi duo patroni. colum. 2. & Soci. hic, in fi. in d. c. inter dilectos, ponderando uerbum nocumentum aliquod, quod etiam in minimo uerificatur. l. ſi ſeruum. §. ait prætor, & ibi Bar. ff. de acq. hær.

Tertiò urget, quia iuramentum contra alteriū nihil nocet. d. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. fi. ff. eo. ergo nec ſententia, nec dicta teſtium præiudicabunt.

Sed facilè reſpondetur ad primum, ut hic per Dec. poſt Alexā. tamen, in l. de unoquoque. ff. de re iud. & maximè (addas tu) quia tertius citari non debuit, cum de eius præiudicio tunc nō tractaretur exemplum ſi mecum & tecum ſit controuerſia alicuius rei, teſteſq́; examinentur, te citato, ut eſt regulare. l. nam ita diuus. ff. de adopt. d. l. de vnoquoque. poſtea alius eādem rem à me petat. & in ſimili in d. l. ſed & ſi poſſeſſori, alleg. in glo. certum eſt quod tunc citari non potuit, ex quo nihil petebat, nec erat in conſideratione, & ideo ſtant iſta ſimul, quod citatus tertius nō fuerit, ſed principalis, quodq́; faciat qualemqualem præſumptionem, quo ad ipſum tertium, & pulchrè Bald. hic, col. 3. ſic dicens plenum præiudicium facere non poteſt, quia probationes receptæ ſunt lite non conteſtata, neque citata parte (loquor quo ad nouam perſonam) ergo qualequale præiudicium (ut diximus) faciet: multa in ſimili Iaſ. in l. decem, nu. 41. ff. de uer. obl.

Ad ſecundum uerò, ideſt ad tex. in d. c. inter dilectos, dicit idem Dec. confutata reſponſione eiuſdem Soci. pro rei ueritate ſatis friuola, quod imò eam interpretationem habebit uerbum prædictum ſubiecta materia ſic dictante, præiudiciū plenum non inferri ex dictis atteſtationibus Archiepiſcopo de quo ibi, ſed quo ad hoc, ut qualemqualem (ſicut diximus) præſumptionem faciant. l. ſi uno. ff. loca. l. ſcio. ff. de reſt. in integ. clemen. 1. de for. compe. & maximè (addas tu) quia rationabilis eſt. l. ut gradatim. §. & ſi lege. ff. de mune. & hono. l. 1. cum uulga. C. de ſacroſ. eccl.

Poſſet etiam reſponderi quod Archiepiſcopo non præiudicent, quia non fuerant publicatæ.

Tamen, quia hanc ſol. improbat ibi Abb. à proxima non diſcedemus, & quod qualemqualem præſumptionem faciāt probatur in l. à ſentētia, & ibi Bar. in princ. C. de appel. & in d. l. ſi duo patroni, & ut per eundem Soci. hic latius, ad finē.

Nec obſ. ultimum, quia dici poſſet forte id in ſententia uerum fore, lata uirtute iuramēti, quæ omnino minus operatur, quàm ſi foret lata ex ueris probationibus, ut idem Deci. adhuc dicit hic, ad aliud tamen, non huic argum. reſpondendo, & hoc per text. not. in l. ſi titanero. ff. de iure pat. quem ante eum inducit gloſ. ad idem in l. 2. ff. de iureiur, & ita etiam formaliter reſpondet Iaſ. in d. l. ſi duo patroni. colum. 2.

Sed non eſt tuta reſponſio, quoniam etiā tex. in d. l. ſi duo patroni, loquitur in iuramento, & tamen dicit, quod qualemqualem præſumptionem facit. Vnde ſolue quod facit inter perſonas, non omnino ſeparatas, & concluſionem declara, ut hic per Bal. Alex. & Dec. & Iaſ. met, in d. l. ſi duo patroni. & ſuperinde cogita omnino alteri nocere, & effectualiter quidem, quoniam cū iſta qualiſqualis præſumptio uim ſemiplenæ probationis habeat, deferretur iuramentum in ſupplementum probationis, utilitaſq; eſt diſputationis, ut etiam per But. in c. quamuis, de re iud. ita Bart. in d. l. admonendi. nu. 47. & alii hic, & ī d. l. ſi duo patroni: & quia ab infra dicendis etiā ſtatim, hæc omnia pendent, aliter non inſiſtam.

Primum igitur in iſta materia concludit Bar. & poſt longam diſtinctionem quidem hic, & in l. 1. ff. iud. ſol. quod ſi de facto quæratur non ſolum inter eaſdem perſonas, uerumetiam inter quoſcunq; homines mundi acta facta in uno iu-
37 dicio probant in alio, † & fidem faciunt exemplificando, ut per eum, & clarè probatur in iuribus adhuc per eum alleg.

Addit Rimin. rationem, quia dici ſolet, quod inducunt notorium, & fuit uerbum Innoc. in c. ex inſinuatione. in fi. de app. Abb. in c. cauſamq́;. colum. pen. de teſti. aliquid Bald. in l. 1. col. 2. C. quomodo & quando iud. notorium autem omnibus innoteſcit. l. pupillus. §. proſcribere. ff. de inſti. eſtq́; ſatis, quod allegetur, neque probatio requiritur. cle. appellanti. de appella. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem Pollioni. ff. ad leg. Iul. de adult. ergo. Imò quod non ſolum notoriū inducunt, uerum etiam loquuntur ſemper ultra eum, ut inquit Bal. conſi. 229. col. 2. uol. 5. igitur ſine controuerſia (ut diximus) fidem faciunt inter omnes, & de notorio actus permanentis intellige iuxta no. per Bar. in auth. qui ſemel. n. 16. C. quomodo & quando iud.

Et ultra exemplum Bar. exemplificat quoque Bald. in ſententia lata contra principalem, ſuper excuſſione, ut fidem etiam faciat contra fideiuſſorem: quod improbat Alex. ex duobus. Primò quia agitur de effectu actorum, an probent ex-

cuſſionem

cuſſionem legitimè factã fuiſſe, ut poſſit agi con
tra eum, non de ipſo facto ſimpliciter.
Secundò, quia ita demum fidem facerent con
tra eum adhuc, ſi legitimè citatus fuiſſet. l. ſi de-
ſerta. C. ſi propter pub. pen. tradit Bart. in l. decẽ.
ff. de uerb. obl. Itaq; etiam Iaſ. hic, quod uidens
Dec. diſtinctionis fœdere nititur opiniones con-
cordare, ut per eum. clarius Ripa. nu. 34.
Videtur mihi, quod Bal. ſe ipſum ſaluet, quia
dicit, quod aut quæritur ſimpliciter, an ꝓbetur
proceſſus & ordo iuris, ſiue debitoris excuſſio,
& concludit quod ſic: aut uero ius perſonæ pro
cedentis, & iſto caſu dicit quod non, quia fide-
iuſſor citatus non fuit, quodq; oportebit proba-
re principalis debitoris obligationem, niſi ſit fi-
deiuſſor iudicii, qui afficiatur ex proceſſu cauſæ,
& contra quem ſententia executioni mandatur,
abſque aliquo proceſſu, l. fin. C. de execu. rei iud.
in fideiuſſore contractus haud uerum, hæcq; eſt
concordia Decii, quam (ut dixi) Bald. ſentit opti
mè locutus hic, & ante eum Bart. in l. 1. ff. iudic.
ſol. in princ. & profectò mirandum quàm maxi
mè eſt quomodo ſic Alex. & Iaſ. ipſum infideli-
* ter referant, & dicat Rimin. quod * communi-
ter reprobatur.
Vltimò idem Ripa hic addit exemplum, nu.
35. in conuicto de periurio, ut fidem faciant acta
etiam in alio iudicio, & inter diuerſas perſonas,
& eſt uerum, neque poteſt negari. c. ex parte, &
ibi Abb. col. 2. de teſti. ſed conſidera tunc de effe-
ctu facti agi, ne conuictus amplius ad teſtimo-
38 nium admittatur, † cum ſit ſententia corporis
afflictiua, quæ ipſum corpus ſequitur, ut lepra
leproſum. l. ingenuum. ff. de ſtat. hom. c. cito tur-
pem. 1. q. 1. & fuſius, ut per eundem Abb. in lo-
co præalle. & ita etiam dici poſſet ad exemplum
Bar. & Bal. Niſi ſaluando reſpondeamus, quod
noluerit factum conſiderare ſimpliciter, & quaſi
in abſtracto, prout diſtinguitur ab effectu facti,
quod (ut etiam inquit Purpu. nu. 70.) ipſum im
mediatè producit, ut infra. Vel & clarius, quod
licet factum hoc effectum pariat, non tamen de
ipſo effectu quæratur, ſed de facto ſimpliciter.

Additio.

Ad Bald. exemplum redeuntes, quod in fide-
iuſſore iudicii, ſeu de iudicato ſoluendo, probãt
acta excuſſionem factam fuiſſe, & ſtatim fiat exe
cutio, non autem ſi fuerit fideiuſſor contractus,
ex quo citatus non fuit, moueo difficultatem, &
dico quod quamuis non probent d. ratione, ſeu
præiudicium eidem faciant, faciunt tamen qua-
lemqualem præſumptionem, maxime (ut dice-
bam in glo. ſupra.) cum non ſint perſonæ omni-
no ſeparatæ, & iuramentum in ſupplementum
probationis deferri poterit. cogita & de mate-
ria latius dic, ut in d. l. decem. ff. de uerb. obl.
Secundò concludit Bar. ſi de effectu facti quæ
39 ratur, & acta reſpiciant litis ordinationem, † e-
xemplificando adhuc, ut per eum, quod effectũ
reſpicientem ipſam inſtantiam non habent in a-
lio iudicio, ut fidem faciant etiam inter eaſdẽ ꝑ-
ſonas. Et nimirum, quoniam ipſa inſtantia per-
empta, pereunt acta, ut ipſemet uirtualiter ſen-
tit, dum alleg. text. hoc dicentem in l. cũ lite mor
tua. ff. iud. ſol. & no. in l. properandum. in princ.
C. de iudi. eritq; neceſſaria noua citatio, litis con
teſtatio, fideiuſſoris datio, & ſimilium, ut p Abb.
in c. cauſamq;. col. pe. de teſti. Et ad propoſitum
dicit Bald. alibi, in l. ſi pater. C. mand. quod in ſtan
tia perempta etiam, nulla datur amplius litis pẽ
dentia. Et Deci. ac Ripa hic, quod utilitas hinc
quoq; reſultabit, quod in alio iudicio dilatoriæ
exceptiones opponi poterunt, quod tamen fieri
non potuiſſet aliàs poſt litem conteſ. l. ita demũ.
C. de procuratoribus.
Et prædicta procedunt, niſi habeatur recur-
ſus ad principem, & uitæ ſpiritus inſuffletur,
quoniam tũc reſurgerent omnia, & nõ amplius
diceretur perempta, nec ſimul acta cum ea periiſ
ſe pariter, ut in regno Neapolis, ut per multa o-
ſtendit Gramma. deciſio. 69. col. 1. & 91. nu. 1. &
103. nu. 17. & eſt glo. in l. ab hoſtibus. in §. ſed
quod ſimpliciter. ff. ex quib. cau. maio. Bart. in l.
ſi ab hoſtibus. nume. 5. C. eo. vel ſi ſtaret ſtatutũ
in ciuitate, ut hic renouari debere, & cum Bart.
* tranſeunt communiter * doct.
Sed ſi partes, conſentirent acta in alia inſtan-
40 tia uires habere, † quid iuris eſſet hoc caſu? Idẽ
Deci, & Ripa hic, poſt But. in c. præſentata, de te
ſti. ſentiunt quod poſſint hoc facere, quodq; ui-
res habebunt, ex quo uno ictu, ea etiam renouan
tur ſi uelint, ut per Bar. in l. mutari. ff. de procu.
& in d. l. properandum. in princ. nu. 5.
Sed cogita tu quomodo iſtud uerum ſit, cum
non poſſit fieri niſi lege, uel ad principem (ut ꝓ
ximè dicebam) recurſus habeatur, qui in eã in-
ſufflat ſpiritum uitæ, ſicuti olim Chriſtus in La-
zaro, ex quo à priuatione ad habitum regreſſus
eſt difficilis, poſitoq; impoſſibili in eſſe, nullum
ſequitur contingens. l. qui res. §. aream. ff. de ſol.
l. filium, ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. nec offi
ciunt dicta Bar. in locis ſupra alleg. quia loquitur
in productione facta de nouo, etiam quod eadẽ
ſint acta, quæ operatur perinde, ac ſi nunquã in-
ſtantia periiſſet. l. Aquilius Regulus. ff. de don. l.
ius ciuile. ff. de iuſti. & iu. & probatur quoq;, qa
inſtantia alibi erat perempta, & tamẽ acta unius
iudicii fidem faciunt etiam in alio, in c. præſenta
ta. de teſti. quod eſſe non poteſt, niſi ex hoc, quia
princeps (ut diximus) in eam inſufflauerat ſpi-
ritum uitæ, uoluitque tunc Papa ex eiſdem actis
cauſam debito fine terminari. Quod tamẽ Ripa
adhuc ait ibidem non probari, licet in ſe uerum
ſit, ex quo non apparet, quod loquatur de actis
ordinationem litis reſpicientibus, nec etiam qđ
inſtantia perierit: ſed reſponderi poteſt, ſatis ap-
parere, cum generaliter loquatur, & quia dicens
ex eiſdem actis, neceſſariò innuit periiſſe, inſtan-
tia perempta.
Tamen quod ibi non probetur, liquet ex alio,
ut

41 ut poſtea ſubiicit, † quia inſtantia non perit de iure canonico, & bene.c.cum olim.§.iudices, de priuil.& atteſtatur Abb.in d.c.præſentata. colũ. ✽ 3.ita communiter ✽ teneri, eſtq́; differẽtia inter unum, & aliud ius, quam pulcherrimam ponit etiam Bartol.in tract. de differen.inter ius cano. & ciui.colum.3.

Verum ad idem dubitatur, ſi effectus non ipſam inſtantiam, ſed cauſam reſpiciant, nunquid 42 pereant acta, † an uerò durent, quo ad d.effectus etiam in alia inſtantia, concludit idem Bart. hic, & in l.2.C.de fruc.& lit.expen.quod ſic exemplificando, ut per eum. declara tu latius mediante litis conteſtatione, contrahi uitium litigioſi, & reum conſtitui in mala fide, quod omnes etiam præſupponunt, & conſequenter quo ad iſtos effectus, quod acta non pereunt inſtantia ipſa perempta. Et probatur in l.fin.C.de præſcrip.30.anno.quem text.adducit idem Bart.in d.l.2.& bene, nec meruit reprehendi, quod alleg. per eum adhuc hic nihil faciant, ut Cur.inquit, quia ſi recte aduertatur faciunt optimè, quod iſti effectus perſonales ſint, & præſcriptio interrumpatur. uerum eſt quod inaduertenter l.ſi quis emptionis, allegauit, & uoluit allegare l.cum notiſſimi.§. ſed & ſi quis.C.eod.& latius, ut in d.l.2. ad propoſitum igitur dicit text.in d.l.fin.ſi ego egi tecũ rei uendicatione, poſtea lite conteſtata ceſſaui cauſa impeditus, quod interrumpetur præſcriptio, neque perpetuata actione uſque ad annos 40. minori tempore amplius præſcribi poterit, ergo perempta inſtantia, quæ finitur triennio.l.properandum.in princip.C.de iudi.effectus prædictus durabit, & malæ fidei poſſeſſor reus dicetur, tenebiturq́; ad reſtitutionem fructuum. Et idẽ per iſtum tex.dicit gl.ante Bar. in d.l.properandum. in §.& ſi quidem.& probat aliud exemplum, qđ res efficiatur litigioſa, quodq́ue uitium duret etiam perempta inſtantia, & formaliter in §.fi. in Authen.de litigio. & eſt utilitas hoc caſu pariter, quia tunc alienari non poterit, ut in l.fin.C. de litigio.

Sed contra primum difficultatem mouit idẽ Cur.& dicit, quod cum nemo cogatur ius ſuum indefenſum relinquere, & confiteri id quod petitur, impoſſibile eſt, quod reus in mala fide conſtituatur.l.illud.ff.de pet.hære. quomodo arguit etiam Bald.in l.fi.in fi.C.quib.ad lib.procla.non li.& conſi.326.col.3.uol.1.& Ang.in l.2.in §.1. ff.ſi ex noxa.cau.aga.& fuit argu.Bar. in l.fiſcus. ff.de iure fiſ.in prin.quod idem Cur. inſolutum relinquit. Ripa uerò reſpondet, quod ſequuta ſententia condemnatoria, præſumitur fuiſſe retro in mala fide.adhuc poſt Bart.in d.l.fiſcus, & malè, quoniam ſic ſola litis conteſtatio, hoc ipſum nõ operaretur, & tamen operatur, ut ſupra oſtẽſum ✽ fuit, & ita ✽ communiter tenetur, poteſtque ad argum. reſponderi facilè, & dici regulam fore ueram, ſed non, quod mala fides non præſumatur, hoc caſu, ex quo (ut dicebam alias) ſubeſſe uidetur quid, quod ſibi imputari poteſt, cur inſtantiã labi permiſerit.l.properandum. §.& ſi quidem. C.de iudi. Et idem ſi noua inſtantia inchoaretur ex eadem cauſa, ut ſignanter Bart.met, inquit in d.l.fiſcus. uel & aliter, ut dico in gloſſario in uer. Nemo.ad fi.tradendo intellectum uerum ad tex. in d.l.fiſcus.& per locum à ſpeciali probatur cõcluſio hæc, quia perempta inſtantia, per expreſſam partium renunciationem, pereunt acta quo ad omnes effectus.l.cum mota.C.de tranſac.quę hoc idem ſatis probat in ſui generalitate, quicquid ab aliquibus dicatur, & idem ſi reus fuiſſet abſolutus ab obſeruatione iudicij, ob ineptitudinem libelli.l.ſi pater.C.ne de ſta.def.uor. in d.l.2.C.de fruct.& lit.expen.& ut per Alex. ac alios latius. Adde Hoſt.& Ioan.And. in c. cauſamq́;.de teſti. & ſignanter Soci.in c.uenerabilis.colum.24.de iudi.pulchrè Bald.in l.1.in princ.C.ex del.def.& in l.magiſtratibus.ff.de iur.om.iud.Corſe.in ſingul.præſcriptio.3.

Verum ad exempla redeuntes uidetur dicendum quoque, quod nec ſecundum ſubſiſtat de uitio litigioſi, ex quo Bart.contrarium tenuit in l.1.in §.fin.ff.de litig. quod imò pendente uitio res poterit alienari.

Reſponde breuiter (Cur. enim hic multa effundit uerba, quæ non referam aliter) quod uitium litigioſi, nõ rem ſed perſonam afficit, eſtq́; reſponſio Bar.hic, dum dicit quod effectus ſunt perſonales, & in d.§.fi.quem etiam Iaſ. ſequitur, & no.etiam in l.1.ff.eo.

Vel & ſecundo, quod ſtant iſta ſimul, quod duret uitium litigioſi, & tamen alienatio permittatur, ut idem Bart. ait ibidem, & benè quia operabitur alios effectus, ut is ſcilicet in quem fit alienatio, non poſſit in præſcriptione connumerare tempora ſui auctoris. l.1.C.de præſcrip.longi temp.& ſi cecidiſſet à poſſeſſione, quod recuperari non poſſet, obſtante exceptione, ut in d.§.fi. uel & ultimò, quod olim alienatio fieri poterat, hodie autem non.d.l.fi. C.de litig.

Et ſi diceretur, ut idem Cur.dicit, quod poſſet attentari opinio noua cõtra communem, quod imò perempta inſtantia, pereat etiam uitium litigioſi, & malæ fidei, per tex.in l.cum lite mortua. ff.iud.ſol. ponderando uerbum, res nulla ſit, & per text.qui adducitur per Bart.& pro communi, in l.fin.C.de præſcript.30.ann. conſiderando ibi ante litem conteſtatam agi de mala fide, ex quo præſcriptio triginta annorum, de qua loquitur, huiuſmodi eſt, ut currat etiam quod præſcribens bonam non habeat, & ſic quod per litis cõteſtationem inducta non fuerit.

Reſpõdebo d.uerbum nulla, reſtringi quoad effectum reſpicientem ipſam inſtantiam, ut dictum eſt ſupra, & non cauſam, quia tũc etiam ipſa perempta durant acta.& nouiſſimè ratio colligi poteſt ex no.in l.2.in §.fi.& ibi Bar. ff.de don. & per Doct.hic latius.quodq́; minus facit inductio d.l.fi.quia imò ex curſu temporis annorum

ſo. in dubio præſumitur bona fides, etiã in poſ-
ſeſſore, ſine titulo ſecundum Bart. in l. fi. ad fi. C.
unde vi, plenè Balbus in l. Celſus. nu. 85. ff. de u-
ſucap. ergo neceſſariò ibi (ut dicebatur) mala, in
ducta erat per litis conteſtationem.

Sed ultra Cur. aliud eſt, quod magis urget con
tra communem quo ad uitium litigioſi, quoniã
odioſum eſt, ex quo res efficitur non alienabilis,
ut ſuprà odia reſtringenda ſunt. l. cum quidã. ff.
de libe. & poſthu. ergo perempta inſtantia nõ de
beret durare. eoq; magis, quia poſſet ſic quilibet
prohibere alienationem rei ſuæ ſecum litem cõ-
teſtando, & malè. l. rem quandam. ff. de dolo.

Niſi ad primum dicamus, quod cũ acta à prin
cipio ſecum executionem traxerint, ceſſante cau
ſa non debet ceſſare effectus iam conſumatus. d.
l. 2. & ibi Bart. ff. de dona. tradit Bal. hic, col. pen.
& Canoniſtæ in c. cũ ceſſante, de appell. ergo ui-
tium durabit, quamuis odioſum iam contractũ
per litis conteſt. licèt inſtantia perierit.

Nec officit ſecundum, quia ſic dicere eſt ex-
preſſam legis determinationem poſitam in l. fin.
C. de litigio. reprehendere, deq; ipſa diſputare,
& non ex ipſa determinare conceſſum nemini,
c. in iſtis. 4. diſt. & hoc eſt, qđ dicit glo. in l. ſi non
fuerit. ff. pro ſo. quod ubi lex figit pedem, non eſt
vlterius loquendum, eſtq; argu. in l. proſpexit. ff.
qui & à quib. & in l. ſi nauis, & ibi Bald. ff. de rei
uend. & quamuis obſtare uideatur tex. in d. l. rẽ.
non obſtat tamen, quia probat contrarium, &
pro communi facit potius, quod per litis conte-
ſtationem res efficitur litigioſa, quodq; eiuſdẽ
impeditur alienatio, & ibi gl. ſignanter, per iura
ſuperius alleg. & præcipuè per d. l. fi. C. de litig.

Tertiò concludit Barto. (alia non tango, quia
non expedit ratione inſtitutæ breuitatis) ſi acta
reſpiciant ueritatis indaginem (& eſt ſecũdum
membrum principale) exempli gratia dicta te-
ſtium, nec ſint publicata, quod fidẽ non faciunt
43 † in alia inſtantia, etiam inter eaſdem perſonas,
& hoc ipſum per glo. in l. 3. ff. quæ in frau. cred.
& in l. geſta. C. de re iud. & utrobique Bar. no. qui
tamen d. l. 3. legit cum 1. ideo aduertendum eſt,
& non ab re ad propoſitum, quia ſi perempta in
ſtantia ante publicationem pereunt, & ipſa quo
que impoſſibile eſt, quod fidem faciant in alia,
ex quo non ens effectum non producit, uulga. l.
eius qui in prouincia. ff. ſi cer. pe. l. non dubium.
* C. de legi. & ita communiter * tenetur. & etiam
(ut hic dicit Paul. Caſtr. & Iaſ.) quia priuata eſt
ſcriptura, non habens iudicis auctoritatẽ. l. cões.
l. exemplo. l. inſtrumenta. C. de prob.

Vnum ſolum obſtat, quod publicatio teſtium
non eſt de ſubſtantia. l. prolatam. & ibi Bar. C. de
ſent. & propterea ſecundum Deci. deberent fidẽ
facere, etiam quod non fuerint publicata. & qđ
non ſit neceſſaria adducitur quoque per Rimin.
text. in c. fin. de hære. in 6. & malè quoniam ſpe-
cialiter loquitur in cauſa hæreſis. ex cuius dictis
tamen reſpõſio colligitur, & eſt uerum, quod li-
cet neceſſaria non ſit quo ad ualiditatem ſenten
tiæ, ex quo lata etiam ſine probationibus tenet.
d. l. prolatam. eſt tamen neceſſaria ſimpliciter, &
reſpectu ipſarum atteſtationum, ut not. in l. ſolã.
C. de teſti. & in d. l. geſta, & ut diximus in 1. lec.
Imò quod tex. in d. c. fin. de hære. in 6. dicit publi
cationem in aliis iudiciis neceſſariam eſſe. & ſi
ad l. geſta obiiceretur, nil de publicatione dici,
ſed tantũ quod acta debent in publica redigi mo
numenta, reſpondeo ſubintelligi neceſſaria. c. ue
niens. de teſti. c. cauſamque. & ibi no. eo. tit. c. 1.
ut lit. non conteſt. d. l. ſolam. & quoniam non a-
liàs eſſent publica & cõmunia, nec acta propriè
dicerentur: imò quod licet ſimpliciter allegetur
hic, idem Bar. tamen in d. l. 3. quæ in frau. cred. al
legat eam tantum in arg. & in l. 2. ubi hoc idem
44 tenuit, nume. 5. ff. iudic. ſol. notata ibidem. † &
ſumpta occaſione dubitant ſcriben. amplius, an
publicatio poſſit fieri ab alio iudice, multaq; in
ſpecie dicit Cur. & nititur probare quod ſic, dic
tu, quod opinio contraria eſt uerior fundata ĩ re
gula l. nulli. C. de iudi. prætèrquàm tamen in caſi
bus hic, pulchrè enumeratis à Rimi. colum. 11.
quos referre non curo: huiuſmodi enim ſunt, ut
nulla prorſus egeant ſuppletione.

Quartò igitur concludit Bart. ſi dicta teſtium
fuerint publicata, quod fidem faciunt etiam in
45 alia inſtantia. † et probari optimè uidetur in iu
ribus per eum allega. eſt uerum ſi acta facta ſint
coram arbitro, quod fidem nõ facient in alio iu-
dicio, etiam inter eaſdem perſonas, niſi adhibita
diſtinctione l. fi. C. de teſti. ſi uerò coram iudice
* ſic. & ita dicit Alex.* communiter teneri. Bal. ue
rò hic, col. penul. contrarium, quod imò arbitria
ſunt redacta ad inſtar iudiciorum, & malè pri-
mumq; uerius ex alleg. per eundem Alex. ad qđ
etiam Seyſel. aduertit, nec ab eo diſſentio, & ita
dicit etiam Bartol. in d. l. 2. nu. 5. iud. ſol. & in l.
2. nu. 6. ff. ui bon. rapt. & ad declarationem, cum
de arbitro loquemur, dic exemplum ſic uerifica-
ri, quod teſtes receperit, poſtea eius officium ex-
pirauerit, deinde corã iudice partes litigauerint
ſuper eadem re, ut fidem faciant, adhibita (ut di
ctum eſt) diſtinctione d. l. fi. Et hinc dubiũ mo-
uent ſcriben. Alex. Rimi. Dec. & alij, an conclu
ſio hæc procedat indiſtinctè, an uerò quãdo alia
tendit ad eundem finem, multa hinc inde dicen
tes, & iſtud idem, quia Bart. in d. l. 2. iud. ſol. hoc
ultimum tenuit, contrarium uerò in d. l. 2. col. fi
na. ff. ui bon. rapt. & non eſt uerum, ut ex ipſius
lect. conſtat, & oſtendit idem Deci. & bene, qui
tamen ueritatem concluſionis aliter non oſten-
dit. Igitur dic tu ratione poſſe probari, quia ſicu-
ti ſententia ſi ad alium agatur finem non obſtat
l. cum quæritur, & ſequ. ff. de excep. rei iud. pari
modo non obſtabũt atteſtationes, neque fidem
facient. & probatur (ut dicebam etiam ſupra)
in c. inter dilectos. in §. porrò. in uer. nec atteſta-
tiones. de fide inſt. ſentit Abb. in c. ueniens. 2. co-
lum. 6. & in c. cauſamq;. 2. pe. de teſti.

Sed

Sed ob unum, ut idem Abb. inquit in d. locis, quod cum acta inducant notorium. c. cum olim. de uer. ſi. plenè Alex. in l. exitus. in prin. ff. de aequ. po. & prima ſolemnitas adhoc ſufficiat, deberent poſſe, ut notorium facientes, adduci. quod etiam Inno. in ſimili probat in c. qualiter, & quando. 2. ad fi. de accu. & præcipuè quia ſic uidemus quoque quod inſtrumentum fidem facit etiam ſuper eo, ſuper quo non fuit confectum. l. optimam. C. de contrahē. & commi. ſtip. c. illud. de præſump. imò quod dicit in d. c. cauſamq; ne. hanc partem tanquam æquiorem ſibi magis placere, ne opprimatur ueritas his uanis ſubtilitatibus. c. dilecti. de iud. c. Abbate. in fi. de re iu. in 6. Et urgent prima facie, niſi ad primum dicamus, quod ſententia etiam inducit notorium. c. noſtra. de cohab. cle. & mu. & nihilominus fidem non facit, ſi ad alium agatur finē, ut ſuprà 1 ergo nec atteſtationes. & probatur per locum à ſpeciali, in d. c. ueniens. quia ſi faciunt communi partiū conſenſu, ut ibi, utique non erit regulare. l. quæſitum. §. denique. ff. de fun. inſt.

Nec obſt. inductio d. l. optimam, quia dicam, ut dicit Inno. in c. cum in iure peritus. colum. 2. de uſu. de. continere caſus ſpeciales, qui ad conſequentias trahi non debent. c. quæ à iure. de reguli. iur. in 6. uel ſecundum Bal. in l. 2. C. de neceſ. ſer. hære. inſti. quod ibidem fuit utriuſque partis confeſſio, ad ualiditatem actus emanans, quæ ſibi potuerunt liberè præiudicare, ut per Bart. in l. ſi fortè. in fi. ff. de caſt. pe. non nihil dicens etiam in auth. ſi quis in aliquo. colum. 1. infra eodem.

Vel & aliter, quod ibi ſolum agitur de uerbis enunciatiuis tabellionis, quæ neceſſaria ſunt in actu, quodq; probant, ſeu quod reſpectu illius actus tantum fidem faciunt, ut per Deci. in c. cū venerabilis. colum. 15. de excep. & Bal. ante eum conſi. 194. colum. 2. uol. 1. plenè Gerat. Pet. ſanc. ſing. 39. Rom. conſi. 255. in princ. imò quod generaliter ſtandum eſt eiſdem in iudicio uel extra, ſi pars ſit præſens, & non contradicat, ut per illum text. dixit etiam Ancha. conſi. 159. colum. fi. & conſi. 179. circa medium. & conſi. 242. col. 1. Et hoc ipſum, niſi probetur contrarium, ut per eundem conſi. 291. colum. 2. Aret. in §. fi. in prin. inſti. de fideiuſſ. quibus (ut uerbis ultimis Abb. reſpondeamus) ueritas detegi uidetur, & ſplendeſcere in lucem potius, quàm (ut dicebatur) uanis ſubtilitatibus opprimi, uel anguſtari. Et plus quod nec ſi rationabiles fuerint reprehēſionem habent. d. c. Abbate. d. c. Capellanus. de ſer.

Et quamuis prædicta in atteſtationibus procedant, ſicuti declarauimus, ſi in alia inſtantia ad eundem finem agatur, non ſi ad diuerſum & ſe-
46 paratum, ſecus eſt tamen in confeſſione, † quæ indiſtinctè præiudicat confitenti, ut hic per Bal. Alex. Dec. & alios, & probatur in l. generaliter in ratione ſui, C. de non nume. pec. & in l. locum. in §. ſi quis. ff. de tab. exhib. & fortè Bar. ſupra exemplificauit in dictis teſtium, & confeſſionibus, & poſtea nihil dixit de his, niſi in fi. quando acta pertinent ad litis deciſionem, ut infra, mirandumq; eſt maximè, Adde tu text. in l. fi. in princ. C. arb. tut. & in l. ſi ille. C. de decu. lib. 10. & quod negari non poſſit, quod quiſq; ſua uoce dilucidè proteſtatus eſt, ut in d. iuribus dicitur: ita etiam arguit Bald. in præalleg. conſi. 194. & licet præiudicare confitenti dixerimus, ſcias tamen, ut hic per Rimin. etiam prodeſſe, & æquum eſt, ut in ſimili habetur in l. 1. C. res int. al. acta. Butr. & alii in c. per inquiſitionem. de elec. & adhuc ſecundum eum inferri poteſt, quod plus operatur confeſſio quàm probatio, quæ releuatio ab onere probandi dicitur, ut no. in rub. de prob. extra. & ſic maioris auctoritatis. Et facit, quia ſic etiā uidemus, quòd præſumptio iuris, & de iure non admittit probationem in cōtrariū, niſi per confeſſionem partis. l. antique. C. ad Velleia. authen. ſed iam neceſſe. C. de don. ante nup. quodq; negatiua ſui natura improbabilis eſt. c. bonæ. de elect. & tamen confeſſionem admittit. c. 1. de confe. in 6. & quod ſententia denique nulla eſt ratione ordinis non ſeruati, & tamen ſi pars confiteatur ualet. c. Piſanis. de reſti. ſpol. d. c. per inquiſitionem, & utrobique Inn. not. & Bal. poſt eum in l. cum mulier. col. 12. ff. ſol. mat.

Verum aduerte (quod ſupradicta enim procedunt in confeſſione uera non ficta, etiam incidēter facta per uerba tamen diſpoſitiua, item propria, id eſt domini & non procuratoris, & latius ut hic per eundem Rimi. ita etiā firmamus nos, firmat Dec. & cæteri, nec in aliquo eſt dubitandum) quia uidetur, quod confeſſio non ſemper præiudicet confitenti. caſus eſt no. in l. Lucius. in §. quiſquis. ff. de leg. 2. ubi teſtator confeſſus erat ſe eſſe debitorem trium denariorum ex cauſa depoſiti, & tamen confeſſio ſibi nō præiudicat, neque depoſitum probatur.

Solu. illud ideo eſt, quia facta fuerat in abſentia partis. l. fi. ff. de interrog. act. declarat Bald. in d. l. generaliter, col. 4. in 10. q. eratq; nuda ſcriptura, non uallata conſenſu recipientis, hic autē totum contrarium. uel dic quòd non faciat ad ad propoſitum, ex quo loquimur in confeſſione facta in una inſtantia, an noceat in alia, aliter uero ibi Iureco. Vel & tertio, quod licèt non præiudicet ſibi quo ad hoc, ut denaria tria de quibus ibi petantur, præiudicat ſaltem, ut petantur iure legati, ſecundum Old. conſi. 258. colum. 2. & in pulcherrima q. inducit Bald. in l. deberi. C. de fideicom. lib.

Obſtat etiam text. in l. interrogatam. C. de lib. cau. ubi confeſſio mulieris, dicentis apud acta ſe eſſe ancillam, ſibi non præiudicat, neque libertatis defenſionem tollit.

Sol. forte idem, quia confeſſio non erat facta in figura iudicii, & ſic perinde, ac ſi facta fuiſſet extra iudicium, ut per Flor. in l. ait lex. in §. notādum. in princ. ff. ad legem Aquil.

Tertiò obſtat text. in l. pen. ff. de conſe. ubi hæ

res

res confeſſus eſt petēti, debere fideicommiſſum, & exinde etiam condemnatus. l. proinde. §. r. ff. ad legem Aquil. c. nos in quenquam. 2. q. 1.

Sol. illud ideo eſt, quia confeſſio facta fuerat per relationem quandam, & ſententia lata ex cōfeſſione perinde, ac ſi lata fuiſſet ex falſis probationibus, quo fit ut mirum non ſit, etiam ſi præiudicium haud parit confitenti.

Vel dic quod ſpeciale ſit, quando lata eſt prætextu ultimæ uoluntatis, ut etiam in d. §. quiſq́s. & ſentit Bald. in l. errur. colum. 1. C. de iu. & facti ign. qui ibidem dicit quoque, in tertia, quod error reuocari non poteſt, niſi minoris ætatis ſuffragium, uel aliud æquitatis ſubſidium afferat reſtitutionem in integrum. Vel quod ibi agitur de exceptionibus ſententiam modificantibus, quæ per ipſam non excluduntur, ut per Baldum in l. ex diuerſo. in §. primo. C. ſecunda. ff. ſoluto matrimonio, & Alexan. in l. rei iudicatæ. in §. 1. colum. 1. ff. eod. in caſu noſtro haud conſiderabile. Vel & generaliter, quia appareat poſtea in teſtamento petenti nihil relictum fuiſſe. Vel in patrimonio nihil eſſe, unde ſoluatur, & latius etiam, ut per eundem Bald. in l. 1. in 13. colum. C. de confe. qui plus dicit in duodecima ibidem, quod d. legis non eſt facilis intellectus, ex quo habet diuerſas lecturas, & communiter ignoratur quod multipliciter exponitur, ut tradit Bartol. in l. in ambiguo. ff. de rebus dubiis, & Bald. in lege prima, ad fin. C. de bonorum poſſeſſ. ſecun. tab.

Et quoniam incidenter inter cætera, de confeſſione uera intelligi debere diximus, non de ficta, ita ut contumax qui habetur pro confeſſo in cauſa ciuili, non habeatur in criminali ſecundū Bald. hic, & alios, quos citant Rimi. & Dec.

Aduertendum puto nouiſſimè, quoniam Oldra. conſi. 320. nu. 2. contrarium ſenſit, dicens ſignanter quod ſicuti quis uenire non poteſt contra ea, quæ ore proprio confeſſus eſt, dicta lege generaliter, non poterit uenire pariter aduerſus confeſſionem ex contumacia præſumptam, per text. in l. conſiliarius. C. de aſſeſſo. & in lege locorum. C. de omni agro deſer. libro decimo, & in §. ſi uerò, in Auth. de exhibend. re. Et nihilominus Bartolus in leg. eius qui delatorem. in fin. ff. de iure fiſci. dicit pro prima opinio. eſſe text. expreſſum in lege ſecunda, in §. primo. ff. eodem. Cui poſſet reſponderi diſputando, quicquid aliàs dixerim, quod ideo qui inſtrumenta non exhibet fiſco ibi, habetur pro confeſſo per ſententiam diffinitiuam, & nihilominus confeſſio fidem non facit in alia cauſa, ex quo expreſsè ita diſponendo proceſſit, ſubtractionis præſumptionem non nocere, niſi in cauſa iam mota, ergo non regulariter.

Et præcipuè, quia non minus operatur fictio quàm ueritas. l. qui ad certum. ff. loc. l. 1. in prin. C. de rei uxo. actio. imò quod loquimur in præſumptione, in qua minor dubitatio uidetur, ex quo ſæpe cum ueritate concordat, fictio uerò nūquàm, ut per Bald. in rubr. de prob. extra, in principio. refert Curt. conſi. 4. nume. 1 5. tamen à prima opinio. non eſt recedendum, quæ cum Bartol. eſt
* communis.

Quintò & ultimò, modo eò redeundo unde diſceſſimus, concludit, quod ad quaſcunque perſonas porrigitur effectus ſententię latę etiam inter alios, ad eaſdem porriguntur effectus probationis.

47 † Vel clarius ex aliorum mente, quod eiſdem nocent probationis effectus, quibus nocet ſententia. vel & rurſum, quod idem iudicatur de a-
* ctis, quod de ſententia, cum quo pariter * omnes tranſeunt. & ex multis probat Ripa, ut per eum poſt Barto. in l. ſecunda, nume. 6. ff. indi. ſol. & in l. ſæpe. ad fin. & ibi Alexand. colum. 5 2. de re iudic. & text. quem adducit idem Bartol. hic, in l. ſed & ſi poſſeſſori. in §. fin. ff. de inteinrand. ibidem inducit Iaſ. & alium non minus egregiè hoc ipſum probantem citat in l. lege Iulia Petronia. ff. de manumiſſio. & poſt eum etiam hic Ripa, tacito tamen autore. Adde tu ante omnes ad idem dictum tex. induxiſſe, & dixiſſe no. Bal. in l. eum magiſtratu. in fin. C. quando prouo. nō eſt ne. et ſignanter quod notorium eſt, eundem fauorem atteſtationibus deberi, qui debetur rei iudicatæ, & Alex. hic, in ſecunda concluſi. col. 5. & tex. in d. §. ſi. adhuc ante Iaſ. inducit Alexan. in præalleg. l. ſæpe, quod à pari procedunt ſententia & acta, & eſt uerum, licet Purpu. hic num. 78. dicat non probare, ex quo uult ſi non nocent probationes uerę ſecundum eum, quod nec noceat iuramentum, & ſic inquit arguēdo negatiuè de maiori ad minus, quod eſt alienū penitus à mente Iureconſul. uolentis potius, & ita induci debet iuncta l. ſeq. Iuramentum nim ſententiæ, & probationis habere inter eaſdem perſonas, non inter alias, ergo quibus proderit ſententia, uel nocuerit, eidem quoque proderunt, & nocebūt alia acta, ſine probationes.

Et ad pr opoſitum non mirum eſt, quoniam ſententia & ex actis pēdet, & iuſtificatur regulariter, ut dictum eſt in poſitione caſus, & no. plenè in c. quoniam contra. de prob. & in c. pe. ubi Abb. col. pe. de iudi.

Cætera etiam Bart. dicta parum dubitationis habent, deq́; l. ſi. infra de teſti. per ipſum allegamem inimus ſuprà, nec foret amplius hac de re in eis inſiſtendum. Tamen puto aduertendum, dum dicit quod acta facta in vno iudicio, nō probant in alio, etiam inter eaſdem perſonas in his,
48 quæ curſu temporis mutantur, † exemplificandum, ut per eum, dicentem idem quoque in d. l. 2. nume. 7. iud. ſol. & uidetur text. utrobique alleg. in l. ſpadonem. in §. qui abſolutus. ff. de excu. tu. ubi ad literam inquit Iurecō. qđ qui à tutela uel cura abſolutus eſt, non oio depoſitionibus ad re miſſionē alterius creationis ureſ, & ibi idē Bart. clarius, & eſt rationabile, quia ex præterito non

præſumitur de præſenti, ut adhuc dicit in lege,
ſi minorem.C.de reſti.in integ.& ſignanter p d.
§.qui abſoluunt. Ancha.conſi.5.colum.2.Conſi-
derando etiam quod probatio neceſſariò conclu
dere debet, uel præſumptiuè.c.in præſentia.de ꝓ
ba.l.non hoc.C.unde legi.not.in l.1.ff.ſi cer.pet.
quodq; hæc non eſt huiuſmodi ſecundum Bal.
in d.§.qui abſolutus,& ideo (ut diximus) fidem
facere non debet. Et ad propoſitum infertur, ſi
quis fundaret intẽtionem ſuam ex uita alicuius,
quod debet probare ipſum uiuere,ex quo proba
tio non ſufficit ipſum aliquando uixiſſe, prout
Bar.affirmat in l.ſi quidem.in prin. (& quotidia
num eſt) C.ſol.mat. & in l.ſi inter.ad fi. & in l.q
duos. in §.cum in bello.ff.de reb.dub.& ita etiã
tranſit hic Rim.& ueriſſimum eſt.

Solus Dec.opponit,quod imò ſufficiat proba
re ipſum uiuum fuiſſe, ex quo præſumitur quis
uiuere regulariter uſq; ad centum annos. l.fi.C.
de ſacroſan.eccl.l.ſi uſusfructus municipibus.ff.
de uſufr.leg.reſpondendo ſubinde ad tex.in d.§.
abſolutus,ut per eum.

Replica tu,quod licet uiuere præſumatur tan
tò tempore,& poſſibile ſit,non tamen eſt uериſi-
mile, ut inquit Bal.in alio propoſito tamen, in l.
ſcripturæ,col.2.C.de fi.inſtr. & ipſemet Dec. in
l.ſi emancipati.in 3.no.C.de colla.& ideo debet
omnino probari,quod iurat, qa iſtud ipſum eſt
fundamentum intentionis agentis iuxta gloſſ.in
l.cum actum.ff.de neg.geſt. & ad propoſitum fa
cit text.in l.1.ff.de cond.& dem. & generale mo
tiuum ac ratio Iureconſ.in d.§.abſolutus, ex quo
tollitur eiuſdem Decii reſponſio fundata (ut di
ximus) quando fit ſuper eo,quod curſu tempo-
ris mutatur naturaliter. & quia de hac materia
ſæpe fit mentio à Doct. quæ ad longum congerit
Nicol.de Matarel.in l.ſiue poſſidetis.C.de prob.
reaſſumpta & amplificata plurimum per Bal. in
l.ex perſona,diſcurrentem Porphi. prædicamẽta
omnia.C.eo.uidenda ſunt.

Secundò aduertendum puto,dum dicit,qđ ſi
noua inſtantia eſt ſuper eodem facto, & ad eun-
dem finẽ,teſtes de nouo produci non poterunt,
ſeruata tamen diſtinctione l.fin.C.de teſti. quia
forte hoc ipſum non eſſet generaliter uerum,ſed
in inſtantia cauſæ appellationis tantum, & qñ
prima fuiſſet perempta,clem.2.de teſti. Salua ut
hic Purp.declarat.nu.79.& dic ueriſſimum eſſe,
quod imò Bar.dictum procedat generaliter, ex
ratione alleg.in d.cle.2.& in c.fraternitatis. de te
ſti.& in auth.at qui ſemel.C.de prob.& adde no
uam Bal.concluſionem,in l.ampliorem.C.de ap
pell.quam ut mirabilem refert & ſequitur Ro.
conſi.479.ad fi.quod licet in prima inſtantia nõ
poſſint in inſtantia ap.ſuper eiſdem, uel directò
contrariis teſtes nouiter produci,eſt tamen reme
dium qđ eorum noĩa dentur iudici, ipſe uerò q
dat ſe abſentet,qñ iudex poſtea, in quo non eſt
timor ſubornationis, ex officio eos recipiet ſup-
plendo per d.l.ampliorem, ualebitq; tũc eorum
depoſitio: & ad propoſitũ d.cle.2.eſt opi. inter le
giſtas in l.per hanc.C.de temp.app.& in d.auth.
at qui ſemel. & aduertit quoq; Gui.Pap.in deci-
ſio.ſuis 14.ſubiiciens opi.negatiuam ſeruari ĩ cu
ria parlamenti,quodq́; ita fuit ſeruatum de men
ſe April.ibidem,anno 1445.& quod ĩ multis lo
cis ſeruatur affirmatiua,q̃ dicit eſſe legiſtarũ, &
fuſius deciſio.347.& 386.& per Cur.etiam hic,
aliquid,nume.111.

Tertiò & ultimò dum adhuc dicit,qđ ſecus e-
rit,ſi inſtantia fuerit ad alium finem,qm̃ tunc de
nouo teſtes produci poterunt, & forte à ratione
ceſſante,ex quo ſubornatio non timebitur. c.cũ
ceſſante,de ap.l.adigere.§.quamuis. ff.de iurepa.
& cum prohibeatur dicta de cauſa, qa inſtantia
eſt ad eundem finem,ſequitur neceſſariò, qđ ſit
ſecus dicendum,ſi ad alium fuerit ordinata.l. cũ
prætor.ff.de iud.& eſt caſus ſm cõem lect.(ut ip
ſe dicit)in c.ueniens.2.de teſti.aduertendum pu
tãt Alex.& Cur.hic,quia ſeipſum correxit,& me
lius locutus eſt in l.2.in §.1.nu.6.ff.ui bon.rapt.
nec uideo quo ſpiritu moti fuerint, cum idẽ qđ
hic dicat,& ſignanter per d.c.ueniens.Saluantq;
eum ſic Seyſel.& Purpu.Doct.inſignes, eſt uerũ
quod prima facie timore nouæ ſubornationis
deberet hoc caſu quoque impediri noua produ
ctione,ut idem Cur.dicit.Sed nihil obſ.qm̃ ſi di-
uerſus eſt finis,nullaq; examinatio facta, nõ põt
ſubornatio timeri.d.cle.2.de teſti.tradit Butr. in
c.cum cauſam.col.1.in fi.eo.tit.in reliquis Bart.
quo ad acta litis deciſoria ſe remittit, & ego idẽ
facio. & dum confeſſionem hic ponit inter acta
prædicta,aliter uerò ſupra dũ loquitur de actis
reſpicientibus ueritatis indaginem, ſalua ut hic
49 per Cur.nu.113.& †conclude ſm eundem Bar.
licet aliqualiter,ſeu in aliquo ſententia & confeſ
ſio differre uideantur, quod tamen idem eſt in
confeſſione,quod in ſententia,cum habeatur cõ
feſſus pro iudicato.l.1.C.de confeſ.l.proinde.ff.
ad legem Aquil.Ancha.conſi.146.ad fin.Abb.in
cap.olim. colum. 3.de reſcrip. & facit quia con-
feſſio notorium inducit.c.ueſtra, de cohab.cler.
& mul.notorium habet uim ſententiæ. l.em pto
rem.ff.de act.empt.Barto. in l.ictus fuſtium. in
princip.ff.de his qui not.infam.ergo idem in cõ
feſſione, quod in ſententia. Finis,18. Decem-
br.1550.

Additio 1.

Si notarius prædecedat (quicquid aliàs dictũ
ſit in lectu.prima & ſecunda, ſuprà) quod eius
50 prothocolla non poterunt exemplari, †niſi ſex
concurrentibus,quod fiat ad partis petitionem,
auctoritate iudicis, per tabellionem,fideliter, in
formam publicam redigatur,& quod uocentur
denique ii quorum intereſt, ut not. in capitulo
cum P.tabellio. de fide inſtrumentorum. multa
Guid.Pap.in deciſi.ſuis 2.nonnihil Cuma. conſi.
158.colum.2.

Additio 2.

Additio 2.

Quod inſtrumentum exemplatum non probat, niſi de iudicis cōmiſſione conſtet ſibi facta, etiam ſi notarius aſſereret, ſe habere talem com miſſionem, quod mirum uidetur, cum ſit pſona publica, ut in c. qm̄ contra. de proba. eſt uerū qđ in Delphinatu de ſtilo curiæ parlamenti ualet, ſi demq; facit, niſi in diſcurſu proceſſus, pars opponat de defectu talis commiſſionis. et idem, tameſi de commiſſione non conſtet, & iam diu exemplatum ſit. c. Albericus. de teſti. c. cum cām. de prob. c. ad audientiam. de præſcrip. tunc enim ex temporis longiuquitate præſumpta reſultat probatio, ut per Bal. in auth. quas actiones. C. de ſacroſau. eccl. idem Gui. Pap. deciſi. 404.

Additio 3.

Quod quamuis non ſufficiat inſtrumentum, nec fidem faciat de alio mentionem faciens, niſi
51 relatum † exhibeatur, ut hic clare dicitur, ſufficit tamen & fidem facit, ſi fuerit inſtrumentum fideiuſſionis de inſtrumento debiti principalis mentionem faciens, licet nō producatur. ita Bal. & Ang. in l. ſciendum. quos refert ibi, & ſequtur, Seyſel. col. 2. ff. de uerbo. obl. & eſt ad iſtum text. not. limitatio.

Additio 4.

Quod ad probandum tenorem inſtrumēti debet fieri diſtinctio inter teſtes peritos, & imperitos, de quo per Bar. hic, & in l. de ætate. col. 2. ff. de mino. & in l. de quibus. col. 14. ff. de legi. multa congerit idem Seyſel. in d. l. ſciendum. colū. 5. nouiſſimè poſt Pet. de Bellaper. & Cy. hic, tenuit Gui. Pap. cōſi. 75. col. 2. Alex. in priuilegio, conſi. 196. col. 2. uol. 2.

Additio 5.

Quod illud de quo hic, quòd inſtr̄m referens aliud, non probat niſi relatum exhibeatur, uerū eſt, ſi notarius non habuiſſet poteſtatem inducē di de nouo, aliàs probaret, eidemq; crederetur, ita Io. de Prato in l. admonendi. col. 1. ff. de iureiu. & dictum eſt in lect. aliter tamen deducendò.

Additio 6.

Quod regula huius auth. limitatur etiā ī his, quæ dependent à partium uoluntate, ut in obligatione, namque referenti creditur, etiam quod de relato non appareat, ut not. in l. ſi dnnatinne. C. de colla. & in l. ſi liberti. ff. de offi. aſſeſ. unum uerbum Bald. hic, Saulian. pulchrè conſil. 157. nume. 3. uol. 1.

Additio 7.

Quod exemplum ſumptum manu illius, qui ſcripſit originale probet, prout dictum eſt in lectu ſupra 1. & 2. nouiſſimè tenuit etiam Fulgò. conſi. 195. ad fi. & Roma. in exemplo ſolutionis debiti, ſumpto manu notarii, de inſtr̄o ſolutionis rogati, conſi. 105. ad fi.

Additio 8.

Ad illud etiam, quod exemplum regulariter non probet, niſi contra eum, qui ipſum dedit, quiq; produxit, de quo hic per Bart. & in l. i. ſi au dem. in §. neque. ff. de iur. fiſ. & in l. 2. C. de erro. aduo. & quod tunc cum producitur, notarius dicere debet, hoc eſt exemplum cuiuſdam inſtr̄i, p ducti per Titium, cuius copia datur de uoluntate ipſius, & de mandato iudicis. declarat etiā Angel. Aret. Inſti. de legi. pat. tute. nu. 4. & ad idem pulchra Pet. de Bellaper. diſtinctio uidenda eſt in q. ſuis 471. ad l. ſi quis ex argē tariis. §. prætor ait. ff. de edend.

Additio 9.

Quod uerba narratiua tenutæ facientia mentionem de mandato, non probant, ut hic, & per Innoc. in c. cum in iure peritus, de offi. delega. & in c. quoniam contra. de proba. Bald. in ſpecie, in rub. C. de fid. inſtrum. col. 7. & Alexan. conſi. 81. colum. 4. uol. 3.

Additio 10.

Quod ſi fœmina producat inſtr̄m, in quo dicatur, rem eſſe feudalem, probatio non eſt ſufficiens, ex quo inueſtitura noua, uel antiqua aliàs probanda eſt per teſtes, ut inquit Cuma. ſignāter per no. hic, & in c. cum olim. de priui. conſi. 137. col. 1. & ſcitu dignum eſt. Idemq; dicit Imo. conſil. 116. colum. 2.

Additio 11.

Quod non poteſt eſſe plus in exemplo ſumpto, quàm in originali, ut in pulcherrima qō. Iudæorum dicebat Alex. conſi. 233. col. 2. uol. 6. ex not. hic, & in l. ſi quis ex argentariis. in §. prætor ait. ff. eo. & in §. pen. in Auth. de tabellio. & in l. 2. ff. de fi. inſtr. & in c. ſi. eod. tit. utebantur enim orationibus, quæ erant deſcriptę in certis libris antiquis, non in contemptum chriſtianæ religionis tū, editis & compilatis, ergo nec ipſi dictis orationibus ita uti uidebātur, ratione ſupradicta, ut hic, & in iuribus præalleg.

Additio 12.

Ad ſupradicta facit eiuſdem Alexā. deciſio, ſi in inſtr̄o ſententiæ. ſ. fiat mentio enunciatiuæ, certæ aſſertæ dotis, quod per tale inſtrumentum id non probatur, niſi inſtrumentum dotis producatur, conſi. 61. col. 1. uol. 7.

Additio 13.

Quod exemplatio inſtr̄i, iam cancellati ī actis facta etiam iudicis auctoritate, nō ualebit, ſi partes, quæ uocari debebant, non interfuerint exemplationi, ut hic per Cy. & Bar. in l. chyrographis. ff. de admi. tut. no. in c. Albericus. de teſti. & in c. ſi inſtr̄a. de fi. inſtru. Collecta. in c. cum dilecta. de conſ. uti. uel inuti. & in c. dudum. de conuer. coniug. Spec. in §. oſtenſo. de inſtru. edi. Nec ab re, quia quę in conſtitutione actus requiruntur, eadem neceſſaria ſunt in ipſius reuocatione. auth.ècontra. C. de repud. l. ſi ut proponis. 2. C. de nup. ſed in inſtrumento à primordio requiritur conſenſus illius, cuius intereſt, ergo & in exēplatione. & ita etiam in deciſi. Tholoſa. 417. decidit ex multis Stepha. Aufre. & bene eſt uerū qđ qualemqualem prēſumptionem facit, ut hic no. in pulchro caſu. Gem. conſi. 137. col. 3.

Additio 14.

Quod ſi ſcriptura amiſſa ſit, & probetur amiſſio, probari poterit etiam tenor ſcripturæ per teſtes, ut no. in l. teſtium. C. de teſti. & in l. ſicut. C. de fid. inſtr. & in l. 1. in §. ſufficit. ff. de bono. poſſ. ſecūdum Iab. Ferrarien. in l. pactum, quod bona fide. colum. 2. C. de pac. qui ſe remittunt ad dicta etiam hic. Alua. conciuis, in c. 1. in §. ſi cum domino. col. 2. quid ſit inueſt. in uſib.

Additio 15.

Quod quando inſtrumētum inſinuatum eſt, ex tempore antiquo, ita quod probatio redditur impoſſibilis, omnia præſumūtur ſolēniter acta, & impoſſibilitati probationis parcitur. l. ſi arbiter. de prob. c. fi. de pact. c. faciat. 22. q. 2. Gemin. conſi. 100. col. 3. & vnum uerbū (licet ad aliud) dictum eſt, ſupra additio. 2. & idem dicit Calca. in uerbis narratiuis ſententiæ, quod ei nō credatur, niſi antiqua ſit, conſi. 6. col. 1.

Additio 16.

Quod ſcriptura priuata, propria manu producentis conſcripta, fidem non facit, et quo multa requiruntur, ut ſuprà, & probatur aliàs in l. inſtrumenta, & in l. rationes, & in l. exemplo. C. de prob. Bar. in l. nuda. ff. de don. Imò quod nec partium conſenſu fieri hoc idem poſſet, arg. in l. priuatorum conſenſu. C. de iur. omn. iud. & dictum fuit aliàs, in auth. iſta, & nouiſſimè tradit Rom. conſi. 203. colum. 1.

Additio 17.

Quod uerbis narratiuis principis, mentionē facientibus de ſententia, ſtandum eſt, licet de ipſa non appareat, ut per Rom. conſ. 180. latiſſimè Bello. conſi. 36. nu. 6.

Additio 18.

Quod ſi ſtatutum faciat mentionem alterius ſtatuti, nec in referente ſit tenor relati, nec certitudo appareat, ſi inſerius non ſit referenti, ſtandum non erit, maximè in pœnalibus. ita Aluarot. conciuis, in c. 1. in §. de illa. col. 1. quali. olim. feu. ali. pote. in uſib. poſt Bal. in l. 1. C. de epiſ. & cler.

Additio 19.

* Quod reg. de qua hic (ut etiam dicunt * oēs) fallit inter eaſdem perſonas, per tex. in l. optimā. C. de contrahen. & committen. ſtip. multa nouiſſimè Bellon. conſi. 75. in no. caſu, nu. 3. & conſil. 77. nume. ſecundo.

SVMMARIVM.

1 *Lex 2. C. de eden. ſing. eſt, de qua Alb. in proœ. ſſorū non eſt recordatus.*
2 *Actorum diffinitio, & quæ ſint.*
3 *Litis cōteſtatio eſt iudicij lapis angularis, à qua forma iudicii incipit.*
4 *Acta à quo conficiantur, & an iudex ea ſcribere poſſit.*
5 *Acta à factis diſtinguuntur.*
6 *Acta & actitata quomodo differant.*
7 *Acta non ſunt, quæ in mente retinentur, & quæ fidem publicam non habent.*
8 *Acta & proceſſus idem ſunt.*
9 *Acta quædam aſſertoria, quædam probatoria.*
10 *Factum quod non releuat, fieri non debet.*
11 *Inſtrui non debet, qui à ſe ipſo inſtrui ualet.*
12 *Acta ad ſententiam ordinantur, & ſententia ad acta refertur.*
13 *Acta & rationes parificantur.*
14 *Poſitiones. & interrogationes ſunt de actis.*
15 *Exhibitio fit ad ueritatem inueſtigandam, & numero 24.*
16 *Acta exhibentur, quia ſunt communia.*
17 *Exhibitio denegari non poteſt prætendenti intereſſe in re ratione dominij.*
18 *Circumloquutio eſt figuratus modus loquendi.*
19 *Res pro cauſa ponitur, ſed differunt.*
20 *Acta iudicij dicuntur publica.*
21 *Acta tā ciuilia, quàm criminalia exhiberi debēt.*
22 *Acta in iudicijs habitis ante inquiſitionē ad informandam curiam, an exhiberi debeant.*
23 *Allegationes iuris, an parti exhiberi debeant.*
24 *Exceptio non numer. pec. an obiici poſſit, qui in ueritate confeſſus eſt ſe recepiſſe centum ex cauſa mutui.*
25 *Intellectus primus ad l. 2. C. de eden. com. approbatus quòd loquatur in iudice appellationis.*
26 *Sententia ſi non exhibeatur, an poſſit pronunctari quòd non adhibeatur fides ei.*
27 *Iudicis maieſtatem contemnere, plus eſt, quàm aliquem diffamare.*
28 *Contumacia ratione contemptus delictum eſt.*
29 *Intellectus ſecundus l. 2. C. de eden. qui diſputatur.*
30 *Intellectus 3. ad l. 2. C. de eden.*
31 *Intellectus 4. ad l. 2. C. de eden.*
32 *Intellectus 5. ad l. 2. C. de eden.*
33 *Intellectus 6. ad l. 2. C. de eden.*
34 *Intellectus 7. ad l. 2. C. de eden.*
35 *Exhibitio, an fiat iudicis officio, uel condictione ex lege.*
36 *Fiſco eduntur acta, quia priuilegiatus.*
37 *Intellectus ad l. 2. §. diuus. ff. de iu. fiſ.*
38 *Oppoſitio prima ad intellectum l. 2. §. diuus. ff. de iure fiſci.*
39 *Oppoſitio ſecunda ad intellectum l. 2. §. diuus. ff. de iure fiſci.*
40 *Fiſcus in pœnis dicitur habere cauſam lucratiuam.*
41 *Prærogatiua fiſci iuri communi non præiudicat.*
42 *Acta ad ueritatem inueſtigandam exhibentur.*
43 *Iudex maleficiorum, an examinare poſſit teſtes à parte non productas ſuper accuſatione.*
44 *Teſtis pro utraque parte iurare debet, & ueritatem dicere.*
45 *Teſtis pro una parte examinatus, ſi pro altera interrogatus dixerit, nolo reſpondere, an ei fides adhibeatur.*
46 *Teſtis qui iurauit, nolo dicere teſtimonium, an cogatur deponere, & iuramento contrauenire.*
47 *Minor an iuret de ueritate, cum de calumnia non iurat.*
48 *Probatio ex actis, an contra omnes ſit, etiam quod contra unum ſit probatum.*

Probatio

49 *Probatio inter alios acta, an faciat aliqualem probationem contra alios.*
50 *Effectus qui reſultent ex præſumptionibus.*
51 *Acta facta in uno iudicio quando fidem faciant in alio.*
52 *Acta contra conuictum de periurio, an fidem faciant, in alio iudicio.*
53 *Acta, quæ reſpiciunt cauſam, & non inſtantiam, an pereant perempta inſtantia.*
54 *Acta notorium inducunt.*
56 *Confeßio indiſtinctè præiudicat confitenti.*
56 *Sententiæ effectus ad quoſcunque porriguntur, porriguntur effectus probationis.*

¶ Seuerus A. Fauſto. Lectu. 3.

IS. apud quem] Dominus Chriſto
phorus de Caſtelliono, Mediola-
nenſis, qui fuit præceptor Fulgo.
dicit in rubr. ſupra cod. hanc legẽ
ſingularem, ut atteſtatur Dec. Se-
ni. hic. Iunior uerò, quod utilem & quotidianã
habet materiam præfatur, & ante eos Pau. Caſtr.
quod ad infinitos caſus allegatur, tanquàm ſin-
gularis, neque de ea eſt recordatus Alb. in proœ.
1 florum. col. 5. † ea de re non ita paſſim eſt expo-
nenda, niſi aliqua etiam ad euidentiam præmit-
tamus, quæ libentius perducant me ad ipſius tra
ctationem ueram & ſolidam, ut inquit Iuriſcõ.
in l. 1. ff. de orig. iur. uos uerò ad eam attentionẽ,
quam mihi præſtare conſueuiſtis promptiores.
imò quod admonet uos quoq; Vlpia. & Paulus.
in l. 1. & in l. lecta. in princ. ff. ſi cert. pet. quando
dicit ibi ille, Bene eſt priuſquam ad interpretatio
nem ueniamus uerborum, pauca de ſignificatio
ne ipſius tituli referre. iſte uerò, Lecta eſt in Au-
ditorio Æmilii Papiniani præfecti prætorio Iure
conſulti cautio huiuſmodi.
Et primo ad propoſitum redeũtes, quoniam
de actis fit mẽtio in l. noſtra. quod acta nil aliud
2 ſunt, † quàm ſcripturæ quæ fiunt coram iudice,
ut inquit Dec. hic, & benè, eſtq; glo. in l. illud. C.
de ſacroſan. eccl. & in l. ſi quis obrepſerit. ff. ad le
gem Corn. de fal. & in l. acta, & in l. actorum. ff.
de re iud. ſiue in iudicio quolibet modo, inquit
alia glo. in l. 2. ff. de cur. bo. dan. no. in c. qm̃ con
3 tra. de prob. † & licet iudicium habeat tres par-
tes, & incipiat à citatione, nec ſit propriè iudiciũ
formatum, niſi à litis conteſtatione, quæ ipſius
lapis angularis dicitur. §. fi. inſt. de pœna teme. li
ti. l. amplius non petitum. ff. rem rat. habe. c. 1. &
ibi Bald. in princ. de lit. cont. acta tamen dicũtur
etiam ea quæ fiunt ante. d. c. quoniam contra. ibi
uniuerſa iudicii acta conſcribant. & facit quia ſi
dicerentur acta duntaxat poſt litem conteſtatam
iudicia ſummaria ſic forent ſiue actis, ex quo tũc
litis conteſtatio non requiritur. cle. ſæpe. de uer.
ſign. & idem in notoriis. c. cum olim. ubi glo. &
Abb. colum. pen. de re iud. uel ſi de crimine cri-
minaliter agatur maximè inquirendo. c. qualiter
& quando. de accuſ. c. cum olim, de teſti. c. cum
I. & A. de re iud. c. quoniam frequenter, ut li. non
conteſt. quod quàm abſurdum ſit neminem la-
tet, quia ſic ueritas inquiri non poſſet, & falſitas
eidem præiudicaret, & malè. l. contrahitur. ff. de
pigno. not. in d. c. quoniam contra. Inſuper ſcias,
quod à duobus uiris idoneis, uel à notario con-
ſcribuntur, à iudice electo, & ad idem deputato,
qui etiam ab actis actuarius appellatus eſt, & ex
ceptor, aliàs l. ſed addes. §. fi. ff. loca. l. exceptores.
l. ne diutius. l. actuarios. C. de num. & actuar. lib.
12. & ſufficit, quia non eſt opus aliter, quod id
de ipſius iudicis mandato ſiue commiſſione fa-
ciat, ut per Bald. in d. cap. quoniam contra. colũ.
3. & in auth. quæ ſupplicatio. colum. 1. C. de pre
ci. Imper. offer. & ita de ſtilo etiam ſeruatur, qui
ſemper attendendus eſt. c. quam graui, de crimi.
fal. no. in l. 2. C. quæ ſit long. conſuetud. & à no-
4 tario dixi, quia iudex non poteſt, † ex quo ei non
crederetur etiam in cauſis arduis, ut hic per Al-
ber. columna prima, & probatur in d. cap. quo-
niam contra.
Secundò præmitto, quod acta à factis diſtin-
5 guuntur, † facta autem à geſtis, nam acta in iudi
cio fiunt, ut ſupra, facta uerò extra iudicium con
trahendo. hinc dicimus, quod contractus ſunt
facti. l. conſilio. in fi. ff. de cur. fu. facta rurſum uer
bis, geſta uerò ſine uerbis. l. Labeo. in fi. ff. de uer
bor. ſignific. glo. in l. 2. ff. de cura. bon. dan. ſed ad-
uertendum eſt, quia licet hęc ſubtilis differentia
uideatur, inter factum tamen & geſtum nihil in
tereſt. ita glo. in d. l. Labeo. imò text. in l. licet. eo-
dem titulo, Iaſ. hic, colum. ſecunda. non nihil in
l. 1. in prin. ff. de offi. procu. Cæſ.
6 Ab actitatis quoque diſtingui uidentur, † ut
acta conſiderata notarii perſona dicantur, actita
ta uerò à partibus. clem. fin. ibi, & aliis actitatis
in cauſa. de uerb. ſignific. l. properandum. §. & ſi
quidem. ibi, & ſi quidem nihil ſufficiens actita-
tum ſit. C. de iudi. ſi maximè parum conferant,
quoniam non propriè acta, ſed potius actitata
dicentur ſecundum aliquos. Vel dicamus quod
acta iuris, actitata uerò factum denotent, ut in ſi-
mili de teſtamento, quod intellectuale ſit iuris,
materiale uerò ſiue ſcriptura facti. §. diſponat. in
Authen. de nupt. no. in l. 1. ff. de teſtamen. uel de
conſuetudine, quod eſt iuris, conſueſcere uerò
facti. cap. cum dilectus; & ibi Bald. colum. ſecun
da, de conſuet. & idem in poſſeſſione, ut not. in
l. 1. ff. de acquirend. poſſeſſ. quod deducta in eſſe
eſt iuris, cum uerò deducitur facti, quo uerbo a-
ctitata uſus eſt etiam Bald. in c. conſuluit, num.
16. de offi. deleg.
Tertiò præmitto, quod quædam ſunt in men
te hominum retenta, ut ſunt dicta teſtium an-
7 tequàm deponant, † quædam uerò non haben-
tia fidem publicam, ut teſtamẽta in ſcriptis à nũ
cupatiuis dñia, & de quibus in l. 2. C. de bon. poſ
ſe. tab. Pau. Caſt. in rub. C. qui admi. col. 1. & iſta
acta non dicuntur, non teſtium, quia non con-

ſtant,& paria ſunt non eſſe, uel eſſe & non appa
rere,nihilq́; (ut uulgo dicitur) operatur propo
ſitum in mente retentum.l.in lege. ff.de contra-
hen.empt.l.ſi repetendi. C.de condict. ob cau.c.
litteraturam, de uoto .non teſtamentorum,quia
iudicis decreto non ſunt publicata.l.conſulta di
ualia.l.publicati.C.de teſtamen.ea igitur acta di-
cuntur, quæ in iudicio fiũt quomodolibet ut ſ.
Quartò præmitto , quod acta & proceſſus idẽ
8 ſunt,† c.quoniam contra.ibi,nec pro ipſius præ
ſumatur proceſſu.de prob.& hinc effectus reſul
tat,quia ſicuti proceſſus appellatione uenit ſen-
tentia.c.cum 1.& 2. & ibi Bald.de re iudi. ita ue-
* niet actorum appellatione , & eſt communis *
opi.ut not.in d.c.quoniam contrà .Bartol.in l.in
fraudem.in §. neque.ad fi.ff.de iure fi.Cy. & Bal.
in l.2. in fi.C.ut lite pen.& ut infrà latius .
Quintò & ultimò præmitto,qđ acta etiã quæ
9 dam aſſertoria ſunt,quædam probatoria.† aſſer-
toria quæ aſſeruntur,& allegantur . vnde in l.fi.
C.ſi per uim, uel alio modo,dicitur ad propoſitũ
negotiorum merita partium aſſertione pandun
tur.probatoria uerò quæ probantur,quæq́; duo
etiam,quanquam ſub hoc generali uerbo acto-
rum comprehendantur.l.acta.ff.de re iudi.diffe-
runt tamen ex alio , quia ſi iudex ſententiã ferat,
& dicat abſoluo abſoluendum, condemno con-
demnandum, prout ex actis apparet tunc refere
tur ad acta qualiacunque fuerint, uel aſſertoria,
uel probatoria,& eſt forma,ſiue cautela pronun
ciandi,quando iudex non habet plenum delibe-
randi conſilium,quam primus inuenit Iac. Bun
licet dubitet Bald.conſi.229.in princ. uolum.1.
ſi uerò ſimpliciter ſententiam ferat,nec aliter ſe
referat ad acta,tunc ad probatoria refereretur tan
tum,ut per Bart.in l.ſi expreſſim.colum.2 . ff.de
appel.l.illicitas.§.ueritas .ff.de offi.præſid.& hoc
modo concordabuntur duæ glo.contrariæ , una
in l.3.C.de ſent.quæ ſi.cer.quam alia in l.quid ta
men.in §.Pomponius.ff.de arbit . & ita declarat
Saly.in d.l.3.
Dubitandi modo ratio in text.iſto eſſe potuit,
10 † quia fieri non debet quod factum non releuat
ut hic per Bart.l.hæc ſtipulatio.§.diuus.ff.ut le-
ga.no.ca.l.1.in fi.ff.de act.emp.c.2.de prob . ſed
acta iam edita ſunt,nota parti & iudici,ergo am
plius edi ſiue exhiberi non debent .
Sol.antecedens uerum eſt,|cõſequens falſum,
quod ex infra dicendis apparebit in glo.
11 Secunda dubitandi ratio † eſſe potuit, quia q
à ſe ipſo inſtrui ualet,ab alio inſtrui non debet.l.
ſi quando.C.de dilatio.l.ſi quis ex argentariis. §.
prætor ait.ff.de eden.Vetus etiam prouerbiũ eſt,
petis quod intus habes.l.1.§.ſi debitori . ff.ut in
poſſ. leg.Bart.in l.ſi unus.in §.pactus. col.5 .ff.de
pact . ſed petens à ſe ipſo inſtrui poteſt, ex actis
quotidie & productionibus, in ſui uel procura-
toris præſentia factis , ergo nunc inſtrui ab alio
non debet .
Sol.non commodè inſtrui potuit. l.Paulus . l.
quod dicimus.ff.de ſolu.uulga.l.nepos Proculo.
ff.de uerb.ſig.eſtq́; hominum memoria labilis.l.
peregrè.ff.de acquir. poſſ. igitur inſtrui debebit
ſi noluerit,quia non ita inſtrui poterit ex præte-
ritis,uel etiam præſentibus, cum non unus ſit a-
ctus,ſed plura.
12 Tertia dubitandi ratio eſſe potuit,† quia ſecũ
dum Bald.in l.1.col.1.C.de ſent. acta ad ſenten-
tiam ordinantur, & ſententia ipſa refertur ad a-
cta, inquit Barto.in l.ſi expreſſim. colum.2.ff de
appel.imò quod robur habet ex mente actorũ ,
ſicut contractus ex mente contrahentium, dice-
bat Cyn.in l.1.in princ.C.de erro.cal. uerum ſen
tentia fertur à iudice , ergo parti exhibitio fieri
non debebit .
Sol.eſto quod iudex ferat ſententiam , inſtrui
debet tamen à parte.l.3.§.eiuſdem.ff.de teſti. l.il
licitas.§.ueritas.ff.de offi.præſi.c.in præſentia.de
renun.c.iudicantem.35.q.1. aliàs nec eſſent ex-
hibenda in cauſa app.& tamen exhibentur. Imò
* quod eſt * communis intellectus ad iſtum tex-
tum, ut infra, ergo & in cauſa principali regu-
lariter .
13 Quarta dubitandi ratio † eſſe potuit, quia pa
rificantur rationes & acta,ut no. in rub.ſupr.eo.
l.notionem.§.inſtrumentorum. ff.de uerb.ſigni.
ſed rationes non eduntur, niſi ex cauſa.l.1.ſupra
eo.ergo nec acta.
Sol.acta publica ſunt,rationes autem priuatę,
quanquam officium argẽtarii publicam habeat
cauſam.l.argentarius.in princ.ff.eo.declarando,
ut dixi in euiden.l.1.ſupra eo. Ideo eſto quod pa
rificentur,quia ſicuti inſtrumentorum appel. ue
niunt rationes large tamen,ita etiam ueniunt a-
cta non eſt propterea,quod ita facilè exhibeant,
ſiue exhiberi debeant ut acta,imò quod nec ipſa
acta ſine cauſa quoque exhibentur,ſi benè conſi
derabis,quicquid à doct. dicatur.
Quinta & ultima dubitandi ratio eſſe potuit,
14 † quia poſitiones & interrogationes ſunt de a-
ctis.c.quoniam contra.de probat. & tamen non
exhibentur.c.2.ubi glo.de teſti.in 6.no. in l.2.C.
de iuramen.calum.Bal.in l.2.col.2. C.ut li.pen.
ergo nec acta .
Sol.illud ideo eſt,ne pars ab aduocatis inſtrua
tur quomodo debeat reſpõdere,uel teſtibus præ
beatur occaſio deponendi falſum ad damnum,
& præiudicium interrogantis,& fuſius, ut in lo
cis prælleg. & per Innocen.in c. per tuas. de te-
ſti.Deci.hic,nume.19.& eſt argum.in l.conueni
re.ff.de pact. dot.
Ratio deciſionis eſt,exhibitionem fieri ad in-
15 ueſtigandam ueritatis fidem,† ut etiam dicit gl.
in l.uideamus.in uer.pateſt.ff.de in lit.iur. & in
ſimili text.in l.non eſt nouum,infra eod. & in l.
fi.ibi, ueritati locum fore.ff.de prob.& in c.iudi
cantem. 35.q.1.& in Auth.de inſtru. cau. & fid.
in princ.iuncta glo.ubi Deus ueritas eſt, iuxta il
lud etiam,Ego ſum uia, ueritas,& uita:mutatio
ueritatis uerò falſitas. Aret.in c.qualiter & quã-
do.

do, 2.colum. 4.de accuſ.
16. Item quia publica ſunt, & communia, † nec
à iudice, uel à notario poſſunt negari, ut hic, &
in d.l.2.C.ut lit.pend.l.1.§.edenda.l.prætor ait.
ff.de eden.l.ſerui electione.§.Labeo.ff.de lega.1.
aliàs poſſet appellari.d.l.2. nec à priuatis rationi
bus differrent, dicẽdum minimè. l.nimis graue.
C.de teſti.arg.in l.3.ff.de milit.teſt.

Et quia ſi exhibitio negari non poteſt, quãdo
quis prætendit intereſſe, ratione dominii in re,
17. † quæ debet exhiberi pariter.l.3.§.interdum. ff.
ad exhi.multominus negari poterit in caſu præ-
ſenti ex ſupradictis.

Præſertim & ultimo loco, quia ſi non nocet exhibenti, illi uerò cui exhibitio fit ad effectum ſupradictum maximè prodeſt, non eſt ratio, qua denegari exhibitio debeat, uulg. l.in creditore. ff. euict. imò quod compelli poteſt per hanc regulam, ut declarat Fab.inſti.de lege Fu.in fi. & ipſemet Iurecon.in d.l.in creditore, & iſta ſufficiant. uel ſi placet, caſum aliter figura ſecũdum primũ intellectum glo. qui (ut dixi etiam ſupra) eſt cõmuniter approbatus, & de cuius ueritate uidebimus ſtatim.

Nota primò, quòd licet Imp.in primis uerbis
18 hic, † non dixerit iudex, uerba prædicta tamen,
non aliam interpretationem habere, ut per glo.
infra, & eſt figuratus loquendi modus per circũ
locutionem. adde tex.formalem in l.etiam. in fi.
princip.ff.de ma.uindic. & ſimile in l.eum qui
iudicare iubet.ff.de iur.omn.iud. quibus uerbis
ordinarium iudicem delegantem intelligit pariter. & in l.cum inter.C.de fideicom.lib.ibi, ut cũ
libertate ſolem reſpiciat, quæ exponuntur, id eſt
ut naſcatur ingenuus.

Alibi reum, partem fugientem appellat Imp. in l.properandum. in §.& ſi quidem. C.de iudi. quia reorum proprium eſt fugere, & quia iudicia redduntur in inuitos. l.inter ſtipulantem. §. ſi Stichum.ff.de uerb.obl.

Principem uerò ciuitatis magiſtratum Iurecõ. in l.ſpadonem.in §.ſi ciuitatis princeps.ff.de excuſ.tut. Et adultum ea ætate eſſe, quæ caret reſtit.in integ.in l.cum filiofamil.in §.fi. ff.de le.3.

Et alibi omnes iudices quieſcere uenerabili die ſolis iubetur, hoc eſt die dominico.in l.3. C. de fer. ad quod facit etiam tex.in l.cum uir.C.ad leg.Iul.de adul.Paul.ad Corin.1.c.1. ad fin.forte modo ad propoſitum redeunter, ut uariaretur oratio, quia in l.1.ſupra eod. ad cuius limitationem iſta uenire uidetur. dixerat apertè, id ex cauſa ad officium iudicis pertinere ſolere.

Nota ſecundò, quòd rem pro cauſa ponit ſine
19 lite, † quodq; rem dixit & non cauſam ſine litẽ,
ex quo uerbum eſt generalius, uulga.l.1. ibi, rei
quoque, ut generale prætor elegit.ff.ſi cer peta.
Adde text.in l.iudicatum. ff.iud.ſol.ibi, de re defendenda, exponit glo. (& ſic in terminis) de re id eſt cauſa. quod etiam ornatus gratia dictũ eſt, quoniam aliàs quanquam uerbum rei generale ſit, differt tamen à cauſa.§.certè.in ſti.qui teſtam. tu.da.po.ubi certæ rei, uel cauſæ tutor dari non poteſt, quia perſonæ, & non cauſæ, uel rei datur, ergo diuerſa ob dictionem, uel, l.hæc uerba.ff.de uer.ſig.Cuma.conſi.97.col.2.

Nota tertiò, quòd iudicii acta dicuntur publi
20 ca, † non alia ratione niſi iſta, quia à notario, qui
ſeruus publicus dicitur, ſic à ſeruiẽdo dictus, cũ
ſcribuntur.l.2.ff.rem pup.ſal.fo.§.cum autẽ. In-
* ſti.de adop.l.2.C.eo.& eſt (ut dicunt * omnes)
tex.in c.quoniam contra.de prob.

Vel quia fiunt coram iudice, qui adhuc publico fungitur officio.l.2.ff.ad exhibẽ.l.in publicum.ff.de ſer.ſu.Deci.hic, quiq; ius dicit populo.c.1. 23.q.1.iuriſdictionem habẽs, quæ eſt poteſtas de publico introducta, cum neceſſitate iuris dicendi, & æquitatis ſtatuẽdæ.l.1.& ibi Bart. ff.de iur.om. iudi. & cuius officium hac de re ẽt latiſſimum eſt, ut ibi, & in l.ubicunque.ff.de interrog.act. imò quod etiam notarius dicitur iudex chartularius.l.1.& ibi glo.ff.de iudi.no.in l. rem non nouam.C.eod.

Vel quia in iudicio fiunt, qui adhuc eſt locus publicus.l.pen.ff.de iuſti.& iu.gl. in l.2. ff.de cura.bon.dan. vel ut per Bart.in l.1. in §.editiones. nume.3.ff.de edend.quia cuicunq; prætendenti intereſſe exhibẽtur, & ita ſummatur hæc lex, & probatur in ſimili, per text.in §.1.Inſti.de pub.iudi.& per glo.in rub. ff.eo.

Vel & ultimò, quia documenti ipſorum ſpectat ad rempub.ut dicebat Nico.de Mata.ſimpliciter relatur per Ioan.And.in addi.Spec.in rub.de inſtrumen.edi.colum.2.

Quod ultimum tamen reprobat Alex. & ſequtur Dec.quia imò originalia debent ſemper remanere apud notarium.d.c.quoniam contra. & eſt uerum, ſed quia tex.ille ſuppletur per gl. in c.ii. ubi etiam Abb.ad fi.eo.tit.ratio hæc poteſt tolerari, aliqua alia leuia dicuntur adhuc per Dec.ad ſupradicta ſol.facillima, aliter non referenda, intelligendo de actis iudiciariis, ut dixi in euidentialibus. & quanquam aliqua etiam ſint priuata ſiue ad ius priuatorum pertinẽtia. l. in fraudem. §.ex his, & ſeq.ff.de iur.fiſ. non tamen ſunt propriè acta. Vel dicamus ſtare iſta ſimul, quod ad ius priuatorum pertineant, & tamen ſint publica, ut inſtrumenta de quibus loquitur ille text. quia manu publica ſunt conſcripta ut ſupra.

Sed moueo difficultatem: rationes publicam habent cauſam.l.argentarius.in princ. ff.de edẽ. & tamen non dicuntur publicę.l.prætor ait. in princ.l.quædam.§.nummularios.ff.eo.

Sol.ſtant iſta ſimul, quod publicam habeant cauſam, & probatur etiam in l.quod priuilegiũ. ff.depo.& tamen non ſint publicæ, aliàs à ſeruo ſcribi non poſſent (ut dixi ſæpe in l.1.ſupra eo.) & nihilominus poſſunt. d.l.prætor ait. §. ſed ſi ſeruus.ff.eo. non ſunt igitur publicæ, licet publicam habeant cauſam, ſed medium tenent inter publicum & priuatum, quod rurſum declaraui

in

in euiden.d.l.1.dic ut ibi,& obiter etiam ſupra.
21 Nota quartò, quod tam criminalia,† quàm ci
uilia debent exhiberi rationibus ſupradictis, &
probatur clarè etiam in d.c.quoniam contra.ibi,
& omnia ſic conſcripta partibus tribuantur, de
prob. & pondera, quod dicit,omnia. l.Iulianus.
ff.de leg.3.c.ſolitæ.de maio.& obe. ubi qui oē di
cit,nihil excludit.

Sed dubitatur (alia enim difficultatem non
habet,ut per Alexand.Iaſ. & Dec.) quid de indi-
ciis habitis ante inquiſitionem pro informatio-
ne curię,& ad effectum capiendi delinquentem
22 an debeat dari copia petenti.† ſentit Bart. quod
non,in l.fi.in fi. ff.de quæſtio.dum dicit,qđ non
præiudicant reo,ut poſſit torqueri ex quo teſtes
fuerunt examinati eo non citato, ergo nec copia
dari, quia licet publica ſint,non tamen hac rōne
ſunt communia,nec de ipſius reiītereſſe agitur:
& idem dicit Saly.ad litteram relatus hic,p Dec.
in l.fi.in fi.C.eo.aliàs inſtrueretur ad fugam, ut
ſubiicit,& poſt eum Alexand.conſi.180. colum.
3.uol.1.eſt uerum antequàm torqueatur, quod
iterum teſtes eo citato poſtea debent examinari,
& tunc dabitur copia, & ita quoque tranſeunt
Soci.Cur.& Ripa, nec dubium habet.

Et ideo adde tu tex.in l.unius.in §.cogniturū,
ff.de quæſtion.dicentem reos defendendos eſſe,
indiciorumq; copiam ſibi dandam (aliter enim
defendi non poſſent) intelligi debere poſt inqui
ſitionem ſpecialiter factam,& malè, ſicq; delicta
impunita manerent contra uulg.reg.l.ita uulne-
ratus.ff.ad legem Aquil.& c.ut famæ. de ſenten.
excom.& qua ratione dati non debent dicto ca-
ſu,nec alia iſto debent negari, ſi petantur, ne ſcili
cet ſubitis accuſatorū criminibus opprimantur,
ut tex.mot dicit in d.§.cogniturum.

Sed obſt.aliquantulum dum ſubiicit, qđ imò
defenſio ſibi negari non debet,quocunque tem
pore poſtulauerit.

Sol.quocunque tempore,intellige ante ſentē-
tiam,quod inquiſitionē præſupponit, & ſic poſt
ipſam inquiſitionem, & non ante, quandoqui-
dem examinatio fiat ad informationem curiæ tā
tum ut ſuprà.

Secundò dubitatur,quid in allegationibus iu
23 ris.† Rom.ſing.262.dicit,quod copia dari non
debet, quodq; Io.de Imo. præceptor ſuus inter-
rogatus Bononiæ, dum ibi eſſet ſcholaris, obmu
tuit,& quod dum ſe illuc contuliſſet poſtea do-
ctoratus gratia,dixit ſibi quod inuenerat dictum
Innoc.in c.per tuas,de teſti.

Et ratione ſuadetur,quia dātur ad inſtructio-
nem iudicis, uſque adeo, ut non conueniat co-
piam dari partibus,& ita in interrogatoriis dicit
Innoc.in loco præalleg.& Alex.in l.iubemus. co
lum.2.C.de iud.& Dec. hic.& nimirum, quia ſi
non eſt de actis.d.c.qm̄ contra,exhiberi non de-
bent,ne dicam copiam dari, ut hic.

Iaſ.uerò contrarium, poſt Prac.Pap.de for.pe.
co.Inſt.in prin.motus,quia iudex ex falſis allega
tionibus poſſet circumueniri.l.1.C.ſi ex fal. alle.

Et quia eadem ratione ſententia quandocun-
que retractari poteſt.d.l.1. imò quòd eſt ipſo iu-
re nulla fauore pupilli,ut ibi dicit Odoſ.quo fit,
ut copia danda omnimodo ſit, aliàs non poſſet
detegi allegationum falſitas.

Et quia denique in actis redigi debent,& ſunt
de actis.c.dudum,de elect.

Ab opin.Ro.& Innoc.non eſt diſcedendū, ra
tione prædicta. nec obſt.motiuum primum Iaſ.
quia ſit iuriſperitus,non facilè circumueniri po
teſt.l.2.§.Seruius autem Sulpitius.ff.de orig.iur.
l.2.cum no.ibi.ff.quod quiſque iu.l.pen. C.ſi.re
gun.igitur hac ratione copia dari non debet.

Minus obſt.ſecundum, quia non eſt uerum,
niſi in illis expreſsè ſe fundet,ut not.pariter in l.
cum prolatis.de re iud.& in c.inter cæteras.eod.
tit.Seyſel.hic,& benè. & fateri inde etiā oportet
hoc ſtante,quod loquatur tex. ibi,in allegatione
facti,& ſimiliter tex.in d.c.dudum,ut idem De-
ci.hic dicit,& indicant uerba illa. cum autem al
legationes nobis non fuerint præſentatę, non po
tuimus ſcire,quid obiectum ſit, quidq; riſum;
ſicque cauſa remiſſa non fuit ſufficienter inſtru
cta,propterea ad diffinitiuam duximus procedē
dum non eſſe: & ita ſeruatur de conſuetudine,
minimeq; mutanda ſunt, quæ longam interpre
tationem habuerunt,l.minimè.ff.de legib. & ita
tranſeunt cæteri.

Eſt uerum ſi pars conſentiret,qđ petenti non
eſſet deneganda,ex quo in re ſua quilibet eſt mo
derator & arbiter.l.in re mandata.C.man. uel ſi
ad producentis inſtantiam fuiſſent productæ in
actis notarij,qm̄ tunc eſſent de actis,& exhiberi
neceſſariò deberent,ut hic.aliàs dico has limita
tiones ineptas,quia non ſunt de terminis regu-
læ,cum nec inditia ad informationem curię, nec
allegationes iuris regulariter redigantur ī actis.
l.nam quod liquidè.§. fi.ff.de pen.leg.

Nota quintò & ultimò,quod exhibitio fit ad
24 ueritatem inueſtigandam,† ut dixi in figuratio-
ne caſus, ad ſaturitatem, Alb. hic,in fi. & ut infr.
ego in glo.fi,ſed ad propoſitum pone,quod quis
in ueritate confeſſus ſit,ſe accepiſſe centum mu
tuo, poterit ne opponere except. non numeratæ
pecuniæ? Bald.in c.ex inſinuatione.colum.fi. de
procu.concludit quod non,& benè,quia ſi uerè
accepiſſet, non opponeret d.exceptionem, ergo
nec quando confitetur modo prædicto,quia cō
fiteri non uidetur ſub ſpe futuræ numerationis.
Addo ego benefacere,quia uerba debēt aliquid
operari.l.ſi quando. ff.de leg.1.c.ſi Papa, de pri-
ui.in 6.imò inquit Bal.in d.c.ex inſinuatione, qđ
ueritas iuramentum eſt.

Decius uerò contrarium,motus quia qua fa-
cilitate confitetur,eadem facilitate quoque uer-
ba apponit in chyrographo. adde in ſimili Bert.
arguentem hoc modo, in auth. ſi quis in aliquo
documento.nu.12.infra eo.

Et quia exceptioni non numeratæ pecuniæ re
nunciare

nunciare non poteſt, ſecundum Bal. in l. ſi ex cautione. C. de non num. pec.

Sed ad primum dici poſſet uerum, quando ſtaſione creditoris d. uerba dixiſſet, ergo non aliter.

Ad ſecundum uerò, quod contrarium ibi tenet, numero quarto, & in l. pecuniæ. C. de ſolu, & uerius eſt.

Ex alio tamen dici poteſt, quod Bal. malè loquatur, quia potentius operatur actus iuratus, quàm non iuratus. c. quamuis. de pac. in 6. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. 2. glo. quia iuraſti. in l. ſi pecuniam. ff. de condiction. ob cauſ.

Sed ſi debitor iurauit, non tamen ei tollitur exceptio non numeratæ pecuniæ. l. fin. C. de non numer. pecun. ergo multominus etiam, quod dixerit, ſe in ueritate recepiſſe: maximè quia etiam iuramentum habet tres comites, iuſtitiam, iudicium, & ueritatem, ut no. in c. cum contingat. de iureiurand. Et quia in dubio quibuſcunque uerbis uſus fuerit, uerìſimile non eſt, d. exceptioni uoluiſſe renunciare. argum. in l. cum de indebito. C. de prob.

Ex quibus apparet etiam, quod ueritas nõ ſit iuramentum, quodq; non officit tamẽ, & quod iuraſſet. d. l. fi. C. de non nume. pec.

Ad rationem l. ſi quando. de leg. 1. reſpondet, quod imò uana eſſe debent, & inania potius, q̃ quod quis indebitè damnum patiatur. l. fin. §. in cõputatione. C. de iure delib. & quia hoc ipſum æquitas pati non debet, in qua omnis exceptio fundata eſt. l. qui æquitate. ff. de except. do. etiam quod in ueritate confeſſus fuerit ſe recepiſſe: qm̃ d. exceptio tempore perit, cum tamen aliæ ſint ꝑpetuæ. l. purè. ff. eo. & ita teneo. aliàs quæſtio inepta uidetur, ex quo nihil commune habet cum inueſtigatione ueritatis, de qua hic. & ex his textualia ſint expedita: quo ad id enim, de quo hic per Dec. Senio. tam & quam nõ inſiſto, quia utroque modo legitur, tam criminalia, quam ciuilia, & tam ciuilia, quàm criminalia, & quia ſciẽtia noſtra non ſubiacet Priſciano, ut aliàs dicebam, l. quoniam indignum. C. de teſtamen. Bald. conſi. 93. ad fi. uol. 1.

In glo. 1. ponitur primus intellectus ad iſtum text. ut in iudice, & in cauſa appellationis exem-
25 plificari debeat, † & eſt communis (Seyſello teſte) & ſecundum iſtum potuiſſet etiam figurari caſus, ſed quia à littera nec diſcrepat ille, quo ipſum figurauimus, & quomodo figurant etiam Odof. & Pau. Caſt. & eſt intellectus ante eos Io. & Azo. ſatis erit nunc de iſtius ueritate uidere.

Declarat ipſum igitur Bart. quod iudex appellationis iubebit iudici, uel etiam parti, contra q̃ appellatur, ut faciat ſibi copiam actorum primæ cauſæ. & uidetur rationabile, ut dicebam aliàs, & probatur in iuribus, per glo. alleg. id eſt in l. ne cauſas, & in l. à proconſulibus, & in l. eos. in §. ſuper his. C. de appel. acta omnia iudici ad quem, à iudice à quo exhibenda eſſe, aliàs ueritatem inueſtigare non poſſet, nec inde ad diffinitiuã procedere, benè appellatum, & malè iudicatum, uel è contra ſententiam confirmando, uel infirmando, ut in l. cum apud. ff. iud. ſol. melius in l. Titianus. ff. quod cum eo. & in c. dudum, uer. cum autem. de elect.

Sed tamen uidetur, quod ad iſtum text. uerus non ſit, primùm quia diuinatiuus: in eo enim de appella. uerbum nullum, ergo non tenendus. l. apud Celſum. §. illa etiam. ff. de excep. do.

Nec obſt. ſi diceretur ſuppleri debere, ut oratio imperfecta perficiatur. l. oratio. ff. de ſponſ. quia non eſt uerum, ex quo non elicitur ex præcedentibus, uel ſequentibus, quod ſuppleri debet: & quia non agitur de uitanda iurium correctione, uel falſa latinitate, quibus caſibus licet ſupplere. c. ſuper quæſtionum. & ibi Abb. in 2. no. de offi. deleg. Bal. in l. eam quam. in prin. C. de fideicõ. Ripa in rub. ad Treb. & ibi exemplum.

Poſſet dici etiam, quod appareat ex uerbo ad inueſtigandam ueritatis fidem. l. per hanc. C. de tempo. appel. ibi, ut plenius lumini ſubueniatur ueritatis: ſed reſpondetur quod etiam inueſtigatur in cauſa principali, & coram primario iudice. c. iudicantem. ibi, quouſque ad rei perueniat ueritatem. 30. q. 5.

Vltimò dici poſſet apparere ex uerbo apud quem, quia ꝓpriè iudex appellationis eſt iudex ad quẽ, ſupple appellatur, primarius uerò à quo appellatur. l. 1. §. dies. uer. ſi quis. ff. quan. app. ſit. no. in l. à Proconſulibus. in glo. alleg. C. de ap.

Ad quod reſpondetur etiam, uerum nõ eſſe, ex quo ſubiicit res agitur, quod exponitur, ut ſupra, id eſt cauſa, uel lis, quæ eſt etiam in iudice primario conſiderabilis. l. etiam. in fin. prin. ff. de mi. uind. ibi, exiſtimare debebit is, apud quẽ res agitur, & ſic in terminis.

Secundò non eſt tenendus iſte intellectus ex alio, quia in l. 1. ſupra eo. poſita eſt regula negatiua rationes regulariter edi non debere, hic autẽ affirmatiua in actis, & ſic limitando quantum ſit ad editionem (licet enim continuatio legis ad legem facienda non ſit, ut per gl. poſthumos, in l. Gallus. in princ. ff. de lib. & poſthu. plerunq; tamen licet declarationis gratia, ut not. in l. 2. ff. de uerb. obl. & in l. de pupillo. in princip. & in §. ſextus. ff. de no. ope. nun. Iaſ. inſti. de act. in rubr. colum. 2.) ergo debebit intelligi ſecundum terminos illius, argum. in Auth. de fi. ante dot. inſt. nat. ibi, tertia uerò conſtitutione nõ adiecimus, Bart. pulchrè in l. in his. ff. de legi. ſed lex prima præcedens loquitur in iudice primario, in q; cauſa principali, quæ erat depoſiti, & inſtantia prima, ergo & iſta.

Nec obſt. ſi diceretur, quod continuatio ſeu limitatio eſt bene quantum ad editionem, ſed nõ quod eadem eſſet inſtantia hic, ut ibi. & ſufficit quod limitatio ſit de terminis regulæ quoquomodo. l. nummis, & ibi Iaſ. colum. 3. ff. de in litẽ iuran. quia iſtud eſt, de quo diſputamus: & dico

ero quod imò erat eadem, & non appellationis, cum non appareat.

Tertio opponitur, quia non uidetur uerbum exhiberi iubebit, quod eſt imperantis. l. ſi quis ex argentariis. §. fin. l. uel uti. ff. de edend. poſſe ad iudicem appellationis referri, quandoquidem ſibi inſtructa cauſa à iudice primario cum literis dimiſſoriis (quæ nanque ſint declaratur in l. dimiſſoriæ. ff. de uerb. ſign. & in l. 1. ff. de lib. dimi. & in cle. 1. de appel. ubi de refutatoriis, & aliis) tranſmittatur. d. l. à Proconſulibus. c. dudum. de electio.

Et ſi diceretur, quod imò conuenit, quia ſuperior iubet inferiori. c. cum inferior. de maio. & obe. reſpondebo regulare non eſſe, quia ſi iudex à quo cauſam inſtructam cum omnibus actis non tranſmiſerit iudici ad quem mulctabitur. l. quoniam iudices. l. iudicibus. C. de appe. & quia ordinarius etiã iubet, ſicuti ſignauimus caſum.

Quartò opponitur, quia eſto quod ſuperior ſit eà ratione, ut ſententiam primam probet, uel improbet, eandem tamen iuriſdictionem habet, hoc eſt ordinariam, propterea nõ uidetur adhuc quod uerbum prædictum ad ipſum referri poſſit. l. nam magiſtratus. ff. de arb. natura enim parium eſt, ut unus in alterum nihil poſſit. l. apud eum. ff. de manumiſſio. l. 1. §. ueteres. ubi glo. de aſino intumeſcente, cum uidet ſe per comparẽ ligari. ff. de acq. poſſ. Bald. in rub. de conſue. col. 2.

Et ſi diceretur, quod imò non eſt par ſed maior. l. 1. ff. de ap. ubi appellatio eſt reclamatio, quæ ſit à minori tribunali ad maius, replicabo, ut ſupra, & in argu. adduco text. in l. 1. C. ne li. po. ubi uno reſpectu præſes in parem habet imperium, alio non, ergo nec etiam hic, ut iubeat acta exhiberi, maximè (ut dixi) quia iudex à quo punitur, ſi non exhibuerit. d. l. iudicibus. C. de ap.

Quintò & ultimò facit, quia ſi ſic eſſet, foret intellectus iſte de indubitabili, cum ſit pluſquã certum iudicem teneri ad exhibitionem actorũ, aliàs non poſſet ueritas inueſtigari per iudicem ad quem. d. l. à Proconſulibus, & aliis alle. ſupra, nec ſciret pars contra quam ſententia lata fuiſſet quid agendum, quidq; de nouo producendum, iuxtà formulam traditam in l. per hanc. C. de tẽp. appel. & in auth. qui ſemel. ubi Bart. num. 16. C. de prob. & ad propoſitum malè, uulg. l. quod Labeo. ff. de Carb. edic. Bart. in rubr. de reb. dub. unde non ab re Papa deridet conſulentes, de indubiis in c. de multa, & ibi Abb. col. 1. de præb.

Et ſi diceretur nõ inconuenire. l. 3. ff. de uatal. reſt. ibi, hæc lex non habet, nec unquam habuit dubitationem, reſpondebo non inconuenire reſpectu legiſlatoris, quo ad nos uerò quàm maximè, ut per Bart. in l. ubicunque. nu. 10. ff. de int. act. Poſſet etiam dici de dubitabili eſſe ex alio, quia officia promiſcuis uſibus turbari non debent, uulg. l. conſulta diualia. C. de teſtamen. ſed dicam non concludere, ut dubium faciat, quoniam unum ordinatur ad aliud. d. l. à Proconſulibus conſiderantes etiam quod non modo ciuilium, ſed criminalium actorum quoque mentionem facit, quodq́ue cumulari non poſſunt, l. 2. C. quando ac. ciui. dicemus in l. edita. infr. eod.

Qualiſcunque igitur ſit intellectus iſte, ex eo occaſione ſumpta Barto. format quæſtio. an poſſit denegari audientia ſuper aliquo inſtrumento exemplificando, ut per eum, ſi dicat pars ſe non habere inſtrumentum, uel nolit exhibere, an poſſit pronunciare, ſi aliquo tempore inueniatur,
26 quod ei non adhibeatur fides, † ſed ſit caſſum & uanum.

Et breuiter concludit quod ſic, ſola hac ratione motus, quia ſicuti poteſt ſtatuere terminum alicui intra quem agat, quo elapſo amplius non audiatur, vulg. l. diffamari. C. de inge. ma. cũ aliis concord. per eum ad idem alleg. bonus text. in l. ſi optio. in §. fi. & in l. mancipiorum. ff. de opt. le. eſtq; dilatio, quæ datur in odium inuiti, & nolentis, ut declarat Bald. in c. præterea. nume. 5. de dilat. l. ſed & ſi. §. 1. in fi. ff. ex quib. cau. ma. ita ẽt debet poſſe denegari audientia ſuper inſtrumento. & hoc poſt Innoc. in c. G. perpetuus, de fi. inſtrum. & eſt (ut atteſtatur Seyſſel.) commune dictum, quod etiam probatur per tex. in l. non alienum. ff. de interrog. act. ubi qui ſe prædii dominum negat, uti prærogatiua dominii non poteſt, citatum ibi per Innoc. & per Bald. in l. 2. colũ. 2. C. ut lit. pen: & idem in legatario dicit text. in l. ſi legatarius. C. de lega. ergo idem hic, ſi dicat ſe nõ habere, & ferè in terminis, ut hic dicit Iaſ. poſt Bald. in l. hi qui. C. de appel. & in l. fin. ibi quod ſi prædictum iuſiurandum ſubire minimè maluerit. C. de fi. inſtr. Et quia ſi dicat nolle exhibere, contumax eſt, inq; contumaciæ pœnam debet poſſe ſibi audientia denegari, ut per eundẽ Bart. in l. ſi appellationem. ad fin. infra de appell. cum ſit maximè in dolo, ut per Bal. in c. conſtitutis. ad fi. de eo qui mit. in po. cap. rei ſer. nec debeat ſibi patrocinium afferre. l. nec ex dolo. ff. de dolo. c. Sedes Apoſtolica de reſcrip. Et quia ſi plus eſt quem actione priuare, quam ſuper inſtrumento audientiam denegare, &c. id quidem facere permittatur, multomagis permitti debebit iſtud, auth. multomagis. C. de ſacroſan. eccl.

Et quia ſi in cauſa criminali, ex cauſa poteſt audientia denegari, quæ eſt grauis. l. in ſeruorũ. ff. de pœn. l. ſi ea. C. qui accuſa. non poſ. Imò falſi qua nulla eſt grauior, iuxta no. in l. tranſigere. infra de tranſact. l. Titia. ff. ad legem Corn. de fal. & etiam ſtatus, quæ reputatur grauiſſima. l. placet. C. de inge. ma. non eſt ratio, qua dici queat, quod denegari non poſſit etiam in caſu præſenti. Aliàs ut olim dicebam appellatio, ſiue proſequutio appellationis per indirectum tolleretur appellãti, cum tamen directo eidem tolli non poſſit. l. 1. ff. de appel. c. ſuggeſtum. eod. tit. clem. paſtoralis. de reiud. ſententiaq; tranſiret in rem iudicatam appellatione deſerta, dolo & fraude negantis eã habere, uel exhibere nolentis, quod ei eſſet ual-

de præiudiciale.l.ne cauſas.C. de appel. ergo omnino pronunciatio ualebit, & (ut diximus) ſic poterit ei audientia denegari.

Quibus accedat etiam, quod iudicis officium latiſſimum eſt, uulga.l.1.ff.de iur.om.iud.l.ubicunque.ff.de interrog. act.l.1. ff. de iure deliber. quodq; terminus hominis ſuccedit loco termini iuris.c.cum ſit Romana, de appel.ſed in termino iuris ſi labatur audientia denegatur. d.c.cum
27 ſit Romana, ergo & in caſu præſenti. † & quia denique plus eſt maieſtatem iudicis contemnere.l.ſi familia.ff.de iuriſd.omn.iud.l.1.& toto tit. ff.ſi quis ius dic.non obtemp.l.ſi prætor. ff.de iudi.quàm aliquem diffamare, quod patet ad ſenſum: & eſt argumē. in l.decurionum. C.de pœn. & in l.Diuo Marco. C.qui ma.non po. & in l. ſi priuatus.ff.qui & à quib. & in c.Oſius.de ele. uerum diffamanti lapſoq; termino non agenti denegatur, ut ſupra, & in d.l.diffamari, ergo multo fortius dicenti ſe non habere inſtrumentum uel nolenti exhibere, & ita tranſeundum eſſet.

Sed tamen aliqua ſunt, quæ non parum urgere uidentur contra, & primò (ut inquit Iaſ.) qa ubi quis debet priuari iure ſuo incōtinenti, per lapſum termini requiritur bina admonitio durante termino, glo.eſt no.in §.ſi quis autem non implens, in Auth.de hæredib.& fal. & in auth. hoc amplius.C.de fideicomm. & ut per eum fuſius, & fuit ante Iaſ.oppoſitio D.Hiero.Torti, ut refert Dec.Sen.

Solu.glo.illa non eſt uera in caſu præſenti, ex quo de facto dicens non habere ſententiam, uel nolle exhibere ueniebat priuandus, uſq; adeo, ut etiam unica ſufficiat admonitio, ſicuti & ibi; hoc eſt in d.§. ſi quis autem. bina uerò quando quia uenit priuandus per ſententiam, & ita procedat glo.illa, & iura per ipſam alleg. in caſibus ſpecialibus loquentia: Anto.Cap.multa deciſio.205. p totum, & probatur in d.l.diffamari, & cum iſta
* ſit communis * opin.ut per Rom. & Aret. in l. quandiu.ff.de acquiren. hæred. & Alex.in l.fi. ff. de ſer.tranſeo. uel (ut dicebat Cur. & benè) dato quod bina admonitio requiratur, non propterea tollitur, quod audientia non denegetur, unde non ab re à ſimili, per d.l.diffamari arguit Bartol.ut ſuprà.

Verum & ſecundò magis urget, ut idem Iaſ. dicit, & uterque Dec. (non enim dubito quando dicit ſe non habere, & præſumptio ſit contra eum quod habeat, & nolit exhibere, quoniam aliàs ſi non poſſet, quia ipſam forte amiſiſſet, & probaret, nihil eſſet (ut inquit etiam Dec.) quod ſibi foret imputandum, eſtq; declaratio probabilis, ſed non neceſſaria, arg.in l.quod Labeo. ff.de Carb.edic.) quia ad propoſitum non æquè conuenit, ut audientia denegetur perpetuò, ex ſimplici contumacia dicentis ſe nolle exhibere, ut p glo.in l. 1.in §.fi.ff.ſi quis ius dic. non obtempe. Bald. in c.primo.colum.1.de mi.ua.qui con.eſt, in uſibus.

Sol.plana etiam eſt ad iſtud, ut hic per Deci. quod procedat, & uerum ſit in contumacia ſimplici non facta cum comminatione, ut hic, & p batur ultra eum in d.l.diffamari, & aliis alleg.ſuprà, imò quod comminatio ſupponit contēptū, ut not.in l.1. C.commi. uel ep. & propterea hic eſt contumacia cum contemptu iudicis, ut dicebam ſupra, tradit nouiſſimè Bal.in c.auditis.nu. 1.de procur. quæ efficit, ut poſſit ea de re audientia perpetuò denegari. idem Bald. in l.cum mulier.colum.7.ff.ſolu.mat.& licet regulariter comminatio non ualeat, niſi ad commodum fiſci, ut terreat litigantes. l.ſi quis dicat.ff.de manu. Bal. in d. l.1. ualet tamen quando facta eſt propter contemptum, ut ibi declarat.

Tertiò adducitur contra iſtam concluſionem Bart.quia ſi iudex ad quem ſententiam non uidit, fundamentum ſuæ iuriſdictionis ignorat, ergo nec poterit uti competens aliquid pronunciare, iuxta no.in l.multum intereſt. ff.de condi.& demonſt.& in l.2.in princ.ubi Bart.ff.de iudi.& fuit argum.Rimi.quod ego confirmo, quia dicit alibi Bald.ad idem, quod ignorantis nullus effectus certus eſſe poteſt, in l.dicere, in princ. ff.de arb.& in l.ſi quando.C.de dila.& in l.ſed & ſi de ſua, & ibi Alexand.in princip. ff.de acquirenda hæred.& idem Bald.adhuc, in c.prudentiam.nu. 3.de offi.del. quod incertus de ſua iuriſdictione eam non exercet.

Ad quod etiam idem Rimin.reſpondet, quod hoc idem ignorare non potuit, ex quo de tenore ſententiæ conſtabat ex actis, poſt Bald.in l.2.col. 2.C.ut lite pend.unde adde tu, quod uidendo acta ſicuti tenetur, non poterit ignorare (ut dicebatur) quod erat fundamentum ſuæ intētionis, & declarat Bal.in l.properandum. in §.& ſiquidem.col.2.C.de iudi.

Sed iſta ſol.non eſt tuta, quia ſi de tenore ſententiæ appareret in actis, iam quod alia exhibitio neceſſaria non eſſet, ut in ſimili in inſtrumento not.in auth.ſiquis in aliquo.infra eod. Igitur dic tu aliter, quod de actu ipſius appellationis conſtabat in actis quodq; per appellationē cauſa ad ipſum erat deuoluta tanquam ad iudicem competentem, & ſufficit ea de re potuit pronunciare, ex quo erat de hoc certus, licet in accidentibus dubitaret.arg.no.in l.Gallus.in §.ſi eius.ff. de lib.& poſthu.& in l.quod ſi dubitet. ff.de acquir.hær.& in d.l.multum intereſt. idem Bal.in l.1.lect.2.col.8.C.de ſacroſan.eccl.

Quartò adducitur per eundem Rimin. & ſibi aſcribit Ripa, ſed fuit ante eos argum.Bald. in d. l.2.col.2.C.ut lite penden.nec Rimi.negat, quia iſta pronunciatio fit ſub conditione, ergo nulla quia conditio nihil ponit in eſſe, nec ſunt in diſpoſitione quæ pendent.l.ſi quis ſub conditione dandorum decem.ff. ſi quis omi.cau.teſta.l.1. §. biduum.ff.quando ap.ſit.

Soluunt & benè quod toleratur, quia conditio intrinſeca eſt, l. cum eorum.l.cum iudex. C.

de

de ſent. not. in d. l. a. Adde tu ſimile, quia erit cõditionalis hoc modo lata ſi probaueris, & tũ ualet, ut per Aret. in c. illa. nu. 16. de accuſ. Abb. in c. in litteris. nu. 4. de offi. dele. Bald. conſi. 229. in princ. uolum. 1. quem citauimus ad idem etiam ſupra in euiden. ultimo.

Quintò & ultimò facit, quia ſi is, in cuius fauorem ſententia lata eſt, uigilauit & ſuam conditionem meliorem fecit, ut in ſimili dicit Iuriſcõ. in l. pupillus. in fi. ff. quæ in frau. credi. ſumendo ſibi copiam, quo caſu priuatum ius ipſius etiam reſpicit. l. in fraudem. §. neque. ff. de iut. fiſ. appellans uerò dormitauit, non debet poſſe ſibi audiẽtia denegari, quanquàm dicat nõ habere, uel nolle exhibere, & maximè (ut dicebam ſupra) quia iudex à quo cauſam inſtructam mittere cum literis dimiſſoriis tenetur iudici ad quẽ. d. l. à Proconſulibus. C. de ap. c. dudum. de elec.

Sol. etiam quod ius priuatorum reſpiciat, & uigilauerit exhiberi, tamen debet maximè iubente iudice, quia eſt de actis, & acta ſunt publica, ac communia, ut hic, & in d. l. a. C. vt lit. pend. & not. in d. §. neque, ſupponentes etiam quod appellanti negligentia imputari non poſſit. & licet iudex à quo, mittere teneatur, eſſe tamen poteſt, quod non mittat, quia originale amiſſum eſt: ſi uerò doloſè id facere prætermiſerit mulctabitur ut dicebam heri. l. quoniam iudices. l. iudicibus. C. de appel. Et propterea hoc non tollit q̃d pars non teneatur. ſi ergo dixerit non habere, uel nolle, ut ſæpe dictum eſt, ea poſtea uti non poterit, & ſibi audientia denegabitur, & ita Bartol. defendi poteſt.

Sed ultra omnes (alia etiã quæ leuia ſunt de induſtria prætermitto) oppono ego & cõſidero, quod priuare quem iure ſuo, eſt pœna. l. teſtamẽto centurio. ff. de manu. teſta. ſi maximè priuatio fiat ratione delicti, & in odium perſonarum, ut
28 hic, † quia contumacia ratione contemptus eſt delictum. l. omne delictum. §. contumacia. ff. de re mil. & eſt glo. in d. l. 1. in §. fi. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. Seyſel. in l. ſi mora. col. ult. ff. ſoluto mat. & quod pœna ſit his caſibus, declarat Bald. in l. fin. col. 1. C. de bon. lib. & in l. non dubium. colum. 1. ad fi. C. de legi. uerum pœna nunquam ipſo iure imponitur, niſi in caſibus à iure expreſſis. §. cum igitur. in auth. de non eli. ſecund. nub. glo. uulg. in c. fi. de iu. pat. ergo nec audientia hic ſuper d. inſtso ſententiæ, denegabitur, quia iure expreſſum non inuenitur.

Sol. antecedens uerum eſt, & conſequens uerius, ſed concluſio falſa, quoniam expreſſum eſt à ſimili in l. ſi ea. C. qui accuſ. non poſ. & in l. ſi eo tempore. C. de remi. pign. & in l. mancipiorũ, coniuncta etiam l. ſi optio. §. fin. ff. de opt. lega. & aliis, de quibus ſupra, & ratione pariter cõfirmari poteſt, ut ſufficienter demonſtrauimus, q̃ nim legis aut decretalis obtinet. l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excuſ. tut. Cy. in l. non dubium. ad fi. C. de legi. Archi. in c. uſus. 11. diſt. Boet. conſi. 20. nume. 16. imò dicit Bald. quod ratio eſt neruus intellectus, in c. cum cauſam. nume. 2. de proba. à ſupradictis igitur defendi poteſt Bart. (ut oſtendimus) ſed non facilè ab iſto argum. niſi modo prædicto reſpondeamus. cogita.

In ea. glo. ibi, ſecundò res, id eſt cauſa &c. traditur ſecundus intellectus ad text. quod loquatur
29 in cauſa principali, † & in actore qui diu abſuerat, ut ei detur actorum copia, factorum in contumacia.

Neſcio quo ſpiritu ductus Deci. hic dicat, & Alexand. ante eum, quod glo. non habuit iſtum intellectum, quod abſenti reuerſo exhibeantur acta, & quod ſimpliciter allegat text. in l. properandum. in §. & ſi quidem. C. de iudi. loquentem in iudice, quia imò dicit expreſſè, & probatur in d. §. & ſi quidem. quia ſi dilatio actori abſenti datur, nec ueniat, abſoluitur reus, neceſſariò ſibi exhibebuntur, ſi ueniat, quia publica ut hic, & quia omnis actus includit ſemp ſua eſſentialia. l. illud. ff. de acq. hære. Bal. in l. Barbarius. colum. 4. ff. de offi. præto. declarat glo. in uer. inuenta, in d. §. & ſi quidem. Eſt uerum, quod ad tex. noſtrũ applicari non poteſt, quia de abſentia uerbũ nullum in eo, & quia exhiberi imperſonaliter dicit, non plus actori quàm reo, & ſuſius Purpu.

Notat tamen Bart. quod præſenti non debet dari terminus ad recipiendam copiam actorũ, abſenti autem quanquam contumaci ſic.

Motus, quia ſubeſſe uidetur quid, quod præſenti poſſit imputari, cur non acceperit copiam ſingulis diebus, in abſente autem non: ea de re huic datur, illi uerò non, arg. in l. ſi quando. C. de dilat. & in l. pupillus. in fi. à ſenſu contrario. ff. q̃ in frau. cred. & in l. de die. in §. fi. ff. qui ſatiſd. cogan. ibi cum per eum ſteterit quominus &c. & in l. fi. in fi. ibi cum contra deſides, & ſui iuris contemptores odioſæ exceptiones oppoſitæ ſint. C. de annali excep. & in argu. de induſtria duximus hæc iura facere, q̃a aliqua obiici poſſent, ut hic per Deci. quæ ut pote leuia, nec refero, ut feci aliàs, nec refello. imò quod in lata culpa præſens ſuiſſe uidetur, ut per glo. in §. pen. Inſti. quibus mo. re cont. ob. l. latæ culpæ. ff. de uerb. ſig. not. in l. quod Nerua. ff. depo. & in l. quæ fortuitis. C. de pigno. act. l. ſi ſeruum. in princ. ff. de uerb. obl. lata culpa dolo proxima eſt. d. l. quod Nerua. ergo conuenit ſibi in pœnam dari, quod terminum non habeat. l. teſtamento centurio. ff. de manu. teſtam. arg. in c. quoniam contra. ad fi. de proba. & quia etiam nullo modo negligentia præſentis purgari poteſt, ſeu mora, quæ propriè eſt in negligendo, uel omittendo, ut no. in l. ſi inſulam. ff. de uerb. obl. abſentia uerò quamprimum uenerit actor. d. §. & ſi quidem, cum ibi not. facit etiã ad propoſitum ſibi dari non debere, abſenti autẽ reuerſo ſic, quia dilationum materia eſt amputãda. l. oratione. l. fi. ff. de fer. l. 2. ibi, ubique dilationum materias amputantes. C. de temp. app. ſufficitq; ſemel ſibi datam fuiſſe ad probandum. d. l.

ora-

oratione.ibi, non amplius quàm ſemel dandam eſſe inſtrumentorum dilationem, oratione Diui Marci comprehenſum eſt. ff. de fer.

* Tamen ſcriben. ipſum * communiter dánãt præſertim Ful. Alex. Dec. & Ripa, moti & ipſi potiſſimum, quia acta indiſtinctè partibus edi debent, caſus eſt in l. 2. C. ut lite pend. ubi acta iudicii non debent denegari, aliàs etiam cauſa pendente ſupplicare licebit.

Sed tutando Bar. poſſet reſponderi uerũ eſſe quando ſibi culpa imputari non poſſet, quomodo etiam Bal. hic, col. 2. intellexit, ſed hic præſenti culpa imputari poteſt, ut ſupra, ergo.

Melius ſecundum eos cõtra Bart. probat tex. in d. c. qm̃ contra. ibi, omnia ſic conſcripta (de actis enim loquitur) partibus tribuantur, de ꝓba. uerum eodem modo reſpõderi poteſt, tribui, ſi alio tempore id facere nõ neglexerint, ſed hic pręſens ſuo ſe gladio iugulauit, neglexit copiam petere, ergo.

Tertiò inſurgunt, quia ſic melioris conditionis eſſet contumax, q̃ pręſens, & malè. arg. in l. non ſolum. ff. de nox. Bar. in l. cum te. nu. 4. C. qđ me. cau. & in ſimili, ita arguit Iurecon. in l. qui de inofficioſo. in fi. ibi, ne aliàs melioris cõditionis ſit &c. ff. de inoff. teſt.

Sol. non eſt melioris cõditionis, quia ſolutis expenſis contumaciç, iuxta no. in l. ſancimus. C. de iud. perinde eſt, ac ſi non fuiſſet contumax.

Replicat Deci. qđ ẽt præſens ſoluet expenſas retardati proceſſus. l. non ignorat. C. de fruc. & lit. exp. & malè, quia id habet locum qñ quis cõparuit, & ꝑ ambages litẽ protraxit. ita Bal. in d. l. ſancim⁹. co. 2. ergo nihil ad ꝓpoſitũ, & ſol. bona.

Poſſet ẽt dici plerunq; non inconuenire, do ĩſtantiam, quia iudex pro abſente, quamuis cõtumace ſupplet de facto. auth. qui ſemel. C. quõ & qñ iud. l. ampliorẽ. in prin. C. de ap. pro pręſente autem non. l. 1. C. ut quæ de. aduo.

Item ſnĩa lata contra abſentẽ contumacẽ dolo aduerſarii eſt nulla, contra præſentem uerò aliqua. l. ſi prætor. §. Marcellus. ff. de iud. l. diuus. ff. de re iud. hinc quo ad Deũ, iudicem cœleſtẽ, melioris conditionis eſt peccator, q̃ iuſtus, iuxta illud Luc. 15. ita gaudiũ erit ſup uno peccatore pęnitentiam agente, q̃ ſuper nonaginta nouẽ iuſtis pœnitẽtia nõ indigẽtibus, unde Poe. Lyricus hĩc,

» *Che piu gloria è nel regno de gli eletti,*
» *D'un ſpirito conuerſo, & piu ſi eſtima,*
» *Che di nouant anoue altri perfetti.*

ergo ſic etiam in caſu noſtro dicere poſſumus, qđ qñq; non inconueniat, qđ ſit contumax melioris conditionis q̃ præſens, arg. ĩ c. ſignificaſti. de elec. ubi Chriſti actio noſtra eſt inſtructio.

Quartò facit contra Bar. quia ſi acta ſunt cõia & publica, eaq; ratione debent exhiberi. d. l. 2. C. ut lit. pen. non propterea cõia & publica eſſe definiuit. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mil. ubi qualitas ſemel ĩ eſſe poſita durat. c. ſemel malus. de reg. iur. in 6.

Sol. fateor qđ publica & cõia ſint, ſed nego qđ exhiberi debeant, ſi negligentia (ut dictum eſt) poſſit imputari præſenti, qui copiam debito tpe ſibi non aſſumpſit. & poteſt dari inſtantia, qa rationes etiam cões ſunt, & tñ eſt dare caſum, ut aliqñ non edantur. l. ſi quis ex argentariis. §. fi. & l. ſequen. ff. de eden.

Quintò opponitur (ut ego aliàs dicebã) quia in iudiciis ſeruatur æqualitas. l. fi. C. de fru. & lit. exp. neq; debent actor & reus ad imparia iudicari. c. in iudiciis. de regul. iu. in 6. c. 1. de mutu. pe. Barb. in c. 1. in prin. & col. 20. de prob. ergo ſi datur terminus actori abſenti, debet dari ẽt reo pꝛ̃ſenti. l. petendæ. in princ. & ibi Bar. C. de tempo. in integ. reſti. pe. & urget.

Sed ſuſtinendo Bar. pro ſol. dici põt, qđ ubi nõ eſt fauorabilis paritas, ibi nõ ſeruatur æqualitas. ita Bal. in d. c. 1. col. 3. de prob. ſignanter ꝑ text. in d. l. petendæ. ſed hic non eſt fauorabilis paritas (qđ oſtenſum eſt ſupra) ergo nimirũ ſi actori abſenti & contumaci datur dilatio, pꝛ̃ſenti uerò nõ. Cogita tñ, & a cõi opi. non diſcede contra Bar. quare uera qñcunq; peti poſſunt, & à quocunq; cuius intereſt, & dari ſibi debet ẽt terminus ad accipiendam copiã: in reliquis bene loquitur quod notarius cogendus ſit dare copiam petenti, qđ ẽt probatur in l. q̃dam. in §. nummularios, & ĩ l. argentarius. in prin. ff. de eden. & ibi idem Bar. declarat, ipſum mercede non eſſe fraudandum, nõ qđ officium iud. imploret, quo ſibi ſalarium conſtituatur, ut in l. 1. in prin. ff. de uar. & extraordi. co. ſed qđ ex conſuetudine, quæ eſt ſoluendi, poterit ſibi utili actione locati eſſe conſultum, arg. in l. licet, & in l. excepto. C. loc. ita ut conceſſo officio, ſalarium, & merces quoq; conſueta tacitè ſibi permiſſa uideatur, ut per d. iura ſignanter ẽt dicit Bal. in l. item, quia. lect. 1. col. 2. ff. de pac.

In ea. gl. ibi, tertiò res, id eſt cauſa &c. traditur
50 tertius intellectus, † qđ acta debent exhiberi ſucceſſori primi iudicis, apud quem res, id eſt cauſa principalis agitur. & uidetur in ſe uerus, ſed nõ ad tex. noſtrum, qñquidem aliorum morbo laboret, & ſit diuinatiuus. qđ tñ ſit in ſe uerus probatur in l. mortuo. ff. de iud. ubi mortuo iudice, ſucceſſor ex eiſdem actis iudicat reproductis, & ſic in terminis, quia aliàs non poſſet iudicare, niſi exhiberentur, nec ualeret ſententia (ut hic ꝑ Barto.) non uiſis actis ẽt ſi rectè lata eſſet, argu. in l. hæc autem. in §. 1. ff. ex quib. cau. in poſſ. ea. & in l. ſed & ſi de ſua, in princ. ff. de acquir. hær. idem Bart. in l. 2. in princ. ff. de iudi. latè Alexan. & Deci. hic. qui poſtea ampliant, & limitant hoc dictum, ut per eos: non enim aliter conferunt quo ad ueritatem concluſionis, ideo non refero. Eſt uerum quod inoleuit practica, ut in prolatione ipſius (quod prædicti ſubiiciunt) ſemper dicatur, uiſis actis, & dictu mirabile eſt ultra omnes quod iudici nõ credatur regulariter, ſi quid difficultatis emerſerit ſuper proceſſu. c. quoniam contra. de probat. & tamen credatur

ſibi ſic dicendi, quod uiderit acta argumen. in l. non omnes. in §. à barbaris. ff. de re milit. probatur item, quia ſic iudex ſuppleret de facto, & ſine cauſæ cognitione, & malè. l. 1. C. ut quæ de. aduoc. & quia denique à ſimili, ſi acta facta in uno iudicio, in alio reproduci debent, ut infra, etiam inter eaſdem perſonas, tradit interim Bartol. in l. naturaliter. in §. nihil commune. numero 32. ff. de acquiren. poſſeſ. Alexand. hic, non eſt ratio qua non idem dici poſſit etiam in caſu iſto quanquam idem iudicium ſit. d. l. mortuo. l. proponebatur. ff. de iudi. ex quo (ut diximus) aliter, cum in ius alterius ſucceſſerit, & probabilem ac iuſtam ignorantiæ cauſam actorum habeat. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. ſuiam ferre non poſſet.

2 Fulg. tamen, idem Alexand. & Pau. Caſt. ac cõ

* muniter * Moder. tenuerunt contrarium, freti eiuſdem Barto. auctoritate paulo infra, qui dicit hoc idem, quod ſcilicet reproducantur acta, fore de conſilio: ergo non aliter neceſſarium. c. quiſquis. §. quod præcipitur. 14. q. 1. Abb. in c. nã concupiſcentiam, colum. 2. de conſti. Cardi. in clem. 1. in fin. de ui. & hon. cler. Alexand. conſi. 8. in fi. uolum. 1. Maximè quia (ut dictum eſt) idem iudicium dicitur, eadem inſtantia, & idem tribunal. d. l. mortuo, præallega. l. proponebatur. ff. de iudi. c. ſecundo, de conſuet. in 6. Calde. conſi. 21. de præbend. Nec poteſt tranſire ſecundum Bal. hic inſtantia in ſucceſſorem quin etiam trãſeant acta. l. cum apud. ff. iudic. ſol. l. ſi ut proponis. C. quomodo, & quando iudex. l. Titianus. ff. quod cum eo. & propterea fieri non debet, quod factum non releuat. l. hæc ſtipulatio. §. diuus. ff. ut lega. no. ca.

Sed poteſt reſponderi tutando opinionem primam; quod quanquam Barto. dixerit eſſe de conſilio non ideo minus dixit, quia neceſſarium nõ fuerit, & eo modo quo alleg. ſupra intelligũtur, ſed ſic de conſilio eſt, hoc eſt conſulo quod acta reproducantur, aliàs &c. & eſt argum. in l. eius qui in prouincia. ff. ſi cer. pet. aliàs eſſet ſibi contrarius, & ideo eſto quod idem ſit iudicium, & eadem inſtantia, & conſequenter acta tranſeant in ſucceſſorem, tranſeunt tamen ſi producãtur, ut dicit Barto. ex quo idem iudicium dicitur, & eadem inſtantia iuris fictione, ut declarat in ſimili Flor. in l. ſeruitutes. in §. ſi ſublatum. ff. de ſeru. urb. præd. unde ne tranſiuiſſe fingantur pariter, & ſic duæ fictiones ſimul concurrant contra tex. in l. 1. C. de do. pro. & in l. cum poſt. in §. gener. ff. de iu. do. non aliter dici põt, ex quo tollitur reg. l. hæc ſtipulatio. §. diuus. ff. ut leg. no. ca. quia ex his releuabit producentem.

Vrget tñ adhuc contra Bar. quia leges de ꝓductione actorũ loquentes de una uice tñ intelligi debent, arg. in l. boues. in §. hoc ſermone. ff. de uer. ſig. ergo nõ de pluribus, maximè quia fruſtra fit per plura qđ põt fieri per pauciora (ut inqt Philoſophus) & pluralitas ſui natura ſit odioſa. l. dominus teſtamento. ff. de cõd. inde. cle. auditor, de reſcrip. ſed hic productio ſemel facta eſt, ergo.

Sol. ꝑdicta, non uendicant ſibi locũ in diſpoſitione legis, maximè quod habetur ĩ d. §. hoc ſermone. l. ueluti. §. hæc uox. & ibi no. ff. de edẽ. Iaſ. in l. duobus. in §. ſi. ad fi. ff. de iniuit. nec alia ad propoſitũ faciunt, ex quo proditũ eſt, ſi pauciora non ſufficiant, id ꝑ plura agi debere, qđ agendum eſt, nec uitandos circuitus, ſi fuerint neceſſarii, ut in d. locis no. ergo eſto qđ ſemel ꝓducta fuerint, ex cauſa tñ reproduci debent, aliàs nec facta in uno iudicio, nec in alio, deberent reproduci, & tamen contrarium uerius eſt, ut ſupra.

Ad idem contra Bar. inſurgunt alii, quia non eſt de modo curandum, dummodo effectum cõſequamur rei, uulg. l. 3. C. de inſti. l. ſi. ff. mand. l. Gallus. §. ſi eius. in ii. ff. de lib. & poſthu. ſed effectum ſententiæ conſequi poſſumus iudici dicẽti uiſis actis, cui creditur, ut ſupra, ergo alia reproductio non erit neceſſaria.

Sol. regula procedit in nõ deſiderantibus certam formã ſeu modum, ut declarat Bal. in l. ſi cũ dotem. in ſi. prin. ff. ſol. ma. ſed hic forma ſeu modus in reproductione cõſiſtit ex cauſa, ergo ẽt qđ iudici credatur, dicenti uiſis actis, ſi de reproductione non conſtaret, uti priuatus, non uti iudex id dixiſſet, & ſententia non ualeret. ut in ſimili no. in l. illicitas. in §. ueritas. ff. de off. præſi.

Vltimò opponitur, qđ iteratio actus nunq̃ ꝑmiſſa eſt, niſi ex cauſa. l. argentarius. iuncta l. ſeq. ff. de eden. l. oratione. ff. de ſer. l. de die. §. ſi fideiuſſor. ff. qui ſatiſd. co. ſed hic nulla cã ſubeſt, ergo.

Sol. añte cedens uerum eſt conſequẽs falſum, quia eſto (ut dictum fuit) qđ idem iudicium fingatur eademq; inſtantia, ſuccedit tñ iudex in ius alterius, & iuſtam ac probabilem ignorantiæ cauſam habet, igitur reproduci debent.

Tñ à cõi reprobatione nõ recede, hæcq; diſputationis gratia dicta ſiot. imò qđ ſaluat ẽt Bar. Deci. non aliter intellexiſſe, quia dicit qđ eſt de cõſilio, non qđ alia productio ſit neceſſaria, ſed uerba eius innuunt contrariũ, declarando ut ſupra, igitur uel cũ eo tene rñdendo contrariis, ut mõ diximus, uel ſi placet (ſtricto dixerim) à cõi nõ recede contra cũ. & ꝓpiſta opi. uide q̃ ad declarationem dicit Bal. in c. cauſamq;. col. 2. de teſti.

In ea. gl. ibi. Quartò in adminiſtratore &c. tradit quartus intellectus ad tex. iſtũ, qđ loquatur ĩ adminiſtratore delegante cãm, retenta ſibi diffini

31 tiua, qui tex acta uidere debet, † auth. ad hæc, ĩfra de iud. cæteris quoad tex. nẽm deterior, ex quo ĩ eo de delegatione uerbũ nullũ. dicit tñ Bart. non eſſe inſiſtendũ, quia aliàs res eſt clara, nec aliter Bal. Ang. & Sal. Mod. ꝑſertim, Iaſ. Dec. & Seyſ. ſub ſilentio trãſeunt, R im. teſtat̃ fore cõem, & ſubiicit tex. in d. auth. ad hæc, declarari, ut non ſolũ ꝓcedat in cauſa ciuili, uerum etiam criminali, ex quo hic dicit acta publica, tam ciuilia, quàm criminalia; & non ſine myſterio (ut dicebam aliàs) glo. exponit (quod nota) adminiſtrator, id eſt ordinarius, ex quo delegatus etiam principis non

poteſt

poteſt totam cauſam committere reſeruata ſibi
diffinitiua, ot not.io dict.authen.ad hæc,eſtq́ue
dictu mirabile , quod maiorem poteſtatem ille
habeat in delegando , quam iſte qualiſcunq; ſit,
obſeruandum pro limitatione.c.paſtoralis,de of
fi.de.& hoc,quia ratio occupati noum ceſſat in
delegato, uode continentia cauſæ diuidi noo de
bet.l.oulli. C.de iudi. Rimi.io rub. de offi.eius.
col.3. uel dicamus,qđ ſic expoſuerit,quia ordi-
narius qñcunq. delegationem reuocat , delega-
tus oon.l.iudicium ſoluitur.ff.de iudi. Bal. poſt
Iono.in c. licet, in fi.de offi.de.uel & ultimò de-
claratiuè nou quod fuerit oeceſſarium , ut io
d.auth.ad hæc,& in l.rem nou nouam,in §.1.C.
eo.& io Auth.de iud. in prin.

Sed uidetur , qđ nec in ſe ſit uerus intellectus
iſte,primò quia text.in d.auth. ad hæc,non dicit
aliquid de delegatione,ſed qđ cauſam audire po
teſt per ſuos conſiliarios.l.1.C.de aſſeſ.

Sol.oõ dicit audire,ſed expedire, quod arguit
delegationem,ſiue commiſſionem , ut gl.noſtra
inquit his uerbis,qui cõmiſit ſeu delegauit. imò
quod d. auth. paulo inferius,in delegato formali
ter loquitur,ergo & principiũ, quia una pars le-
gis alteram declarat.l. utrum. ff.de pet.hær.

Secundò tñ obſ.quia bene dicit adhuc text. in
d.auth.ad hæc,quod debet audire,ſed noo quod
acta ualeat, uel uidere oporteat.

Sol.dicit uirtualiter , quia ſi ſibi diffinitiuam
reſeruauit oportet quod uideat, aliàs (ut dicebã
proximè) ſententia non uiſis actis eſſet nulla.c.
1.de re iud.in 6.c.cum ex literis.de reſti.in integ.
c.iudicantem.35.q.1.Bart.in l.2.io princip.ff.de
iudic.& in l.properandum.in §.& ſi quidem.C.
eodem . Felio.latè in c.eccleſia S.Mariæ. colum.
6.de conſtit.

Tertiò obſt.quia(ut dictum eſt)cum iſtud nõ
modo iu cauſa ciuili procedat,uerum etiam cri-
minali , ſic præſupponit quod hæc ut illa poſſit
delegari,& malè.l.1.& ibi oo.ff.de offi.eius.l.ne
mo.ff.de reg.iu.

Sol.poteſt quo ad cognitionem,& eſt cõmu-
* nis * opin.ſcriben.in d.l.1.ergo non ab re ſi ſibi
executionem reſeruauit, ut hic præſupponitur.
cogita .

In ea.glo.ibi,Quintò &c. traditur quintus &
ultimus intellectus; quod loquatur text. iſte de
publicatione teſtium,quam iudex mandat fieri,
32 ut poſſint partibus exhiberi,† aliorũ peſſimus,
cum(ut proximè dicebam pariter) in eo de hoc
nihil dicatur,in ſe tamen optimus , nedum ue-
rus,ut in iuribus in glo.alleg.& in auth. at qui
ſemel.C.de prob . & quia ſi publicatione effecta
ſunt publica,ac communia, ut in præſentatione
reſcripti inquit Bald.in l.petendæ.colum.2.C.de
tempo.in int.reſt.pe.& Paul.Caſt. in l.ea quæ.in
princ.C.eod. uterque poſt Innocen. in c. ex con-
queſtione. de reſti.ſpol.non eſt ratio,qua exhibe
ri non debeant.

Vnam obſt. tantùm,quia editio pendet à pu-
blicatione,ſed publicatio non eſt neceſſaria. l.ge
ſta.C.de re iud.ergo nec editio,arg.in l.quanuis.
ff.de preca.& io l.ſi donatæ.in §.ſi ſponſus . ff.de
don.int.ui.& uxo.Bal.in no.caſu.conſi.205. col.
2.uolum.3.

Sol.antecedens uerum eſt,cõſequens falſum,
nec aliter probatur in d.l.geſta. imò quod fieri
debet,etiam quod pars non petat,aliàs non face
rent fidem.l.2.C.ut lit.penden.d.auth. at qui ſe-
mel.C.de proba.& ubique oo. c.cum clamor,&
ibi Inn.de teſti.& ita ſeruatur de conſuetudine,
ut per Bar.in d.l.geſta , quæ uim legis obtinet.§.
ex oon ſcripto inſti.de iu.nat.ergo ad propoſitũ,
& editio ſi petatur .

Ad tex. ooſtrum etiam redeuodo,dicebat ad-
huc Ripa,quod oullo modo,poteſt ad ipſum ap
plicari,loquentem tam io actis crimioalibus , q̃
ciuilibus,ex quo in criminalibus non fit iſta pu-
blicatio.d.c.cum clamor.

Reſpoude tu quantum ad iſtud ſaluari poſſe,
quia lex ſe adaptat ad ea quæ frequentius acci-
duut.l.nam ad ea.ff.de legi. unde quia regulari-
ter publicantur,tametſi aliquo caſu fallat reg.nõ
poteſt dici,quod ex hoc ad textum adaptari non
queat . & maximè quia uidemus etiam quod a-
cta edi debent regulariter, & tamen aliqui ſunt
caſus,in quibus editio fieri non debet, ut ſupra,
& latius Dec.hic,nume.19.ex alio igitur nõ qua
drat,quia diuinat , & quia generalitatem tex.re-
ſtringit.

Et præſtat nobis aliàs argum.copiam ante pu
blicationem parti à notario dari non poſſe , ne
præbeatur occaſio fabricandi falſum , ut hic per
Bald.& eſt argum.in l.conuenire.ff.de pact.do-
ta. & facit quia ſi à lege deciſum eſt publicari de
bere,& poſt publicationem edi , oon aliter dici
poteſt, niſi quòd editio & copiæ traditio ſit ante
prohibita.l.ſtatuliberum.§.Stichum . ff.de legat.
ſecundo. aliàs ootarius lege Corn.de falſis tene-
retur.l.ſi quis aliquid. §.ſi quis inſtrumentum .
ff.de pœn.melius in l.1.in §.is qui depoſita. ff. ad
legem Cornel.de falſ.idem Bald. in l. fio. colum.
penult.infra eodem.& iſtud ex iſta gloſſ. colligit
Franc.Tigr. præceptor Bartol. ut refert Dec.Sen.
aſſeritq́ue Seuerin. & idem Deci. & ante eos Io-
an.Fab.hic Paduæ ita de conſilio Iacob.de Are.
& plurium Doctor . fuiſſe iudicatum . & quod
dum ipſe Deci.legeret Piſis, uidit ita practicari
in Tabellione ſignanter, qui manifeſtauerat par
ti ſecreta cauſæ,& ita traoſit poſt eos etiam Sey-
ſel.& benè. deq; materia fuſius in d.l.geſta,& in
d.c.cum clamor.

Sed quid ſi iudex iuberet , tenebitur ne ante
publicationem dare copiam parti impunè , ſen-
tit idem Seyſel. poſt Io. Fab. quod ſic, & uidetur
caſus in l.liber homo.ſecunda, ff.ad legem Aqu.
ubi qui obedit iubenti,qui ius imperandi habe-
bat,excuſatur à delicto , quem text . ſic inducit
etiam Riminald.io l.imperium. colum.antepe-
nult.ff. de iuriſdict.omnium iudic.l.is damnum.

ibi, eius uerò nulla culpa eſt, cui parere neceſſe ſit. ff. de reg. iur.

Mihi uerò (ut dicebam aliàs) contrarium uidetur uerius, quia mandatum iniuſtum eſt. l. 1. §. quotiens. ff. de ui & ui arm. & ideo ſi obediat culpa non carebit, & punietur. c. cognoſcentes. de conſtitut.

Nec obſ. contrarium, quia loquitur in eo, qui parere tenebatur ratione ſubiectionis, in notario non dicendum, quia iudici non eſt ſubiectus niſi rōne officij. c. qm̄ contra. de prob. nec ei obedire tenetur, niſi in licitis & honeſtis. c. relatum. c. uniuerſitatis. de ſen. excom. no. in c. mulieres. in §. 1. eodem tit.

Sextus tamen ultra glo. traditur intellectus,
33 † quod hic ageretur quæſtio falſi, eſſetq; falſitas commiſſa ad damnū Fauſti, cui acta exhiberi debent ad inueſtigandam ueritatis fidem, fuitque Purpu. hic, q ēt diuinat, q̄q̄ uerus ſit in ſe, ex quo nullum uerbum falſitatis eſt in tex. ut in l. tranſigere. infra de tranſac. & ita in ſimili dicit Cy. in l. aduerſus. C. de non nume. pec. & quia non erat neceſſariū, ut Fauſtus haberet recurſum ad principem, cum iſtud ipſum, hoc eſt quod exhiberentur acta, poſſet conſequi ab ordinario. l. 1. C. de theſau. lib. 10. l. 2. C. ut lite pend. & quia his uerbis, quibus hic, alibi utitur lex. infra non eſt nouum. ibi, ut fides ueri conſtare poſſit, & tñ quæſtio non erat falſi, igitur reiiciendus.

Alium & ſeptimum tradit hic Socin. ſed quia ut Dec. dicit, text. reſtringit generaliter loquen-
34 tem, † & benè, nō refero aliter, nec ab intellectu Io. atq; Azo. diſcedo, ut ſupra, & prout etiam gl. exhiberi. in prin. infr. ſenſiſſe uidetur.

Poſſet etiam dici, ut dicebam aliàs, quod cum huic Fauſto actorum copia denegaretur, ſupplicauit principi, ut in l. 2. C. ut lite pen. & ſic omiſſo medio, quia ad primariū iudicē ire debuit. d. l. 1. C. de theſau. lib. 10. l. Imperatores. ff. de ap. ipſe uerò cōſulit, ut primarium adeat iudicem (ut diximus) qm̄ ipſe iubebit oīa acta ſibi exhiberi ad inueſtigandam ueritatis fidem. Cogita.

In gl. fi. in prin. colligitur, quod exhibitio fieri
35 poteſt duplici remedio per officium iudicis, † & condictione ex hac lege. per officium iudicis, q̄a uerba etiam ad ipſum diriguntur, uulg. gl. in l. ſi ſoror. C. de colla. & dicit tex. iubebit, qd̄ propriè eſt (ut dicebam ſupra) imperantis, iuxta illud,

" *Infandum regina iubes renouare dolorem.*

Item & ad idem.

" *Rogare ducum ſpecies uiolenta iubendi.*

& probatur in l. ſi quis ex argentariis. in §. fin. & in l. ſequen. ff. de eden. & in l. 1. ſupra eod. ibi, ad officium iudicis ex cauſa pertinere ſolet. & quia (ut inquit Dec.) acta uidentur habere fomētum à iudice. c. quoniam contra. de prob. condictione uerò ex lege, quia ipſius etiam eſt diſpoſitio ſecundum glo. quam ibi ad hoc not. Saly. in authen. ſi qua mulier. ad fi. C. de ſacroſan. eccl. multa Spec. in §. ſequitur, nume. 50. de act. & non ab re, quia noſtra intereſt habere plura remedia, quibus nobis ſuccurſum eſſe poſſit. l. non eſt nouū. ff. de act. emp. argum. in l. ſi domus. ff. de ſeruit. urban. prædio. Alexand. in l. ſingularia. colum. 4. ff. ſi cert. pet.

* Sed tamen communiter * tenetur, officium iudicis competere ex ſupradictis, & utile eſt, ut diximus in l. 1. ad fi. ſupra eodē. Conſiderantes quoque uerba ad iudicem affirmatiuè relata fuiſſe, quoniam ſi negatiuè tunc actionem & exceptionem producerent ſecundum Bartol. in l. metum. in §. ſed quod prætor. ff. quod met. cau. Et quia condictio ex lege eſt remedium ſubſidiariū, quod non datur nec competit, ubi de alio eſt prouiſum. l. 1. ff. de condict. ex lege. no. in l. ſi quis argentum. in §. fin. C. de dona. & in c. ſæpe. de reſti. ſpol. Barto. in l. fin. in §. & ſi præfatam. C. de iur. deliber. ſed hic (ut uerba text. innuunt) de officio iudicis prouiſum erat, quod datur loco deficientis actionis. c. 2. de offic. iudic. l. qui per colluſionem. §. 1. ff. de actio. emp. l. quæro. ff. loca. l. quædam. ff. de eden. Rota deciſio. 4. colum. 2. in nouis. ergo.

Et ad idem facit etiam, quia officium iudicis perſonalis actio dicitur, probo, quia in beneficiis ecclesiaſticis, quæ petuntur officio iudicis, non contrahitur uitium litigioſi, ut eſt regulare in actione perſonali, ergo officium iudicis huiuſmodi, quoniam aliàs contraheretur, ut per Bald. in auth. litigioſa. C. de litigio. Barto. in l. ſi tertius. in §. 1. colum. 3. ff. de aqua pluu. arcen. ergo ceſſabit condictio ex lege. l. in cauſæ. ff. de minorib. tamē alia ſolidiora ſunt (ut dicebam aliàs) ex quo actio propriè non eſt, quæ præſupponit obligationem. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procur. officium iudicis non, l. qui per colluſionem. §. 1. alleg. etiā ſupra. ff. de act. emp. & fuſius, ut in d. locis not. ſed ſimile, & quodammodo actio perſonalis, ergo non idem, uulg. l. quod Nerua. ff. depo.

Verum pro ſaluatione gloſſ. uideretur dicendum, omnino duo hæc remedia concurrere poſſe, ex quo utrunque extraordinarium eſt, l. cum filiusfamilias. ff. ſi certum petatur. d. l. 1. ff. de cōdi. ex le. & ad propoſitum not. in l. in prouinciali. ff. de no. oper. nuncia. & eſt etiam ſimile in minore, cui ſuccurri poteſt, per reſtitutionem in integrum, & ex clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa ſubeſſe uidebitur, ut per Bartol. in l. fin. in princip. C. ſi mi. ſe maio. di. & in l. 1. in §. ſi curator. ff. de eo qui pro tuto. imò dicit idem Bartol. in l. ſi maritus. prima. in §. 1. in princ. ff. ad legem Iul. de adult. quod quando ſunt duo auxilia ad eundem effectum tendentia non refert qualiter intētentur, maximè ratione d. l. non eſt nouum, deducendo, ut ſupra.

Poſſet etiam dici, & ſentit etiam Cur. Sen. qd̄ detur officium iudicis, ut fiat exhibitio, & ſi non fiat condictio ex lege, ſeu actio in factum, ut etiam in l. prima dicebam, & probatur in lege, ſi quis ex argentariis. in §. ex hoc edicto. ff. de eden.

eden.& in l.3.in §.pen.ff.ad exhiben. gl.iudicio, in l.1.ff.ſi quis ius dic.non obtemp.& ſentit noſtra met,ibi ſecundum diuerſas poſitiones.

Vel ut Ripa (& erit opinio ſingularis) quod nec detur officium iudicis, nec cõdictio ex lege, ſed actio in factum ex iſto edicto. l.in factum actio.ff.de act.& oblig.& præcipuè, quia eſt præceptiuum,& cum editio fiat ſine cauſa ad differentiam rationum,quæ eduntur cum cauſa.l.obligamur.§.lege.ff.de act.& obl.l.1.ſupra eo.

Nihilominus à communi nõ diſcedo, ex quo plenius & pinguius prouidetur officio iudicis, quàm alio remedio.l.ſi filius,& ibi Bar. ac Paul. C.de inof.teſtam.no.in d.l.in prouinciali, & eſt arg.in l.ſi apud.ff.de minor,& in l.per minorem. ff.de iudi.

Nec facit regul.d.l.non eſt nouum hic, & ſuperius adducta,quia procedit, ubi de ſpeciali remedio non eſſet prouiſum à lege, ut hic de officio iudicis,& in l.1.à ſimili,ſupra eodem.

Item procedit in cauſis non lucratiuis, ut per glo.in l.ſi mihi,& tibi,in prin.ff.de leg.1.ſed hic agitur de lucro,ergo.

Item quia eſto, quod regulariter agentis interſit,non tamen eſt uerum ſemper,quod ei detur actio,ſi actionẽ habeat,maximè(ut diximus) prouiſione legis ac uerbis,ut hic,& in l.poſthumus.in §.fin.ff.de inoffi.teſtam.& ita tollitur qđ dicit Bar.in d.l.ſi maritus.

Non obſt.conſideratio Cur.Senio. quia id in rationibus lege eſt cautum,hic non, ex quo poteſt haberi recurſus ad ſuperiorem, ut Fauſtus fecit,& habetur in l.2.C.ut lit.pend.idq; procedit in rationibus priuatis. acta autem ſunt publica, ergo de uno malè poteſt ad aliud inferri. l. Papinianus exuls.ff.de minor.

Et minus quod dicebat Ripa, quia eſto quod uerbum ſit præceptiuum,non tamen actionẽ parit, quia uerba (ut diximus) ad iudicem relata fuerunt,aliàs non dixiſſet,is apud quem,res agitur iubebit. & licet exhibeantur acta regulariter ſine cauſa, rationes uerò cum cauſa. d.l.1.ſupra eod.exhiberi tamen iubet hic ad inueſtigandam ueritatis fidem: imò quod oritur officium iudicis,etiam quod ſit pręceptum legis, ſiue edictum præceptiuum.d.l.ſi quis ex argentariis, Bar.in d. §.lege. Paul.Caſt.conſi.73.in princ. & conſil.80. colum.1.uolum.1. Bald.& Alexã.in l.ſi ſocer. in princ.ff.ſolu.mat.

Poſſet etiam dici,& opin.concordari,ut hic p eundem Bald.colum.2.ſi fiat editio per modum emergentis petitionis,quod tunc officium iudicis competat,aliàs non, ſed condictio ex lege. uerum iure nõ probatur, ideo melius eſt in dubio à contrario non diſcedere, ut dr in l.oĩs diffinitio. ff.de reg.iu.id eſt à communi opi.l.1.ibi,crebrior apud ueteres opi.eſt.ff.de of.quæſto.

In ea.gl.ibi,ſed uidetur. opponitur hoc modo
36 qđ acta non eduntur fiſco,† l.2.§.diuus. ff.de iure fi.ergo multominus priuato,quaſi dicat,fiſco edi deberent,cum ſit priuilegiatus,toto tit. C.de pri.fi.arg.in l.ſi tutores,& ibi Bal.C.de compen. ubi priuilegiatior eſt quam pupillus,quia compenſationem non patitur in rebus fiſcalibus, pupillus uerò in pupillaribus ſic, ut ibi, & tamen non eduntur.d.§.diuus,ergo multominus priuato.l.relegatorum.§.conſtitutum. ff.de int.& re.l. nec ex uera.C.de acq.poſſ.c.ſi Paulus.32.q.5.

Sol.communis eſt,ut hic per gl.quod ille tex.
37 loquatur in inſtrumentis,† nos in actis.imò qđ inſtrumenta ſibi eduntur ciuilia,criminalia nõ, ex quo pecuniariter non intereſt, & eſt arg.in l. ſi liber.ff.ad exhi.ubi ita demũ datur actio,ad exhibendum,ſi agentis pecuniariter interſit, aliàs non,puta quia agatur de libero homine exhibendo.clarius in d.§.diuus. nec poſſunt uerba negari,hoc idem dicentia,ibi tam in prin.† quàm in uer.item diui.& cum ſint clara, non eſt aliter dubitãdũ,uulg.l.ille aut ille.§.cũ i uerbis. ff.de le.3.

Videtur tamen,qđ non ſit bona,quia diuerſificat caſum & non aſſignat rationem diuerſitatis, & malè.l.ſi libertus minorem.ff.de iur.pat.Imo. in l.1.in §.1.col.4.ff.de publ.& uect.ideo Bar.in d.§.diuus.inquit,quod iſtud dicere nihil eſt.

Sed replicatur, qđ imò aſſignatur,ſiue aſſignari põt,qm acta ſunt publica & cõia, ut hic, & in l.2.C.ut lite pend.& in c.qm contra. C.de prob. inſtrumẽta uerò priuata, licet à perſona publica ſcripta ſint,niſi producantur.d.c.qm contra. ubi Inno.& alii,l.1.§.edenda.ff.de eden. l.qui accuſare.infr.eo.& quia rogitus primò caſu, hoc eſt in actis, nõ requiritur.l.in fraudem.§.quotiens.ff. de iure fiſ.Secundò uerò ſic.§.nos aũt. in Authẽ. de tabellio.& fuſius, ut in d.c.qm contra.

Obſt.rurſum ſecundum Iaſ. quia appel.inſtrumentorum ueniunt acta.l.1.ff.de fi.inſtr.Bart.in l.in fraudem.in §.neque.ff.de iure fiſ.

Et adhuc leuiter, qm id uerũ eſt largè, ut not. in d.l.1.& quia in materia editionis (ex ſupradictis) non eſt uerum,quanquam inſtruant cãm, ut inſtrumenta,prout dicitur in d.l.1.& cum ita ſit neſcio quo ſpiritu ducti aliqui Mod.hic, dixerint ſol.hanc damnari communiter.

Eſt uerum, quod glo.non contenta prima ſol.
38 aliam tradit,† quod fiſco inſtrumenta ciuilia,& criminalia exhibeãtur.l. ne quiſquam. ff.de edẽ. differentiaq; ſit in hoc, quia ſi ciuilia non exhibeantur,præſumuntur ſubtracta & furti agi poteſt,criminalia uerò non: nos aũt loquimur in actis,& ſic in hoc eſt eadem cũ prima, ex alio tñ falſa, qa pſupponit inſtrã criminalia edi debere contra tex.in d.uer.itẽ diui,& cõtra reg. l. nimis graue,ut hic p Bar. C.de teſti. & furti agi poſſe,ſi ciuilia non exhibeant,& tñ hoc non dicit tex.in d.§.diuus,ſed aliter, qđ ſubtractionis pſumptio non nocet,niſi in cã mota, aliàs ſi furti agereť uoceret ẽt non exhibenti in alia,& condemnaretur ex præſumptionibus, & malè. l.abſentem. ff.de pœn. Bar.in l.quod Nerua.col.6. ff.depo. not. in l.1.ff.de offi.eius. ſubiicit tamen idem Bart.hic,

& in d.§.diuus, quod glo.poſſet ſaluari in caſi-
bus, in quibus ſerui contra dominum torquent,
l.1.l.interrogari.C.de quæſtio.no. in l.cum pro-
batio.ff.de prob.quoniam in illis compelletur ēt
contra ſeipſum edere inſtrumenta, & malè, non
ex his quæ dicit Rimi. ſatis diffusè in materia lo
cutus, nec aliter referendus, ſed ex eo tantũ, quia
hoc ipſum non eſt regulare.d.uer. Item diui. &
nihilominus glo.intellexit regulariter edi debe-
re tàm criminalia, quàm ciuilia. & ſic nullo mo
do ſaluari poteſt, niſi ut ſupra, quod nos in actis,
contrarium uerò in inſtrumentis loquatur.

Tertiò etiam ſoluit Barto.hic, & in d.§.diuus,
39 quod acta à notario hic edi debent, † uel ab alio
tertio, ut ſæpe dictum fuit, non autem à reo, &
ita loquatur contrarium d.l.nimis graue. C. de
teſti. Et quia editio fit tantum, quando ſerui con
tra dominum torquentur, ut ſuprà, & in d.l.1.
& in l.interrogari.C.de quęſtio.& facit, quia ex-
ceptio in caſu firmat regulam in non exceptua-
tis.l.quæſitum.§.denique.ff.de fun. inſtruc. not.
in c.cum dilecta.de conſ.uti.uel inuti. ſed aduer
te, quia primum non ſubſiſtit, ex quo ratio l.ni-
mis graue.C.de teſti. procedit etiam in ciuili cau
ſa & pecuniaria, & tamen editur fiſco. l.ne quiſ-
quam.ff.de edend.diximus in l.1.ſupra eod.

Confirmat etiam Cur.hanc ſolu.per generali-
tatem l.qui accuſare.infra eod.ſed poſſet dici nō
procedere in fiſco.

Secundò confirmat, quia quis poſitioni crimi
noſæ reſpondere non compellitur.l.aliàs.ff. de iu
reiur.& ibi not.ergo multominus edere, quia fa
cilius ad id compellitur, quàm ad iſtud, ut no.in
c.1.& 2.de confeſſ.in 6.

Quod etiam nō placet, quia acta publica ſunt
& communia, & conuenientius, quod exhibeã-
tur, quàm quod poſitioni reſpondeatur, ne quis
ſuam turpitudinem detegat, ergo non ſunt ter-
mini pares, nec argumentatio bona. Et quia ple-
runque etiam cogitur quis reſpondere poſitioni
quanquam criminoſæ, ut per Ang. in l.amplio-
rem.in princ.C.de ap.Nath.latè in clem.ſæpe. in
§. & quia, col.7. de uerb.ſig.

Tertiò confirmat p tex.in l.non puto.ff.de iu-
re fiſ.inducendo eum ſecundum intellectũ Ful-
go.(ut refert Alex.in l.1.in princ.ff.ſol.mat.) qđ
in dubio contra fiſcum iudicatur, & multomi-
nus hac de re ſibi edendum ſit, quod adhuc tu-
tum non eſt, namq; uarietas lecturarum ad illũ
text.efficit, ut ſuper eo ſolidum fundamentũ fie-
ri non poſſit, nec modo prædicto argumentari
ex eo, iuxta not.per Bartol. in l.in ambiguo. ff.de
reb.dub. Demum cogita, quod in fine iudicii reo
magis, quàm actori fauemus, promptioraq; iura
eſſe ad abſoluendum, quàm ad cōdemnandum.
l.Arrianus. ff.de act.& obl. in princ. uerò magis
actori.l.de die.& ibi no.ff.qui ſatiſd.cog. & ideo
ſtant iſta ſimul, quod in dubio contra fiſcum iu-
dicetur, prout Ful. dicebat, & tamen eidē agenti
edatur in principio iudicii.

Vltimò confirmat, quia fiſcus utitur iure pri-
uati.l.item ueniunt.§.in priuatorum. ff.de petit.
hæred.& quia nulla lex eſt, quæ iſtud dicat, ut in
ſimili arguitur ultra eum, in §.cum igitur, in Au
then.de non elig.ſec.nub.

Sed replicabitur, quod non ſemper utitur iu-
re priuati.l.ſi tutores, & ibi Bald. C.de compen.
& licet non ſit lex, quę hoc dicat, eſt tamen ratio
loco legis, qua id ipſum ſuaderi poteſt. l.ſcire o-
portet.§.ſufficit.ff.de excuſ.tuto. quia in ciuili ſci
licet eidem fit editio.l.ne quiſquam.ff.de edend.
no.in l.1.ſupra eod.uſq; adeo, ut idem etiam in
criminalibus dicendum uideatur. l.abſentem.ff.
de pœn.à ſol.ipſa tamen non eſt diſcedendum.

Sed rurſum obſt.aliqua.primo text.in d.l.2.in
uer.item diui, dum excipit cauſam capitalem, ut
fiſco non edantur, quia ſic innuere uidetur, ſi fue
rit criminalis, non capitalis, puta quia pœna ue-
niat applicanda fiſco, iuxta glo.in l.3.in §.1.ff.de
ſepul.uio.quod ſibi edi debeant.

Sol.facilis eſt, ut hic per Cur.& nos aliàs. no-
uiſſimè dico, quod licet capitalem cauſam exci-
piat, non propterea firmat in non capitali ſecus
eſſe, quoniam utroq; caſu ad uindictam agitur,
& non eſt in conſideratione commodum, quan
quàm pecuniarium. unde cum nummariã cau-
ſam, ideſt intereſſe priuatum, & familiare à cau-
ſa capitali diſtinxerit, quæ publicum reſpicit, &
hoc idem in criminali, non capitali conſiderabi-
le ſit, dicendum eſt generaliter edi non debere.
& pro hoc eſt in ſimili text.in l.interdum. ff. de
publ.iud.& facit etiam glo.in l.1.C. de condict.
indeb.Alb.in l.quod uerò contra.in princip.ff.de
legi.& probo, quia ſi duo ſint in lege (ut dicebã
aliàs) & unius facta ſit mentio, id ipſum fieri ui
detur exemplariter non reſtrictiuè, ut per Bal. in
l.de quibus.colum.14.ff.de legi.unde fit ut dica
mus hinc quoque, quod exempla non reſtrin-
gunt regulam, quanquàm declarent.§.hactenus.
Inſti.de gradi.l.damni infecti ſtipulatio pertinet.
ad fi.ff.de dam.infect.

Secundò obſt.quia cum agitur de delicto pu-
niendo, hoc ipſum reſpicit utilitatem publicam
inquit Bar.in l.quemadmodum. C.de agri.& cē.
lib.10. dic tu quod eſt caſus in l. ita uulneratus,
uulg. ff.ad leg.Aquil. ergo de cauſa ciuili ad cri-
minalem fiet extenſio, ut hoc caſu edatur, ſicuti
illo.d.l.ne quiſquam.in cuius arg.ſol.idem Cur.
laborat multum & torquetur, & meo iudicio,
poterat ſolo hoc uerbo reſolui, dicta ratione ue-
rum eſſe, ſed ex alio non concludens, quia text.
clarum habemus in criminali dicentem contra-
rium in d.§. diuus.ideo ſecundum legem iudice
mus, non autem diſputemus de lege, quia ſacri-
legium eſt.cap.in iſtis.4.diſtin.l.2.C.de cri.ſac.

Vltimò obſt.quia ſi in criminalibus reus tor-
quetur.l.fin. ff.de quæſtio.ad eruendam ueritа-
tem, & appellatur probatio ſuppletoria.l.de mi-
nore.§.tormenta. l.unius. §.cogniturum. l.edi-
ctum.ff.eod.Bald.conſi.259. ad fi.uolum.1. non
eſt

eſt ratio cur non debeat, & multomagis quidẽ,
ad edendum etiam cogi.

Reſpondet Cur. adhuc uerum eſſe in caſibus,
in quibus torturæ ſubiici poteſt per æquiparatio
nem, quam facit Bart. quando ſerui torquentur,
ut ſupra, & in l. 1. & in l. interrogari. C. de quæſt.

Sed cogita quod æquiparatio eſt in caſu ſpe-
ciali, ut editio fiat tunc, quoniam etiam ſerui (ut
dictum eſt) torquentur, nec ad regulam inferri
poteſt. l. ius ſingulare. ff. de legi. quod ſic etiam di
ci debeat, ubi ad torturam deuenitur, quoniam
obſt. tex. in d. uer. item diui. igitur aliter reſpon-
deri poteſt, quod ſi indicia præcedunt, conuenit,
ut capiatur & torqueatur. d. l. fi. ff. de quæſtio. &
plerunq; etiam condemnetur. c. afferte mihi gla
dium, de præſump. latè ſcriben. in l. 1. ff. ſi cer. pe
ta. Alex. conſi. 53. colum. 2. uol. 1. ſed non, ut ſim
pliciter edendo acta ſe ipſum prodat, & eſt uerif
ſima reſponſio. l. Imperatores. ff. de tute. & ra. di-
ſtra. c. quis aliquando. §. non tibi dico. de pœni. di
ſtinct. 1. Alex. in l. cum quidam. in §. quod dici-
tur, col. 2. ff. de acq. hær. Bald. hic (licet ad aliud)
col. 3. Nath. in clem. ſæpe. in §. & quia, colũ. 7. de
uerb. ſign. cogitabis.

Modò ad contrarium redeundo d. §. diuus, ul
tra ſol. prædictas dicebam etiam ego aliàs poſſe
40 reſponderi, † quod illud ideo ibi eſt deciſum, qa
in pœnis fiſcus dicitur habere cauſam lucratiuã,
ut no. in l. 1. ff. ſolu. mat. & in l. Menius. in §. duo-
bus. ff. de legat. 2. ergo ſibi edi non debet, ne duæ
cauſæ lucratiuæ ſimul concurrant. d. §. duobus.
§. ſi res aliena, & ibi Angel. Inſti. de lega. pulchrè
Bald. in l. unica. col. fi. C. de ſen. quæ pro eo. dico-
mus in l. edita. inſr. eod. ergo in priuato ſecus, &
ſic argumentatio non procedit.

Vel & ultimò, quod cum prærogatiuæ fiſci
priuilegia appellentur, ut per Bald. in rub. de pri
ui. fi. debet fieri ſtricta interpretatio taliter, ut mi
41 nus † præiudicetur iuri communi, quàm poſſi-
bile ſit. l. 2. C. de noxa. l. ſi quando. C. de inoffi. te-
ſtam. c. cum dilectus. de conſue. not. in c. 1. de re-
ſcrip. ius commune autem eſt probationes de do
mo rei ſumi non debere, ut ſupra dictum eſt ſæ-
pe. l. nimis graue. C. de teſti. Alex. conſi. 132. col.
fi. uolum. 1. etiam ſi cauſa ſit priuilegiata. l. 1. ſu-
pra eo. ergo admittetur & fiet tãtum, ut ei inſtru
menta edantur, ſi de re nummaria quæratur. d. l.
ne quiſquam. ff. eod. non ſi criminalis cauſa fue-
rit capitalis, uel non capitalis, ideſt pecuniaria,
dummodo eidem ueniat applicanda. d. l. 3. ff. de
ſepul. uiol. & de quibus in d. §. diuus, in caſu no
ſtro haud conſiderabilia. & hoc modo in ſimili
arguit etiam Aret. conſi. 164. colum. ult. & quod
cauſa criminalis dicatur, etiam quod ſit pecunia
ria, ut ſupra, dummodo ueniat fiſco applicanda,
ita etiam per d. l. 3. dixit Bar. in l. 1. in fi. ff. de legi.
& in l. fi. in princ. ff. de priua. delic. & in l. licita-
tio. in §. quod illicitè. ff. de publica. & nect. Bal. in
l. fi. in princ. C. de fruc. & lit. expen. Ro. cõſi. 152.
in prin. Ang. in trac. malefi. in uerbo, ad q̃relã, co-
lum. 2. Veronen. caute. 51. in prin.

In ea. glo. ibi, & no. habes quanquam cuicun-
que petenti acta tam criminalia, quã ciuilia exhi
42 beri debeant † rationibus ſupradictis ad inueſti
gandam ueritatis fidem, ut dicitur etiam in l. nõ
eſt nouum. ibi, ut fides ueri conſtare poſſit, infra
eod. quod id tamen iudicis proprium uidetur,
& forte glo. locuta eſt, hoc ipſum notando iuxta
intellectus, ſupra traditos, aliàs uerba text. ſecun
dum lect. Io. & Azo. etiam in parte poſſunt ueri
ficari. uerum quod id iudicis proprium ſit, tu ex
eo cõfirma, quia lex de aptitudine diſponit, ipſe
uerò de ueritate diſputat. l. Arethuſa. ff. de ſta. ho.
Bald. in l. 1. col. 1. ff. de teſta. l. ubicunque. ff. de in
terrog. act. l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. c. iudicãtem.
35. q. 1. imò quod in ore debet ſemper habere,
quod dicitur in l. cum ita. ad fin. ff. de condit. &
demon. uerbum illud dei, uerum amamus, cum
nec aliud ſit Deus, quàm ueritas, ut in Authent.
de inſtru. can. & fi. & Io. c. 14. & dicit ad idẽ Bal.
in l. ſi irruptione. ff. fin. regun. quod ordo iudicio
rum inſtitutus fuit ad notionem ueritatis, quæ
eſt ſuper omnia, quæq; omnia uincit. legiturque
Eſd. 3. c. 3. ex quo Symandius Ægyptiorum Rex
olim propoſuit ſculptas imagines iudicum, qui-
bus à collo ipſarum ueritatis pendebat effigies,
nonnihil Dec. in l. unica, in 7. not. C. de ſent. quæ
pro eo. Et hinc Moſes querelas populorum, ut
ueritatem inueſtigaret, ad dominum ingreſſus
referebat, utq; imperabat iudicia proponebat.
Diciturq; alibi, quod rerum geſtarum erroribus
uitiari non debet, in l. illicitas. in §. ueritas. ff. de
offic. præſid. Abb. in c. examinata. colum. pen. de
iudic. & quod iudex inuentus eſt, ut ueritatẽ pa-
riter inueniat, Gramma. deciſio. 34. in prin. aliàs
(vt inquit etiam Sene. de clem.) cito decidunt
ea, quibus ueritas non ſubeſt, & cõtra naturam
ſuam redeunt. & quod ad d. effectum notarius
cogi poſſit à iudice ad editionem actorum, nota
biliter declarat Ripa in l. 4. in §. hoc autem iudi-
cium. nume. 71. de dam. infe. & Ang. in Authen.
de tabellio. in princ. quod hac de re ex officio te-
ſtem repellit non idoneum, exemplumq; reiicit,
licet non opponatur. & Pau. Caſt. conſi. 162. nu.
3. uolum. 1. quod iuramentum indiſcretè defer-
ri non debet, ſed cum interrogationibus cõgruis
& oportunis, aliàs ueritas difficulter inuenire-
tur. & licet alibi inſpiciatur non quantum eſt in
ueritate, ſed quantum petitur. in l. cum quædam
puella. in §. quotiens. ff. de iuriſd. omn. iudic. non
officit tamen, quia id eſt uerum, quantum ad iu
riſdictionem fundandam, non quantum ad diffi
nitionem cauſæ, ut hic, & ibi not. Pau. Caſt. in fi.
eſtq; pro declaratione notandum.

Sed dubitatur hinc ſumpta occaſione, an iui-
dex maleficiorum ex officio poſſit examinare te
ſtes ſuper accuſatione à parte non productos.
43 † quæſtio ſanè non inepta, quam Barto. hic dicit
Piſis diſputaſſe, & pro deciſione ipſius, ſe rem t-
tit ad dicta in l. 4. in §. hoc aũt iudicium. ff. de dã.
inſe.

* infe.concludendo iñ quod ſic, & uī eſſe * cõis
opinio,non tamen generaliter intelligenda, ſed
limitatè,qnod pro abſentibus hoc ſibi ſit à lege
permiſſum,ut in authen. qui ſemel,& ibi idem
Bart.nu.3.C.quonio.& quando iud. & in l. am-
pliorem.in princ.C.de appel.Rimi.hic.

Verum Ripa dicit in d.iuribus non probari,
non in d.anth.qui ſemel,quia ex deductis & pro
batis ueritas perquiri poteſt,non in d.l.amplio-
rem.quia intelliguntur uerba ibi, ut iudex ſup-
pleat de iure non de facto.

Replica in,& dic ad primum,quod imò pro-
batur optimè ibi, ex quo forte de innocentia fel
non conſtabat,nec erat legitimè & plenè ꝓbatū.

Ad ſecundum uerò, quod id eſt reſtringere ge
neralitatem dictæ legis,& officium iudicis qđ lá
tiſſimum eſt.l.1.ff.de iuriſd.om.iud.l.ubicunq;
ff.de interrog.act.aliàs eſſet de indubitabili.l.pro-
latam.C.de ſen.l.1.C.ut quæ de.aduo.

Vrget tamen ultra Rip. quia d.iura loqui ui-
dentur in ciuilibus cauſis, non in criminalibus.
ad quod facit,qnod habetur Inſti. de publ.iudi.
in princ.ibi, magnaq; diuerſitas eorum eſt. ſed
nihil facit,quia ſi id eſt à lege permiſſum in ciui
libus,ut iudex quandocunque poteſt ad diffiniti
uam peruenire contra abſentem, ualeat īpartiri
officium ſuum, etiam non requiſitus, ex officio
& ſupplere,de facto examinando teſtes, etiã (ut
diximus) non productos, multo fortius poterit
in criminalibus, in quibus agitur de publica uti
litate,ut in d.§.hoc autem iudicium,no.& de in
nocentia rei dixi ſupra, quia concluſio ſecundo
loco debet ſic intelligi,id eſt quod teſtes pro ac-
cuſato examinari poſſint. l.ſi non defendantur.
ff.de pœn.pulchrè Pau.Caſt.conſi.299. num.10.
uol.2.Boeri.deciſi.165.nu.1.par.1.Barto.met.in
l.ſeruum quoque.in §.publicæ.nume.3.ff.de ꝓ-
cur.& conſi.107.in princ. non pro accuſatore,
quoniam tunc nomen rei debet aboleri.l.libello
rum.§.fin.ff.de accuſ.firmat Barto.in d.§.hoc au
tem iudicium.nume.8.aliquid in l.quid ergo. in
§.pœna grauior.colum.3. ff.de his qui not. infa.

Neque prædictis obſt.tex. in l.properandum.
in §.& ſi quidem.C.de iudi.quia loquitur in ab-
ſente contumace,non ex cauſa,ut declarat Bald.
in d.l.ampliorem.in princ.C.de ap. & Bart.in d.
l.1.nu.2.C. ut quæ de.aduo. & hoc eſt quod di-
cit idem Bald.in l.ſcire oportet.in §.1.ibi, nec ul
la uia eſt ei derelicta ad excuſationem. ff.de excu
ſatio. tuto.

In ea.glo.ibi,& ſic eſt argum. colligitur quod
teſtis debet iurare pro utraq; parte, & conſequẽ
44 ter ueritatem dicere, † qa ita iurat.c.hortamur.
ibi,ut quæ in ueritate rerum nouerunt,profeſſio
ne ſuæ teſtificationis aperiant.3.q.9. uſque adeo
vt à forma iuramenti, quæ eſt de ueritate dicen-
da recedere non debeamus.c.ad noſtram, de iu-
reiur.Bal.in l.1.C.de ſent.quæ pro eo.

Et quia etiam ad examen utriuſque partis ad-
hibetur,aliàs ab aduocatis, & iuriſperitis non
differret: illi enim iuſtum patrocinium uendunt,
iſti uerum conſilium,inquit text. in c.non ſanè.
14.q.5.& ideo inter utranque partem (ut dixi-
mus) ad examen adhibetur,& ibi ſubiicitur, fu
ſius in c.fraternitatis.de teſtib.& eſt argum.in l.
fi.C.de fruc.& lit.expen.& in l.fi.C.de tempo. in
integr.reſtit.pe. & facit uulgatum illud, Amicus
Plato,amicus Socrates,ſed magis amica ueritas,
ut 1.Ethyco.inquit Philoſophus, & ita etiam di
cit Abb.in c.1. col.6.de poſtul.præla.& in c.om-
nes,de maior.& obed.& in c.qualiter,& quãdo,
col.2.de accuſ.& prædicta uera intellige, niſi ſit
ſuper certo articulo receptus,ut in auth.ſed iu-
dex.C.de epiſ.& cle.& in d.c.non ſanè.Spec. i §.
iam de interrogatoriis,nu.7.de teſte.

* Et ita tranſeunt * omnes, & inferunt, præſer
tim Bald. hic,in princ.Fulg.Pau.Alex.Iaſ.& Dec.
ſi depoſuerit pro una parte, & pro alia interroga
tus dixerit nolo reſpondere, quòd ei fides nõ ad-
45 hibebitur,† etiam pro eo, pro quo depoſuit, &
benè,ex quo doloſè uidetur uelle ueritatem ſup
primere,& occultare, debetq; dicere ſe uelle ius
habentem uincere,ut not.in c.quotiens.de teſti.
Spec.in d.§.iam de interrogatoriis. colum.2. eo
titu.nume.19.

Sed dubito ego,ne teneatur falſi. l.Paulus. ff.
ad legem Corn.de fal.c.olim.de reſcr. c.1. de cri.
fal.ſentit Bald.in c.fraternitatis.in fi.de teſti.plus
dicit Feli.in c.1.in princ.de teſti.cog.quod debet
puniri criminaliter,& ciuiliter ad intereſſe parti
poſt eundem Bald.in l.nullum.C.de teſti. uel di-
camus, quod teſtificari cogatur in ciuilibus, in
criminalibus non, quia de dolo manifeſto non
conſtat. imò quod uolunt aliqui indiſtinctè co-
gi poſſe.d.c.1.de teſti.cogen.l.ſi quando. C.de te
ſti.& præcipuè Crot.in tract.de teſti.in 5.par. co
lum.2.q.3.nu.198.aliquid Spec. in §. de teſtium
compulſione.nume.4.de teſte. & per Docto.ſu-
ſius in d.l.ſi quando,quod intellige uerum de iu
re ciuili,quoniam aliàs iure canonum ſecus,niſi
quando ſe odio uel amore ſubtrahunt, aut aliter
ueritas haberi non poſſet, & aliis caſibus,de qui
bus Soci.reg.417.

Sed pone quod teſtis iuraſſet, ſeu iuramento
ſe aſtrinxiſſet ad non dicendum teſtimonium,an
46 cogatur,† ſiue poſſit contrauenire iuramẽto au-
ctoritate propria,uel ſaltem ſuperioris. uidere-
tur dicendum prima facie,quod nõ propter uin
culum iuramenti, argum.in l.uideamus. in §.1.
ff.de in lit.iur.& in c.ad noſtram.de iureiurã. &
in c.quamuis.de pact.in 6.& in l.ſi pecuniã. ubi
glo.quia iuraſti.ff.de condict.ob cau.& in l.2.in
fi.ibi,augeri magis uolumus noſtram Rempub.
& legitimis hominibus progenitis frequentari,
quam impiis periuriis affici.C.de indict. uidui-
ta. tollend.

Tamen contrarium his non obſt. uerius eſt,
ex quo cælare ueritatem eſt peccatum. d. c.1. de
cri.fal.c.quiſquis.11.q.3. & ſic iuramentum te-
merarium,& conſequenter non ſeruandum, ut
con-

contrariis reſpondeamus, quòd in terminis decidit etiam Spec. in d.§.de teſtium compulſione. nume.5.de teſte, & probatur ad literam in c.intimauit.de teſti.& in l.fin.in princ.ff.ad municip. & ita reſidet etiam Alb.in d.l.ſi quando. in prin. & Veronen.caute.4. in fi.quod ſi quis mihi probationes teſtium ſubtrahit hoc modo iuramento non obſtante, examinantur, & ſubtrahens perdit cauſam, ſignanter per text. in d.c. intimauit. & idem in c.conſtitutus.eodem titulo.Innoc.in c.qualiter, & quando. 1. de accuſ.Capel.Tholoſ. deciſio.240.& facit etiam quod habetur in c.nõ eſt obligatorium, de reg.iu.in 6.

In ea.glo.ibi, item eſt argum.colligitur & aliud, quod licet minor nõ iuret de calumnia, iu
47 rat tamen de ueritate † dicenda, adeo uerum, ut
* cum ea tranſeant * omnes, ſe remittẽtes ad not. in l.2.in §.quod obſeruari.C.de iura.calumn. eſt uerum, quod iura per glo. alleg. iſtud non probant, nam (ut dicebam aliàs & eſt uerum) text. in l.interrogari.de quo etiam ſupra, C.de queſt. & in l.cum probatio.ff.de proba. ſolum dicunt, quod iudex laborat, ut ueritatem inueniat. alia uerò, quod teſtis debet pro utraque parte deponere, ita ut conferant potius ad dicta proximiora glo. quàm ad iſtud.

Ad propoſitum tamen ſcias, quod non iurat de calumnia, quia curator ſcit melius iuſtitiam cauſæ, quàm ipſe, ut præciſè dicitur in d.§.quod obſeruari. & quia iudicium eſt actus trium perſonarum, iudicis, actoris & rei, c.forus.de uerb. ſig. quod in minore conſiderari non poteſt, ut agat uel excipiat, quia imbecille eſt eius conſiliũ, & malis captionibus expoſitum.l.1.ff.de mino. & per totum, qui legi.per.ha.ſtan.in iud. l.ſi minor.ff.de ſeru.expor.Bald.conſi.72. columna ſecunda, uolum.2.

Et quia iuramentum prædictum eſt de ſubſtã tialibus iudicii.l.prolatam. C.de ſenten.ipſe autem in iudicio ſtare non poteſt, niſi cum auctoritate curatoris, qui tunc agere uidetur, ex quo pſtat auctoritatem agendi.l.1.§.omnia.C.de uete. iur.enuclean.l. qui fundum.§.tutor. ff.de uſuca. pro empt.quod ultimum tamen damnat Bart.in d.§.quod obſeruari.nume.8.& 9.ideo cogita.

Et quod de ueritate dicenda iuret, ex eo probatur, quia ut teſtis examinari poteſt, l. 1.§.impuberes.ff.ad Sillania.ergo & ſibi iuramentum deferri, ut ueritatem dicat, & ut per Bartol. latius in d.§.quod obſeruari.nu.12.glo.in l.uideamus. in §. curatores.ff.de in lit.iur.& ideo unum non extenditur ad aliud, ut inquit Spec.in §.1.ad fin. de iuram.calum. quod etiam probatur ex alio à ſimili tamẽ, & in cauſis ſpiritualibus, in quibus illud iuramentum non defertur, cum ex æquitate canonum potius, quàm ex legum diſtrictione debitum ſortiantur effectum.c.literas.de iuram. calum. Iſtud autem ſic ut ibidem, & in c. dudũ. de elect. & in c.ex literis, de iureiur. & quia unũ eſt credulitatis, aliud uerò ſcientiæ. c.ſtatuimus, & ibi not.extra, de confeſſ. Specu. in loco præallegato.

In ead.glo.ibi, item an ex his actis, dubitat ut
48 an ex actis probari poſſit contra omnes, † quod contra unum agendo teſtes aſſeruerunt. & concludit quod non, ſumpto argum.ex eo quod dicitur in l.ſed & ſi poſſeſſori.in §.fi. iuncta l. ſeq. ff.de iureiur.ubi clarè dicitur, ſi petam hæreditatem à te, & probem eſſe meam, hoc eſt me hæredem, & poſtea alius eam à me petat, nihil mihi proderit probatio.

Et rationem ibi aſſignat per uiam not.gl.quia res inter alios acta tertio non præiudicat. l.quia. ff.eod.de iureiur. ubi cum dixiſſet ferè idem Iurecon. in l.præcedenti, in fi.his uerbis uſus. cæterum aduerſus alium, ſi uelit prærogatiua uti iuriſiurandi, nihil ei proderit, ſtatim in d.l.quia, rationem aſſignat, quia ſcilicet non debet alij nocere, quod inter alios actum eſt, toto titu.C.res int.ali.ac.c. pen.de re iud. & hic uirtualiter ſentit dum allegat l.ſæpe.ff.eod.ubi hoc etiam dicitur, & ut per Dec.latius, & Alex.ante eum, in d.l.ſæpe, colum.3. Et paulo infra ſubiicit glo.plus, quod nec inter eaſdem perſonas præiudicium facit, niſi teſtes producti ſint aduerſario præſente, ſeu citato.l.ſi quando. §.fin.C.de teſti,

Et ad propoſitum conducit, quod habetur in l.ſi unus.in §.ante omnia.ff.de pact.iuncta gloſſ. & in l.1.ff.de aliena.iud.mu.cau.fac.in princ.& in l.fi.C.quibus res ind.non no.Rom.conſ.487. in prin.plenè, & apertiſſimè (ut idem Dec.inquit) probari uidetur in c.inter dilectos.in §.porrò. de fi. inſtrumen.quem tex.(licet ſubticeat) adducit glo.in d.c.pe.ubi multa, & Albe.in l.ingenuum. in princip.ff.de ſtat.homi.& Alexand.hic, col. 5. & Iaſ.fi.idem Dec.conſi.342.col.penul.uol.2. &
* ita * communiter tenetur.

Eſt uerum (ſubiicit adhuc glo.) quod quamuis quo ad alios nõ faciat plenam probationem,
49 facit tamen qualemqualem præſumptionẽ, † reſpondendo ad tex.in l.res hæreditarias. ff.de cri. expila.hær.& in l.hæredes.in §.idem ſcribit. ff.fa mil.erc. quæ obſtare uidebantur, idemq; glo. & poſt eam Iaſ.ibi, col. 1.in l.ſi duo patroni. in princip.ff.de iureiur.& in l. 1.C.ad legem Cor.de fal. & in l.denunciaſſe.in §.fi.ff.ad leg.Iul.de adulte. Bart.in l.Lucius.ff.de his qui no.infam.& in d.l. res hæreditarias, & in l.admonendi.nu.45.ff.de iureiur.idem Alb. in d.l.ingenuum.in 1.opp. Alex.hic, & in d.l.ſæpe.colum.11.& 20. & ſi hæc omnia locum habent in ciuilibus, multo magis locum habebunt in criminalibus.l.tranſigere, & ibi no.C.de tranſact.l.ſi cui.§.iiſdem. ff.de accuſ. & in ſimili q.decidit Bald.in l.in inſulam. in §.fi. ſolu.mat.quod ſi nobiles fecerint pacem ſub pœna applicanda eccleſiæ, & rupta pace poſtea ſe reconcilient, & omnem iniuriam remittant, quod non propterea eidem eccleſiæ præiudicabitur, & ut per Bartol. hic latius, qui plures conſiderat caſus.

Verum

Verum aduertendum eſt,quo ad dictum glo. de qualiquali præſumptione, quia non uidetur uerum, ex quo teſtis examinatus parte non citata indicium non facit.l.maritus.& ibi Bart. ff.de quæſtio. Are.hic, & in c.cauſamq́;.col.4.de teſti.

Sed poteſt ſuſtinendo glo.reſponderi,ut hic per Dec.poſt Alexã.tamen in l.de unoquoque. ff.de re iud.& maximè (addas tu) quia tertius citari non debuit,cum de ipſius præiudicio tunc non ageretur.d.l.ſed & ſi poſſeſſori, alle.in gl.& ideo ſtant iſta ſimul,quod citatus tertius nõ fuerit,& quod faciat quoad ipſum qualemqualem præſumptionem, & pulchrè etiam Bald.hic,colum. 3.ſic dicens,plenum præiudicium facere nõ poteſt, quia probationes receptæ ſunt non citata parte,ergo (ut diximus) qualequale. multa in ſimili Iaſ.in l.decem.nu.41. ff.de uer. obl.

Obſt.tamen adhuc text. in d.c.inter dilectos, ponderando uerbum, nocumentum aliquod,quod etiam in minimo uerificatur.l.ſi ſeruum. §.ait prætor.& ibi Bart.ff.de acquir. hæred. ſentit Aret. in d.c.cauſamque.& Iaſ.in d.l.ſi duo patroni. colũ. 2.& Soci.hic,in fi.

Cui obiectioni quoque poteſt reſponderi, ut idem Dec. adhuc dicit,confutata ſol.eiuſdem Soci. pro rei ueritate friuola,quod imò uerbũ prædictum eam habebit interpretationem ſubiecta materia ſic dictante, præiudicium plenum nõ inferri ex dictis atteſtationibus Archiepiſcopo de quo ibi,ſed quo ad hoc,ut qualemqualem(ſicut diximus) præſumptionem faciant.l.ſi uno. ff.loca.l.ſi ſtipulatus.ff.de uſu.l. ſcio.ff.de reſtit. in integ.clem. 1.de foro compe.

Et maximè (addas tu) quia rationabilis eſt.l. ut gradatim.ff.de mu.& ho.l. 1.C.de ſacroſ.eccl.

Poſſet etiam reſponderi (ut dicebam aliàs) quod Archiepiſcopo non præiudicent, quia non fuerant publicatæ.

Tamen quia hanc ſolu.ibi improbat Abb.à proxima non diſcedemus, & quod qualemqualem præſumptionem faciant, ita ut dictum uerbum non aliter intelligi poſſit, probatur in l.à ſententia,& ibi Bartol.in princip. C.de appel. & in d.l. ſi duo patroni.

Obſt.ultimò, quia ſi iuramentum tertio non præiudicat.d.l.ſed & ſi poſſeſſori. l.nam poſteaquam.§.fi.ff.eo.non etiam præiudicabunt teſtiũ dicta. & facit quia eſto quod iuramentum propriè non ſit probatio.d.l.ſed & ſi poſſeſſori. §.fi. ibi perinde,ac ſi probatum eſſet.ff.de iureiu. uim tamẽ probationis habet, uel eſt ſaltem releuatio ab onere probandi.l.eum qui.ff.de prob.no.plenè in rub.de prob.extra.

Pro ſol.ad iſtud quoque dici poſſet,eodẽ modo,quod non præiudicet plenè,ſed (ut inquit glo.) quod faciat qualemqualem præſumptionem. d.l.ſi duo patroni. vel (ut hic per eundem Deci.) quod obiectum procedat (& eſt uerius) non in iuramento ſimpliciter, ſed in ſententia lata prætextu iuramenti,quæ minus operatur,quàm ſi lata fuiſſet ex ueris probationibus.l.ſi iurauero. ff. de iur.patr.ſed poſſet replicari,benè ibi dici, ſententiæ ſtandum eſſe,ſed non quod qualemqualem præſumptionem non faciat. & de materia aliàs in d.l.ſi duo patroni,& in præalleg. l.admonendi.ff.de iureiur.

Et hinc effectus reſultant,quòd qualemqualẽ
50 præſumptionem faciat,† ultra multa de quibus per Alex.in d.l.ſæpe.quia ſecundum Bar.in præalleg.l.admonendi,inducitur ſemiplena probatio, cuius quidem ratione tertius tanquam ſua interſit poterit appellare.l.à ſententia. ff.de app. & ita iſtud ipſum debet declarari, ut declarat Rom.conſi.343.col.ult.

Poterit ex hoc etiam deferri ſibi iuramẽtum, ut in d.l.admonendi.rurſum no. & in l.in bonæ fidei.C.de reb.cred.But.in c.fi.de iureiur. & Docto.in c.pen.de re iudi.

Poſthæc tamen Soc.hic,aliter dicit, colum.2. & poſt eum Dec.quod præſumptionem facit pro habentibus cõnexitatem cum eo, qui in iudicio interuenit, non pro perſonis omnino diuerſis,
* & aſſerit idem Dec.ita * cõmuniter teneri, nec aliud Rom.in d.loco ſenſiſſe, & non eſt uerũ, mihiq́; magis placet opin. prima, & quia ab infra dicendis etiam ſtatim, hæc omnia pendent, aliter non inſiſtam.

Primum igitur in iſta materia concludit Bar.
51 & poſt longam diſtinctionem quidem, † ut per eum hic,& in l.2.ff.iud.ſol.quod ſi de facto quæratur,non ſolum inter eaſdem perſonas, uerum etiam inter quoſcunque homines mundi acta facta in uno iudicio probant in alio, & fidem faciunt exemplificando adhuc,ut per eum,& clarè probatur in iuribus ab ipſo alleg.pariter. Addit Rimi.rationem,quia dici ſolet, quod inducunt notorium,& fuit uerbum Innoc. in c.ex infinuatione,in fi.de appel.aliquid Bald.in l.1.colum.2.C.quomodo & quan. iud. notorium autem omnibus innoteſcit.l.pupillus.§.proſcribere.ff.de inſtito.eſtq́; ſatis quod allegetur, ex quo probatio non requiritur,clem.appellanti,de appel.l.ſi adulterium,cum inceſtu. §.idem Pollioni.ff.ad leg.Iul.de adult.imò quod non ſolum notorium inducunt,uerum etiam loquuntur ſemper ultra eum, ut inquit Bald.conſi.229. colum. 2.uolum.1.igitur ſine cõtrouerſia (ut diximus) fidem faciunt inter omnes, & ultra exemplum Bart.exemplificat quoque idem Bal. in ſententia lata contra principalem ſuper excuſſione,ut fidẽ etiam faciat contra fideiuſſorem.

Quod improbat Alex.duobus mediis, primò quia agitur de effectu actorum, an probent excuſſionem legitimè factam fuiſſe, ut poſſit agi contra eum,non de ipſo facto ſimpliciter.

Secundò,quia ita demum fidem facerent cõtra eum adhuc ſi legitimè citatus fuiſſet. l.ſi deſerta.C.ſi propter pub.pen.tradit Bart. in l.decẽ. ff.de uerb.obl.idq́; etiam Iaſ.hic, quod uidẽs Deci.diſtinctionis fœdere nititur opin. concorda-

re,

ſe, ut per eum, clarius Ripa.nu.34.

Videtur mihi quod Bald. ſeipſum ſaluet, quia dicit quod aut quæritur ſimpliciter, an probetur proceſſus & ordo iuris, ſiue debitoris excuſſio: & concludit quod ſic, aut uerè ius perſonæ procedentis, & iſto caſu dicit quod non, ex quo fideiuſſor citatus non fuit, quodq; oportebit probare principalis debitoris obligationem niſi ſit fideiuſſor iudicii, qui afficiatur ex proceſſu cauſæ, & contra quem ſententia executioni mandatur abſque aliquo proceſſu.l.fi.C.de execu.rei iudic. in fideiuſſore contractus minimè uerum, hæcq; eſt concordia Decii, quam (ut dixi) Bald. ſentit optimè locutus hic, & ante eum Bartol.in l.1.in princ.ff.iud.ſol.& profectò mirandum eſt quàm maximè, quomodo ſic Alexan.& Iaſ.ipſum infideliter referant, & dicat Riminal.quod communiter reprobatur.

Vltimò idem Ripa hic, addit exemplum nu-
52 me.35.in conuicto de periurio, †ut fidē faciant acta etiam in alio iudicio & inter diuerſas perſonas, & eſt uerum, nec poteſt negari.c.ex parte, & ibi Abb.col.2.de teſti.ſed conſidera tunc de effectu facti agi, ne conuictus amplius ad teſtimonium admittatur, cum ſit ſententia corporis afflictiua, quæ ipſum corpus ſequitur, ut lepra leproſum.l.ingenuum.ff.de ſta.hom. c.cito turpē.1.q.2.& fuſius, ut per eundē Abb.in loco p̄alle.

Et ita etiam poſſet dici ad exemplum Bart. & Bal. Niſi ſaluando reſpondeamus, quod uoluerit conſiderare factum ſimpliciter, & quaſi in abſtracto, prout diſtinguitur ab effectu facti, quod ipſum (ut etiam Purpu.inquit num.70.) immediate producit, ut infra.uel & clarius, quod licet factum hoc effectum pariat, non tamen de ipſo effectu quæritur, ſed de facto ſimpliciter.

Additio.

Ad Bald.exemplum redeuntes, quod in fideiuſſore iudicii, ſeu de iudicato ſoluendo, acta p̄bant excuſſionem factam fuiſſe, ita ut ſtatim fiat executio; non autem ſi fuerit fideiuſſor contractus, ex quo citatus non fuit, moueo difficultatem, & dico, quod quamuis non probent dicta ratione ſeu præiudicium eidem faciant, faciūt tamen qualemqualem præſumptionem, maximè (ut dicebamus ſupra in glo.) cum non ſint perſonæ omnino ſeparatæ, & iuramentum in ſupplementum probationis deferri poterit. cogita, & de materia latius dic ut in præalleg. l.decem. ff.de uerb.obl.

Secundò concludit Bart. ſi de effectu facti q̄ratur, & acta reſpiciant litis ordinationem, exemplificando adhuc ut per eum, quod effectum reſpicientem ipſam inſtantiam nō habent in alio iudicio, ut fidem faciant etiam inter eaſdem perſonas. Et nimirum quoniam ipſa inſtantia pempta, pereunt acta, ut ipſemet uirtualiter ſentit, dum alleg.text.hoc dicentem, in l.cum lite mortua.ff.iudic.ſol.& no.in l.properandum. in prin. C.de iudi.eritq; neceſſaria noua lit.conteſt.fideiuſſoris datio & ſimilium, ut per Abb. in c.cauſamq̄ue.col.pen.de teſti. & ad propoſitum dicit Bald.alibi in l.ſi pater. C.manda. quod inſtantia perempta etiam, nulla datur amplius litis pendētia. & Dec.ac Ripa hic, quod utilitas hinc quoque reſultabit, quod in alio iudicio dilatoriæ exceptiones opponi poterunt, qđ tamen fieri non potuiſſet aliàs poſt litem conteſtatam.l.ita demum.C.de procu.& prędicta procedunt, niſi habeatur recurſus ad principē, & uitæ ſpiritus inſuffletur, quoniam tunc reſurgerent omnia, & non amplius diceretur perempta, neque ſimul cum ea acta periiſſe, ut in regno Neapolis, quod ex multis oſtendit Gramma.deciſio.69.col.1.& deciſio.91.nu.1.& deciſio.103.nu.117.

Vel ſi ſtaret ſtatutum in ciuitate (ut hic Patauii) renouari debere, & cum Bart.tranſeunt cō-
* muniter * Docto.

Sed ſi partes conſentirent acta in alia inſtātia uires habere, quid iuris eſſet hoc caſu? idem Deci.& Ripa hic, poſt But.in c.præſentata, de teſti. ſentiunt, quod poſſint hoc facere, quodq; uires habebunt, ex quo uno ictu ea etiam renouantur ſi uelint, ut per Bart.in l.mutari.ff.de procura. & in d.l.properandum.in princ.nu.5.

Sed cogita tn quomodo iſtud uerum ſit, cum non poſſit fieri niſi lege, uel ad principem (ut p̄ximè dicebam) habeatur recurſus, qui eſt lex animata in terris.§.fi.in Auth.de conſu. quique in eam inſufflat ſpiritum uitæ, ſicuti olim Chriſtus in Lazaro, ex quo à priuatione ad habitū regreſſus eſt difficilis, poſitoq; impoſſibili in eſſe, nullum ſequitur contingens.l.qui res.§.aream.ff.de ſol.l.filium.ff.de his qui ſunt ſui uel alie.iur. nec officiunt dicta Bart.in locis ſupra alleg.quia loquuntur, ſiue loquuntur tn productione facta de nouo, etiam quod eadem ſint acta, quę operatur perinde ac ſi nunquam inſtantia periiſſet.l. Aquilius Regulus. ff.de don.l.ius ciuile.ff.de iuſtit.& in.cum ſimilibus. & probatur quoque, quia inſtantia alibi erat perempta, & tamen acta unius iudicii fidem etiam faciunt in alio. c.præſentata. de teſti. quod eſſe non poteſt niſi ex hoc, qa princeps (ut diximus) in eam inſufflauerat ſpiritū uitæ, uoluitq; tunc Papa, ex eiſdem actis cauſam debito fine terminari. Quod tamen Ripa adhuc ait non probari, licet in ſe uerum ſit, ex quo non apparet quod loquatur de actis litis ordinationem reſpicientibus, neque etiam quod inſtantia perierit. Sed reſponderi poteſt, ſatis apparere, cū generaliter loquatur, iuxta doctr. Bart.in l.1.nu.7.ff.de uulg. & pup.ſub.l.fi.C.quod cum eo. & quia dicens ex eiſdem actis, neceſſario innuit periiſſe, inſtantia perempta. Tamen quod ibi non probetur, liquet ex alio (ut poſtea ſubiicit) quia inſtantia non perit de iure canonico, & benè.c. cum olim.§.iudices. de priui. & atteſtatur Abb.
* in d.c.præſentata.col.3.ita communiter * teneri, & eſt differentia inter. unum, & aliud ius pulcherrima, quam ponit etiam Bart.in tract. de differ.

fer.int.ius cano.& clu.col. 3.

53 Verum ad idem dubitatur, † ſi effectus nō ipſam inſtantiam, ſed cauſam reſpiciant, nunquid pereant acta, an uerò durent quo ad dictos effectus, etiam in alia inſtantia, concludit idem Bar. hic, & in l. 2. C. de fruct. & lit. expen. quod ſic, exemplificando, ut per eum. declara tu latius mediante litis conteſtatione cōtrahi uitiū litigioſi, * & reum conſtitui in mala fide, quod * oēs etiam præſupponunt, & conſequenter quo ad iſtos effectus, quod acta non pereunt perempta inſtantia. & probatur in l. fi. C. de præſcript. 30. annor. quem tex. adducit idem Bar. in d. l. 2. & benè, nec meruit reprehendi, quod allegata hic per eum nihil faciant adhuc, ut hic per Cur. quia ſi rectè aduertatur faciunt optimè, quod illi effectus perſonales ſint & præſcriptio interrumpatur. uerū eſt quod allegat l. ſi quis emptionis titulo, & uoluit ac debuit allegare l. cum notiſſimi. §. ſed & ſi quis. C. eo. & latius, ut in d. l. 2. ad propoſitum igitur dicit text. in d. l. fi. ſi ego egi tecum rei uendicatione, poſtea lite conteſtata ceſſaui caſu impeditus, quod interrumpetur pręſcriptio, neque perpetuata actione uſque ad annos 40. minori tempore amplius pręſcribi poterit, ergo etiā perempta inſtantia, quæ finitur triennio. l. properandum. in princ. C. de iudi. effectus prædictus durabit, & malæfidei poſſeſſor reus dicetur, tenebiturque ad reſtitutionem fructuum. & idem per iſtum tex. dicit gl. ante Bar. in d. l. properandum, in §. & ſi quidem, in uer. iudicii. & probat aliud exemplum, quod res efficiatur litigioſa, quodq; uitium duret etiam inſtantia perempta, & formaliter in §. fi. in Auth. de litigio. & eſt utilitas hoc caſu pariter, quia tunc alienari non poterit, aut h. litigioſa. C. eo.

Sed contra primum difficultatem mouet idē Cur. & dicit, quod cum nemo cogatur ius ſuum indefenſum relinquere, & confiteri id quod petitur, impoſſibile eſt, quod reus in mala fide conſtituatur. l. illud. ff. de pet. hær. quomodo arguit etiam Bal. in l. fin. in fi. C. quib. ad lib. proclu. non li. & conſi. 326. col. 3. nolo. 1. & Ang. in l. 1. in §. 1. ff. ſi ex noxa. cau. aga. & fuit argum. Bar. in l. fiſcus. in princ. ff. de iure fiſ. quod idem Cur. inſolutum relinquit. Ripa uerò reſpondet, quod ſequuta ſententia cōdemnatoria præſumitur fuiſſe retro in mala fide, adhuc poſt Bar. ī d. l. fiſcus. & malè, quoniam ſic ſola litis conteſtatio hoc ipſum non operaretur, & tamen operatur, ut ſupr. * oſtenſum fuit. & ita * communiter tenetur, poteſtq; ad argum. reſponderi facile, & dici regulā eſſe ueram, ſed non, quod mala fides non præſumatur hoc caſu, ex quo (ut dicebam aliàs) ſubeſſe uidetur quid, quod ſibi imputari poteſt, cur inſtantiam labi permiſerit. l. properandum. §. & ſi quidem. C. de iudic. & idem ſi noua inſtantia inchoaretur ex eadem cauſa, ut ſignanter Bartol. met inquit in d. l. fiſcus. & per locum à ſpeciali probatur hæc concluſio, quia perempta inſtātia per expreſſam partium renunciationem pereūt acta quo ad omnes effectus. l. cū mota. C. de tranſact. quæ hoc idem ſatis probat in ſui generalitate, quicquid ab aliquibus dicatur. & idem ſi reus fuiſſet abſolutus ab obſeruatione iudicii ob ineptitudinem libelli. l. ſi paret. C. de fruc. & lit. exp. & ut per Alexan. ac alios latius. Adde Hoſti. & Io. And. in c. cauſamque. de teſti. & ſignanter Soci. in c. uenerabilis. colum. 24. de iudic. pulchrè Bald. in l. 1. in prin. C. ex delic. defunc. & in l. magiſtratibus. ff. de iur. om. iud. & Corſe. in ſingula. præſcriptio. 3.

Verum ad exempla redeundo uidetur dicendum quoque quod nec ſecundum ſubſiſtat, de uitio litigioſi, ex quo Bar. contrarium tenuit in l. 1. in §. fi. ff. de litig. quod imò pendente uitio res poterit alienari.

Reſponde breuiter (Cur. enim hic multa effundit uerba, quæ non referam aliter) quod uitium litigioſi non rem, ſed perſonam afficit, & eſt reſponſio Bart. hic, dum dicit, quod effectus ſunt perſonales, & in d. §. fi. quem etiam Iaſ. ſequitur, & no. quoque in l. 1. ff. eo.

Vel & ſecundò, quod ſtāt iſta ſimul, quod duret uitium litigioſi, & tamen alienatio permittatur, ut idem Bar. ait ibidem: & benè, quia operabitur alios effectus, ut is ſcilicet in quem fit alięnatio, nō poſſit in præſcriptione connumerare tempora ſui auctoris. l. 1. C. de præſcrip. lon. tempo. & ſi cecidiſſet à poſſeſſione, quod recuperari non poſſet obſtante exceptione, ut in d. §. fi.

Vel & ultimò, quod olim alienatio fieri poterat, hodie autem non. l. fi. C. de litigio. & ſi diceretur, ut idem Cur. dicit, quod contra communē poſſet attentari noua opinio, quod imò perempta inſtantia pereat etiam uitium litigioſi, & malæ fidei, per text. in l. cum lite mortua. ff. iudi. ſol. ponderando uerbum, res nulla ſit, & per tex. qui adducitur per Bar. & pro communi, in l. fi. C. de præſcrip. 30. anno. conſiderando ibi, ante litem conteſtatam agi de mala fide, ex quo præſcript. 30. anno. de qua loquitur, huiuſmodi eſt, ut curtat, etiam quod præſcribens bonam nō habeat, & ſic, quod per litis conteſtationem inducta non fuerit.

Reſpondebo dictum uerbum nulla, reſtringi quo ad effectum reſpiciētem ipſam inſtantiam, ut dictum eſt ſupra, & non cauſam, quoniā tunc etiam ipſa perempta, durant acta, & nouiſſimè ratio colligi poteſt ex no. in l. 2. in §. fi. & ibi Bar. ff. de don. & per Doct. hic latius, quodq; minus facit inductio d. l. fin. quia imò ex curſu temporis annorum 30. in dubio præſumitur bona fides, etiam in poſſeſſore ſine titulo ſecundū Bart. in l. fi. ad fi. C. unde ui. plenè Balb. in rep. l. Celſus. nume. 85. ff. de uſucapion. ergo neceſſariò ibi (ut dicebatur.) mala inducta erat per litis conteſt.

Sed ultra Cur. aliud eſt, quod magis urget cōtra communem, quo ad uitiū litigioſi, quā odioſum eſt, ex quo res efficitur non alienabilis, ut

ſupra,

ſupra, odia reſtringenda ſunt. l.cum quidam. ff. de lib. & poſthu. ergo perempta inſtantia nõ deberet durare.

Eoq; magis, quia poſſet ſic quilibet prohibere alienationem rei ſuæ, ſecum litem conteſtando, & malè. l.rem. ff. de dulo.

Niſi ad primum dicamus, quod cum acta à principio ſecum executionem traxerint, ceſſante cauſa nun debet ceſſare effectus iam cõſumatus. d.l.2. & ibi Bar. ff. de don. tradit Bal. hic, col. pen. Cano. in c.cum ceſſante, de ap. ergo uitium durabit, q̃uis odioſum, iam contractũ per litis conteſtationem, licet inſtantia perierit.

Nec officit ſecundum, quia ſic dicere eſt expreſſam legis determinationem poſitam, in d.auth. litigioſa, & in l.ſeq. & in l.ult. C. de litig. reprehendere, deq; ipſa diſputare, & non ex ipſa determinare, cõceſſum nemini. c.in iſtis. 4. diſt. & hoc eſt quod dicit glo. in l.ſi nun fuerit. ff. pro ſoc. qđ ubi lex figit pedem nun eſt ulterius loquendũ, facit tex. in l.proſpexit. ff. qui & à quib. & in l.ſi. nanis, & ibi Bal. ff. de rei uen. & quamuis obſtare uideatur tex. in d.l.rem, non obſ. tñ, ſed potius facit pru cõi qđ per litis cuuteſt. res efficitur litigioſa, quodq; eiuſdem ĩpeditur alienatiu, & ibi glo. ſignanter per iura ſuperius alleg. & pręcipuè per tex. in d.l.ſi. C. de litigio.

Tertiò concludit Bart. (alia non tango, q̃a nõ expedit rõe inſtitutæ breuitatis, dic ut per doct.) ſi acta reſpiciant ueritatis indaginem, (& eſt ſm membrum principale) exempli gratia dicta teſtium, nec ſint publicata, qđ fidem non faciũt in alia inſtãtia etiam inter eaſdem perſonas, & hoc ipſum per glo. in l.3. ff. quæ in frau. credi. & in l. geſta. C. de re iud. & utrubique Bar. no. qui tamé d.l.3. legit cum prima. ideo aduertendum eſt. & non ab re, quia ſi perempta inſtantia ante publicationem, pereunt & ipſa quoq; impoſſibile eſt, quod fidem faciant in alia, ex quo non ens effectum non producit, uulg. l.eius qui in prouincia. ff. ſi cer. pet. l.non dubium. C. de legi. cum ſi.

* & ita * communiter tenetur.

Vnum ſolum ubſtat, qđ publicatio teſtiũ non eſt de ſubſtantia. l.prolatam. & ibi Bar. C. de ſen. & propterea ſm Dec. deberent fidem facere, etiã qđ non fuerint publicata, & qđ publicatio nõ ſit neceſſaria adducitur quoq; p Rimi. tex. in c.ſi. de hær. in 6. & malè, qm̃ ſpecialiter loquitur in cauſa hæreſis. ex cuius dictis tñ rñſio colligitur, & eſt uerum, quod licèt neceſſaria non ſit, quo ad ualiditatem ſententiæ ex quo lata ẽt ſine probationibus, tenet d.l. p̱latam, eſt tñ neceſſaria ſimpliciter & reſpectu ipſarum atteſtationũ, ut no. in l.ſolam. C. de teſti. & in d.l.geſta. & ſi ad l.iſtã, obiiceretur, nil de publicatione dici, ſed tantum quod acta debent in publica reddi monumẽta, reſpondeo ſubintelligi neceſſario. c.ueniens. de teſti. c.cauſamque. & ibi not. eod. titu. c.1. ut lite non conteſt. d.l.ſolam. & quia non aliàs eſſent cõmunia, nec acta propriè dicerentur.

Imò quod licet ſimpliciter allegetur hic, idem Bar. tamen in d.l.3. ff. quæ in frau. cred. allegat eã tantum in arg. & in l.2. ubi hoc idem tenuit. nu. 5. ff. iudic. ſol. notata ibidem. & ſumpta occaſione dubitant ſcriben. amplius, an publicatiu poſſit fieri ab alio iudice, multaq; ĩ ſpecie dicit Cur. & nititur probare quod ſic. dic tu quod upinio contraria eſt uerior fundata in regu. l.nulli. C. de iudi. præterquam tamen in caſibus hic pulcherrimè enumeratis per eundem Rim. col. 11. quos referre nun curo, ſunt enim huiuſmodi, ut nulla prorſus egeant ſuppletiune.

Quartò igitur concludit Bart. ſi dicta teſtium fuerint publicata, quod fidem faciunt etiam in alia inſtantia, & prubari uptimè uidetur in iuribus per eum alleg. eſt uerum ſi acta facta ſint coram arbitro, quud fidem nun facient in alio iudicio, etiam inter eaſdem perſonas, niſi adhibita diſtinctione. l.ſi. C. de teſt. ſi uerò coram iudice ſic,

* & ita dicit Alex. * communiter teneri, Bal. uerò hic, colum. pen. contrarium, qđ imò arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum, & malè, primũque uerius ex alleg. per eundem Alex. ad quod etiam Seyſel. aduertit, nec ab eo diſſentiu, & ita etiam dicit Bart. in d.l.2. nume. 5. ff. iudic. ſol. & in l.2. nume. 6. ff. ui bun. rap. & ad declarationem cum de arbitru luquimur, dic exemplum ſic uerificari, quod teſtes receperit, poſtea eius officiũ expirauerit, deinde coram iudice partes litigauerint ſuper eadem re, ut fidem faciant, adhibita (ſicuti dictum eſt) diſtinctiune. d.l.ſi.

Et hinc dubitant ſcriben. Alexand. Dec. Riminald. & alii, an concluſio hæc procedat indiſtinctè, an uerò quando alia cauſa tendit ad eũdem finem, multa hinc inde dicentes, & iſtud idem, quia Bartol. in d.l.ſecunda. ff. iudic. ſol. hoc ultimum tenuit, contrarium uerò in d.l.2. in ult. colum. ff. ui bon. rapt. & non eſt uerum, ut ex ipſius lectura conſtat, & uſtendit idem Dec. & bene, q tamen ueritatem concluſionis aliter nun p̱bat, igitur dic tu ratione poſſe demonſtrari, quia ſicut ſententia ſi ad alium finem agatur, nõ obſtat l.cum quæritur, & ſeq. ff. de excep. rei iudic. pari modu non obſtabunt atteſtationes, nec facient fidem, & probatur rurſum, ut dicebam etiam ſupra, in cap. inter dilectos. in §. porrò. in uerſi. nec atteſtationes, de fid. inſtrumen. ſentit Abb. in c. ueniens. 2. col. 6. de teſti. & in c.cauſamq;. culũ. penul. cod. tit.

Sed obſt. uuum, ut idem Abb. inquit in d. locis, quod cum acta inducaut nutorium. c.cum
54 †olim. de uer. ſig. plenè Alex. in l.exitus. in prin. ff. de acq. poſſ. & prima ſulemnitas ad hoc ſufficiat deberent puſſe, ut notorium facientes adduci, quod etiam Inno. in ſimili probat in c.qualiter & quando. 2. ad ſi. de accuſ. & præcipuè quia ſic uidemus quoque, quod inſtrumẽtum fidem facit ſuper eo etiam ſuper quo nun fuit confeſſum. l.optimam. C. de contrah. & com. ſtipul. c. illud. de præſump. imò quod dicit in d.cap. cau-

ſamque, hanc partem tanq̃ æquiorem ſibi magis placere, ne opprimatur ueritas his ſubtilitatibus. uenia.c.dilecti.de iudi.c.abbate, in fi.de re iudi. in 6.& urgent prima facie, niſi ad primum dicamus, quod ſententia etiam inducit notorium.c. ueſtra.de coha.cler.& mul. & nihilominus fidẽ non facit, ſi ad alium agatur finem, ut ſupra; ergo nec atteſtationes. & probatur per locum à ſpeciali, in d.c.uenientes. quia ſi faciunt communi partium conſenſu, vt ibi, vtique non erit regulare.l.quæſitum.§.denique.ff.de ſun.inſtr.

Nec obſt.inductio d.l.optimam. quia dicam, ut dicit Innoc.in c.cum in iure peritus. colum. 2.de offic.dele.continere caſus ſpeciales, qui ad conſequentiam trahi non debent. c. quæ à iure, de reg.iur.in 6.uel ſecundum Bal.in l.2.C.de ne. ſer.hær.inſt. quod ibidem fuit utriuſque partis confeſſio ad ualiditatem actus emanans, quæ ſibi potuerunt liberè præiudicare, ut per Bat.in l. ſi forte.in fi.ff.de caſt. pecu.nonnihil dicens etiã in authen.ſi quis in aliquo.col.1. inſt. eo.

Vel & aliter, quod ibi ſolum agitur de uerbis enunciatiuis tabellionis, quæ neceſſaria ſunt in actu, quodq́ue probant, ſeu quod reſpectu illius actus tantum fidem faciũt, ut per Deci.in c.cum uenerabilis.colum.15.de excep.& Bald. ante eũ conſi.194.colum.2. uolum.1. plenè Gerar.Petr. ſanc.ſing.39.Rom.conſi.155.in prin. imò quod generaliter ſtandum eſt eiſdem in iudicio, uel extra, ſi pars ſit præſens, & non contradicat, ut per illum tex.dixit etiam Anch.conſi.159.col.fin. & conſi.179.circa medium.& conſi.242.col.1.& hoc ipſum niſi probetur contrarium, ut per eundem conſi.291.col.2.Arc.in §.fi.in prin. Inſti.de fideiuſſ.quibus (ut uerbis ultimis etiam Abb.reſpondeamus) ueritas detegi uidetur, & ſplendeſcere in lucem potius, q̃ (ut dicebatur) ſubtilitatibus uanis opprimi uel anguſtari. & plus quod nec, ſi rationabiles fuerint, reprehenſionẽ habẽt. d.c.abbate.c.capellanus.de fer.

55 Et q̃uis † prædicta in atteſtationibus, procedant ſicuti declarauimus, ſi in alia inſtãtia ad eũdem finem agatur, non ſi ad diuerſum & ſeparatum, ſecus eſt tñ in confeſſione, quæ indiſtinctè præiudicat confitenti, ut hic per Bald. Alex. Deci. & alios, & probatur in l.generaliter. in rõne lui. C.de non num.pec.& in l.locum.in §.ſi quis. ff. de tab.exhib.& fortè Barto.ſupra exemplificauit in dictis teſtium, & confeſſionibus, & poſtea de his nihil dixit, niſi in fin. quando acta pertinent ad litis deciſionem, ut infra, mirandumq́; eſt maximè. Adde tu tex.in l.fi.in princ.C.arbi.tu. & in l.ſi ille.C.de decu.lib.10.& quod negari nõ poſſit, quod quiſque ſua uoce dilucidè proteſtatus eſt, ut in d.iuribus dicitur. ita etiam arguit Bal. conſi.præalleg.194.Et licet præiudicare confitẽti dixerimus, ſcias tamen ut hic per Riminald.etiam prodeſſe, & æquum eſt, ut in ſimili habetur in l.1.C.res int.ali.ac. But.& alii in c.per inquiſitionem.de elect. Et adhuc ſecundum eum inſerri poteſt, quod plus operatur confeſſio quã probatio, quæ releuatio ab onere probandi dicitur, ut not.in rubr.de proba.extra, & ſic maioris auctoritatis. & facit, quia ita etiam uidemus q̃d præſumptio iuris & de iure non admittit probationem in contrarium, niſi per cõfeſſionem partis.l.antiquæ.C.ad Velleia. auth.ſed iam neceſſe. C.de donat.ante nupt. quodq́; negatiua ſui natura improbabilis eſt.c.bonæ.de elect. & tñ confeſſionem admittit pariter.c.1.de conſe. in 6.

Et quod ſententia deniq; nulla eſt ratione ordinis non ſeruati, & tamen ſi pars confiteatur, ualet.c.Piſanis.de reſtit.ſpol. d.c. per inquiſitionem, & utrobique no.Inn.& Bal.poſt eum in l. cum mulier.col.12.ff.ſol.mat.

Verum aduerte (quod ſupradicta enim procedant in confeſſione uera non ficta, etiam incidẽter facta, per uerba tñ diſpoſitiua. Item propria id eſt Domini, & non procuratoris, & latius, ut hic per eundem Rimi.ita etiam firmamus nos, firmat Dec.& cæteri, nec eſt in his dubitandum) quia uidetur quod confeſſio non ſemper præiudicet confitenti, caſus eſt not. in l.Lucius.in §. quiſquis.ff.de lega.2. ubi teſtator confeſſus erat ſe eſſe debitorem trium denariorum ex cauſa depoſiti, & tamen confeſſio ſibi non præiudicat, neque depoſitum probatur.

Sol. illud ideo eſt, quia facta fuerat in abſentia partis.l.ſi.ff.de interrog.act. declarat Bal.in d. l.generaliter. colũ.4.q.10.eratq́; nuda ſcriptura non uallata conſenſu recipientis, hic aũt totum contrarium.

Vel dic quod non faciat ad propoſitũ, ex quo loquimur in confeſſione facta in uno iudicio, ſiue in una inſtantia, an noceat in alia, aliter uerò ibi Iureconſ.

Vel & tertiò, quod licet non p̃iudicet ſibi quo ad hoc, ut denaria tria petantur, de quibus ibi, præiudicat ſaltem ut petantur iure legati, ſm Old.conſi.258.col.2.& in pulcherrima q.inducit Bald.in l.deberi.C.de fideicom.lib.

Obſt.ẽt tex.in l.interrogatam.C.de lib.cau.ubi confeſſio mulieris dicentis apud acta ſe eſſe ancillam, ſibi non præiudicat, neq; libertatis defenſionem tollit.

Sol. fortè id eſt, q̃a confeſſio non erat facta in figura iudicii, & ſic perinde, ac ſi facta fuiſſet extra iudicium, ut per Flo.in l.ait lex. in §. notãdũ. in princ.ff.ad legem Aqui.

Tertiò ob. tex.in l.pe.ff.de conſe.ubi hæres cõfeſſus, ſe debere fideicom.peteti, & condẽnatus ſibi nõ p̃iudicauit. Sol. illud ideo eſt, q̃a cõfeſſio facta fuerat p relationẽ quandam, & ſnĩa lata ex confeſſione, perinde ac ſi lata fuiſſet ex falſis p̃bationibus, quo fit, ut mirum non ſit ẽt ſi p̃iudiciũ non pariat confitenti. Vel dic q̃d ſpeciale ſit q̃n lata eſt prætextu ultimæ uolun. ut etiã in d.§. q̃ſq̃s. & ſentit Bal.in l.error.col.1.C.de iu.& fac. ign.q ibi, co.3.dicit quoq;, q̃d error reuocari nõ põt, niſi minoris ætatis ſuffragiũ, uel aliud æquitis

tis ſubſidium afferat reſtitutionem in integrum. Vel quod ibi agitur de exceptionibus ſententiã modificantibus, quæ per ipſam non excludûtur, ut per Bald. in l. ex diuerſo. in §. 1. col. 2. ff. ſol. matrimo. & Alex. in l. rei iudicatæ. in §. 1. colum. 1. ff. eodem. in caſu noſtro haud conſiderabile.

Vel & generaliter, quod appareat poſtea in teſtamento petenti nihil relictum fuiſſe, uel in patrimonio nihil eſſe, unde ſoluatur, & latius etiã, ut per eundem Bald. in l. 1. colum. 13. C. de conſe. qui plus dicit ibidem, colum. 12. quod dicta l. non eſt facilis intellectus, ex quo habet diuerſas lec. tradit Bart. ultra eum, in l. in ambiguo. ff. de rebus dub.

Et quoniam incidenter inter cętera de confeſſione uera intelligi debere diximus, nõ de ficta, ita ut contumax, qui habetur pro cõfeſſo in cauſa ciuili, non habeatur pro tali in criminali, ſecũdum Bald. hic, & alios, quos citant Rimi. & Deci. aduertendum puto nouiſſimè, quoniam Oldra. conſi. 320. nu. 2. contrarium ſenſit dicens ſignanter, quod ſicuti quis uenire non poteſt contra ea quæ ore proprio confeſſus eſt. d. l. generaliter non poterit uenire pariter aduerſus confeſſionem ex contumàcia pręſumptám, pér tex. in l. conſiliarios. C. de aſſe. & in l. locorum. C. de omni agro de. lib. 11. & in. §. ſi uerò. in Auth. de exh. re. & nihilominus Bart. in l. eius qui delatorem. in fi. ff. de iu. fi. dicit pro prima opi. eſſe tex. expſſum in l. 2. in §. 1. ff. eod. Cui poſſet reſponderi diſputãdo, quicquid aliàs dixerim, quod ideo ibi, qui inſtrumenta non exhibet fiſco, habetur pro confeſſo per ſententiam diffinitiuam, & nihilominus confeſſio fidem non facit in alia cauſa, ex quo expreſsè ita diſponẽdo proceſſit, ſubtractionis præſumptionem non nocere, niſi in cauſa iã mota, ergo non regulariter, & præcipuè quia nõ minus operatur fictio q̃ ueritas. l. qui ad certum. ff. loc. l. 1. in prin. C. de rei uxo. act. imò quod loquimur in præſumptione in qua minor dubitatio uidetur, ex quo ſæpe cum ueritate concordat, fictio nunquam, ut per Bal. in rub. de proba. extra in prin. refert Cur. conſi. 4. nu. 15. tñ à prima opi. non eſt recedendum, quæ cum Bar. eſt cõis.

56 Quintò & ultimò † concludit (redeũdo modo unde diſceſſimus) quod ad quaſcunq; perſonas porrigitur effectus ſnīæ latæ ẽt inter alios, ad eaſdem porriguntur effectus probationis.

Vel clarius ex aliorum mẽte, quod eiſdem nocent probationes, quibus nocet ſententia.

Vel & rurſus, quod idem iudicatur de actis, * quod de ſententia, cum quo pariter omnes * tráſeunt, & ex multis probat Ripa, ut per eum poſt Bar. in l. 2. nu. 6. ff. iud. ſol. & in l. ſæpe. ad fin. ff. de re iud. & ibi Alex. colum. 52. & tex. quem adducit idem Bar. hic, in l. ſed & ſi poſſeſſori. in §. fi n. ff. de inreiu. ibidem inducit Iaſ. & alium non minus egregiè hoc ipſum probantem citat in l. lege Iulia Petronia. ff. de manumiſſio. & poſt eũ idem Ripa etiam hic tacito tamen auctore. adde tu antè omnes ad idem d. text. induxiſſe & dixiſſe no. Bal. in l. cum magiſtratu. in fi. C. quan. prouo. nõ eſt ne. & ſignanter ꝙ notorium eſt, eũdem fauorem atteſtationibus deberi, qui debetur rei iudicatæ, & Alex. hic, in 2. conclu. colũ. 5. & tex. in d. §. fin. adhuc ante Iaſ. inducit idem Alex. in præal leg. l. ſępe, quod à pari procedunt ſententia & acta, & eſt uerum, licet Purpu. hic, num. 78. dicat non probare, ex quo uult ſi nõ nocent probationes uerę ſecundum eum, quod nec noceat iuſm & ſic (inquit) arguendo negatiuè de maiori ad minus, qđ eſt alienum penitus à mente Iuriſcon. uolẽtis potius (& ita induci debet iuncta l. ſeq.) iuſm uim ſententię, & probationis habere inter eaſdem pſonas non inter alias, ergo quibus ꝓderit ſnīa, uel nocuerit, eidem etiam proderunt, & nocebunt alia acta ſiue probationes, & ad propoſitum non mirum eſt, qm̃ ſnīa ẽt ex actis pendet, & iuſtificatur regulariter, ut dictum eſt in figuratione caſus. not. plenè in c. qm̃ contra. de ꝓba. & in c. pe. ubi Abb. col. pe. de iud.

Cætera etiam dicta Barto. parum dubitationis habent, deq; l. fi. infra de teſti. per ipſum alle. meminimus ſupra, nec eſſet amplius hac de re ĩ eis inſiſtendum. Tamen puto aduertẽdum, dum dicit, quod acta facta in uno iudicio non probãt in alio etiam inter eaſdem pſonas in his q̃ curſu tẽporis mutantur, exemplificando ut per eum, dicentẽ quoq; idem in d. l. 2. nu. 7. iud. ſol. & uidet tex. utrobique alleg. in l. ſpadonem. in §. qui abſolutus. ff. de exc. tut. ubi ad literam inquit Iurecõ. quod qui à tutela uel cura abſolutus eſt, non omnino depoſitionibus ad remiſſionẽ alterius creationis utetur, & ibidem Bar. clarius, & eſt rationabile, quia ex præterito non præſumitur de præſenti, ut adhuc dicit in l. ſi minorem. C. de reſtit. in integ. & ſignanter per d. §. qui abſolutus. Ancha. conſi. 5. col. 2.

Conſiderando etiam, quod ꝓbatio neceſſariò concludere debet, uel præſumptiuè. c. in pſentia, de prob. l. non hoc. C. unde leg. no. in l. 1. ff. ſi cer. pe. qđq; hæc non eſt hmõi ſm Bal. in d. §. q abſolutus, & ideo (ut diximus) fidẽ facere nõ debet.

Et ad propoſitum infertur ſi qs fundaret intẽtionem ſuã ex uita alicuius, qđ debet probare ipſum uiuere, ex quo probare non ſufficit, ipſum aliqñ uixiſſe, prout Bart. affirmat in l. ſi quidem. in princ. (& quotidianum eſt) C. ſol. ma. & in l. ſi inter, ad fi. & in l. qui duos, in §. cum in bello. ff. de reb. dub. & ita etiam tranſit hic Rimi. & uerissimum eſt.

Solus Dec. opponit, qđ imò ſufficiat ꝓbare ipſum uiuũ fuiſſe, ex quo pſumit qs uiuere regulariter uſq; ad centum annos. l. fi. C. de ſacroſ. eccl. l. ſi uſusfructus municipib. ff. de uſuf. leg. rñdẽdo ſubinde ad tex. in d. §. qui abſolutus, ut per eum.

Replica tu, quod licet præſumatur uiuere tanto tpe, & poſſibile ſit, non tñ eſt uériſimile, ut inquit Bald. in alio propoſito tamen, in l. ſcripturę. col. 2. C. de fi. inſtru. & ipſemet Dec. in l. ſi emancipati.

cipatli.in 3.no.C.de colla.& ideo debet omnimo do probari quod uiuat, quia hoc ipſum eſt fundamentum intentionis agentis, iuxta gl.in l.cum actum.ff.de neg. geſt.& ad propoſitum facit tex. in l.1.ff.de cond.& demõ.& generale motiuum ac ratio Iureçon.in d.§.qui abſolutus, ex quo tol letur eiuſdem Decii reſponſio, fundata (ut diximus) qñ fit ſuper eo qđ curſu tẽporis mutatur, naturaliter, & quia de hac materia ſæpe fit mentio à Docto.quæ ad longum congerit Nic.de Ma ta.in l.ſiue poſſidetis.C.de proba. reaſſumpta & amplificata plurimum per Bal.in l.ex perſona, diſcutientem Porphirij prædicamenta omnia. C. eod.uidenda ſunt.

Secundò aduertendum puto dum dicit, quod ſi noua inſtantia eſt ſuper eodem facto, & ad eũdem finem teſtes de nouo produci non poteſũt, ſeruata tamen diſtinctione l.ſi.C.de teſti. qa forte hoc ipſum non eſſet generaliter uerum, ſed in inſtantia cauſæ appellationis tantum, & non qñ prima fuiſſet perempta, clem.2.de teſti. Salua ut hic Purpur.declarat, nu.79.& dic ueriſſimum eſſe, quod imò Bar.dictum ꝑcedat generaliter ex ratione alleg.in d.clem.2.& in c.fraternitatis.de teſti.& in auth. at qui ſemel.C.de prob. & adde nouam concluſionem Bal.in l.ampliorem. C. de appel.quam ut mirabilem refert & ſequitur Ro ma.conſi.479.in ſi.quod licet in prima inſtantia non poſſint in inſtantia appellationis, ſuper eiſdem uel directò contrariis teſtes nouiter produci; eſt tamen remediũ quod eorum nomina dentur iudici, ꝑſe uerò qui dat ſe abſentet, quoniam iudex poſtea, in quo nõ eſt timor ſubornationis, ex officio eos recipiet, ſupplendo per d.l.ampliorem, ualebitq; tunc eorum expoſitio. Et ad propoſitum d.clem.2.eſt opinio inter legiſtas in l.p hanc.C.de temp.appel.& in d.authen. at qui ſemel.& aduertit quoque Gui.Papa in deciſi. ſuis 34.ſubiiciens opinionem negatiuã ſeruari in curia parlamenti, quodq; ita ſeruatum fuit de menſe Aprilis ibidem anno 1445. & quod in multis locis ſeruatur affirmatiua, quam dicit eſſe legiſtarum opinionem, & fuſius deciſi.347.& 586. & per Cur. etiam hic aliquid. nu.111.

Tertiò & ultimò dum adhuc dicit, quod ſecus erit ſi inſtantia fuerit ad alium finem, quoniam tunc de nouo teſtes produci poterunt, & fortè à ratione ceſſante, ex quo ſubornatio non timebitur.c.cum ceſſante, de appel.l.adigere.§.quis.ff.de iure pat.& cum prohibeat dicta de cauſa, quia inſtantia eſt ad eundem finem, ſequitur neceſſariò quod ſecus dicendum ſit, ſi ad alium fuerit ordinata.l.cum prætor.ff.de iud. c.nonne. de præſump.& eſt caſus (ut ipſe dicit, & ſecundum communem lect.) in c.ueniens.2.de teſti. aduertendum putant Alex.& Cur.hic, quia ſe ipſum correxit, & melius locutus eſt in l.2.in §.1. nu.6.ff.ui bon.rap.neque uideo quo ſpiritu moti fuerint, cum idem qđ hic dicat, & ſignanter p d.c.ueniens.ſaluantq; eum ſic Seyſel. & Purpur. inſignes doct.eſt uerum quod prima facie timere noue ſubornationis deberet hoc caſu quoque impediri noua productio, ut idẽ Cur.dicit, ſed nihil obſt.qm̃ ſi diuerſus eſt finis, nullaque examinatio facta, non põt ſubornatio timeri.d.clem.2. de teſti.tradit But.in c.cum cãm.col.1.in fi.de teſti.in reliquis Bar.quoad litis deciſione ſe remittit, & ego idem facio.& dum confeſſionẽ hic ponit inter acta prædicta, aliter uerò ſupra dum loquitur de actis reſpiciẽtibus ueritatis indaginẽ. ſalua ut hic per Cur.nu.113.& conclude ſecundum eundem Bar.licet aliqualiter ſeu in aliquo ſententia & confeſſio differre uideantur, qđ tñ idem eſt in confeſſione qđ in ſententia, cum habeatur confeſſus pro iudicato.l.1. C.de confeſ.l. proinde.ff.ad legem Aquil.Ancha.conſi.146.in fi.Abb.in c.olim.colũ.3.de reſcript.& facit quia confeſſio notorium inducit.c.ueſtra. de cohabi. cle.& mu.notorium habet uim ſententiæ.l.emptorem.ff.de act.emp.Bart.in l.ictus fuſtium.in prin.ff.de his qui not. infa. ergo idem in confeſſione quod in ſententia. & ex his finis ſit etiam huic not.legi 2. die 18.Decemb.1558.Patauij.

SUMMARIUM.

1. *Irnerius auth.qui excerpſit ex lib. Auth.non habebat auctoritatem leges condendæ.*
2. *Authent. ſi quis in aliquo. C.de edend. an ſit ſuperflua.*
3. *Auth.ſi quis in aliquo, quomodo ſe habeat ad leges Codicis.*
4. *Inſtrumentum quoddam priuatum, quoddam publicum, cum declaratione.*
5. *Inſtrumentum tribus modis redditur ſuſpectum.*
6. *Exemplum quid ſit, & quid exemplar.*
7. *Inſtrumentum de alio fidem faciens inter eaſdem perſonas, an fidem faciat.*
8. *Inſtrumentum uitio uiſibili carens fidem facit.*
9. *Priuilegia a Papa confirmata abſque ipſorum exhibitione ualent.*
10. *Scriptura una pars alterius eſſe cenſetur, ex correlatione.*
11. *Referenti non adhibetur fides, niſi relatum exhibeatur.*
12. *Inſtrumentũ, de quo mentio facta eſt in alio, ſi producatur, cuius uirtute ſit exactio.*
13. *Probationum facultas non eſt anguſtanda.*
14. *Exactio an dicatur fieri ex inſtrumentis debitum probantibus, uel ex referente.*
15. *Exemplum regulariter non probat, minuſque exẽplum exempli.16.*
17. *Exemplum iudicis auctoritate ſumptum, an & quando probet, nu.18.*
19. *Exemplum iudicis auctoritate ſumptum abſque citatione uel proclamate prætendentium intereſt, quomodo fidem faciat.*
20. *Statutum quod inſtrumentum habeat executionẽ paratam, an uerificetur in exemplo iudicis auctoritate ſumpto.*

21 *Exem-*

21 *Exemplum an probet, ad conueniendū productū.*
22 *Exemplum manu illius, qui ſcripſit originale, an probet.*
23 *Exemplum exemplatum extraiudicium de conſenſu partium an fidem faciat, & quando 24.*
25 *Exemplum an faciat qualemqualem præſumptionem.*
26 *Præſumptio operatur, ut is obtineat, pro quo eſt, in paribus probationibus.*
27 *Exemplum parte non opponente an probet.*

In Authen. ut ſpon. largi. §. & hoc inſuper.

SI quis in aliquo.] tex. iſtum ex corpore Authenticorum excerpſit Irner. (cōmunis enim opi. eſt ut ſi
1 uita ipſius legitur) licèt non † habuerit auctoritatem legis condendæ ſm Alex. in l. 2. in §. quod ſi in patris. colū. 2. ff. ſol. mat. no. in l. 1. ff. ſi cer. pet. & in authen. ex cauſa. C. de lib. præte. quod tamen Authenticorū fuerit autor, ſentitq; glo. in authē. multò magis. C. de ſacroſan. eccl. ubi hæc formalia uerba leguntur quæ hic, & præcipuè in §. & hoc inſuper. ut ſpon. lat. & ad propoſitum continet materiā utilem ac practicabilem in utroque foro, ut Alber. teſtatus eſt, & experientia docet magiſtra rerum efficax, uerißimum fore.

Sed cum idem quod hic dicitur, in ueteribus legibus quoq; ſcriptum inueniatur, ut text. met ait in fi. nonne ſuperflua deciſio uidebitur obelo (ut aiunt) iugulanda, & contra uulg. regulam §. quibus in prima Cod. conſtitutio. alias de no. Cod. fa.

2 Pro ſolu. dicas † quod non, quia addit, præcipuaq; materia erit, ſi inſtrumenti fiat mentio, an edendum ſit, & ſuperfluitas uitabitur; ut infra, & no. Bar. in l. 1. ff. pro ſuo. Vel dic quod eſto, qd in ueteribus legibus hoc idem contineretur, nō ita tamen clarè & formaliter continebatur ut hic, & ſenſit Odoſr. & benè, licèt ſibi aſcribat Cur. & ſufficit ad euadēdum ſcopulum prædictum l. fi. in fi. infra de pact. l. uerbo uictus. de uerb. ſign. c. omnino. 5 1. diſt. ſed prima uerior, & de ueteri lege maximè præcedenti intelligi poteſt, in qua habetur, quod inſtrumentum ſemper ſtat penes digniorem, qui tamen copiam deſcribendi coheredibus facere tenetur, & plerunq; etiam authenticum exhibere, ſi exemplum non probet, idque clarius in l. ſi quæ ſunt cautiones, & in l. Pomponius. ff. fam. erc. ex quibus alia eiuſdem Curt. ſol. ad contrarium, reprehendi poteſt, quod d. leges non inuenirentur, & hæc ſint loco primi euidentalis, præſtantia adhuc nobis arg. authenticas in hoc libro poſitas, non ſolum corrigendo, derogando, declarando, & determinando ſe habere
3 ad leges Codicis, † ut in auth. ſi qua mulier, & in auth. quas actiones. C. de ſacroſ. ecc. uerum et addendo, ut hic, & in auth. hoc ius porrectum. & ubiq; Cy. in prin. ſupra eo. tit. de ſacroſ. eccl.

4 Secundò ad euidentiam præmitte, † quoddam eſſe inſtrm priuatum, qd fidem nō facit. l. in ſtra. C. de proba. niſi ſit aliquo adminiculo roboratū, ut ibi, & per Bar. in l. fi. ff. de præto. ſtip. nu. 20. Ripa in l. admonendi. nú. 97. ff. de iureiu. quoddam publicū, & iſtud, quod originale, exēplar, documentum, munimentum, authenticum, & prothocollum appellatur, probat regula. imò qd probatio probata eſt. l. cum precib. C. de prob. ni
5 ſi tñ ſuſpectum reddatur, qd contingit altero de tribus modis, ſi abraſum ſit, abolitum, uel cācellatū in loco, de quo eſt qō. l. fi. C. de edi. di. Adr. tol. ſi producens ſit perſona uilis, ſolita falſa producere. l. ſi quis ex argentariis. §. cogentur. ff. de eden. arg. in c. ſemel malus, de reg. in. in 6.

Vel & ultimo loco, notarius talis, ut ei fides adhiberi nō poſſit. l. ſi aliquid. C. de ſuſcep. & ar. lib. 10. Bar. in d. §. cogent. col. 1. Adde tu & quartò, ſi alterius mentionem faciat, qm̄ tunc originale produci debet, & iſta eſt materia auth. noſtræ, ut hic per Alb. ad fi. Pau. Caſ. in prin. Iaſ. & alios, & ultra eos nouinihil dicit etiam Bal. conſi. 444. col. 1. uol. 1. & ut infra latius.

Verum difficultatē mouet Dec. Sen. hic, quomodo poſſit uenire hęc auth. ad legem Codicis, proxime ſupra poſitam (quod iam dictum eſt) addendo, cum minor ſit dubitatio, an inſtrm alterius mentionem faciens probet, ut hic, quàm ſi totum exemplatum fuerit, ut ibidem, & malè, quoniam addere deberet caſum magis dubitabilem, & cogitandum relinquit.

Soluit Cur. quod non ueniat addendo, ſed ponendo potius ſimile ad materiam exempli; cuius contrarium tñ cōiter tenetur. & dato qd hoc ipſum eſſet uerum, conſidera tñ effectualiter, nil aliud concludere, qm̄ ſimile non eſt idem, uulg. l. qd Nerua. ff. depo. quodq; ponēdo ſimile addit. Imò qd nec etiam ſimile vr inducendo, ut ſupra.

Ea pp ad argu. aliter rñderi pōt, & dici qd lex præcedens loquitur de exemplo priuato, nos autem in documento, qd publicum eſt, & ſic in caſu, in quo erat maior dubitatio omnimodo. nec officit ſi diceretur, ut dicit idem Dec. quod ſic nimis reſtringitur deciſio d. l. præcedentis, qa falſum eſt, ex quo uerba hoc ipſum indicant, cōtrarium uerò hic, nec aliter dici poteſt.

Tertiò ad euidentiam pmitte, qm̄ in materia hic, & in l. pcedenti, vt diximus, exēpli fit mētio, qd exemplū nil aliud eſt, niſi ſcriptura exempla-
6 ta, † exemplar uerò, ut ſuprà ſcripturā principalis, iuxta illud de quo ēr p eundē Alb. hic, col. pe. Exemplar genus eſt, exemplum qd trahis ī de, declarat gl. in l. 1. in §. ſi quis. ff. de bo. poſſ. ſe. tab. & Bar. in l. Sempronius. ff. de leg. 2. ſignanter per tex. noſtrum, & in l. cenſus. ff. de prob. & in c. 2. de fi. inſt. clarius Spe. in §. poſtq̄. i prin. de inſt. edi.

Sed quare etiam hac rōne, exemplatis ſubſtitutio, in l. humanitatis. C. de impub. non dicitur exemplata potius. Sol. magiſtralis locutio uidetur, de qua nō eſt curandum, uel dicamus aliter,

quia aliud eſt, quod una ſcriptura ab alia exempletur (quo caſu loquimur nos) & vna res ad exemplum alterius fiat, ut ſubſtitutio exemplaris, quæ ad exemplum pupillaris inuenta eſt, & introducta à lege. ita Bar. in l. ex facto. num. 4. ff. de uulg. & pup. ſubſt.

7 Dubitandi ratio forte eſſe potuit † (ſummario enim & diuiſione plana eſt, ut in ea) quia alterius inſtrumenti fit mentio in l. optimam. C. de contrahen. & com. ſtipu. & tñ fidem facit, nec eſt neceſſaria relati exhibitio.

Sol. plana eſt, ſecundum Bar. inſr. nu. 11, ut fidem faciat, & id quod ibi dicitur uerũ ſit inter eaſdem perſonas, inter quas inſtrumentum confectum ſcriptumq; ſit, non inter alias, quo caſu authen. noſtra loquitur, & ita etiam declarat Alber. hic, ad fi. & Alexand. in l. cum aliquis, col. 2. C. de iu. delib. & Inn. in c. cũ in iure peritus. col. 3. de offi. dele. & Bal. in l. 2. C. de ne. ſer. hær. inſti.

Vel & aliter dicamus, quod ſint uerba enunciatiua ſolennitatis cui poſſint partes renunciare, ut per eundem Bar. in l. ſciendum. colũ. 1. ff. de uerb. obl. & ibi exemplum ſubiicit, & in l. ſi forte, ad fi. ff. de caſt. pec. & hic, nu. 12. & ita in matrimonio Flo. quod uidetur mirabile, ſi eiuſdem fiat mentio in inſtrumento, quod abſq; alio probatur inter contrahentes, non tñ quo ad tertiũ in l. ſicuti. in §. ſed ſi quæratur. in prin. ff. ſi ſer. uen. & ante eum Bal. hic, col. 2.

8 Secunda † potuit eſſe dubitandi ratio, quia ſi inſtrumentum à notario factum eſt, nec (ut dicebam in euidentialibus) uiſibile aliquod uitiũ appareat, non eſt ratio cur eidem credi non debeat, quanquam alterius mentionem faciat: imò quòd probata probatio appellatur, & ueritas apparens. l. cum precibus, C. de probat. & ſignanter ita arguit Bar. in l. 1. nume. 4. C. de iure. calum. & Bal. in l. fi. in fi. ff. de fid. inſtru. & in l. Imperator. colum. 1. ff. de ſtat. hom. Qui alibi etiam inquit, quod quale eſt in forma, tale eſt in materia. qdq; uerbis ipſius ſtandum eſt omnimodo, conſ. 156. in princ. uolum. 1.

Sed ad iſtud quoque reſpõderi poteſt, uerum fore ſi nihil à parte dicatur, ut in ſimili de exemplo infra, & in l. procurator. ubi Fulgo. in ſpecie ſupra eodem.

Vel & aliter quod procedat regulariter, ubi alterius inſtrumenti mentio facta non ſit, aliàs ſecus; ex quo tunc ei non creditur, niſi originale producatur. Imò quod neque crederetur iudici, ſi diceret in ſententia, litem conteſtatam fuiſſe, uel factum tale quid aliud, adeo ut probatione omnimodo opus ſit. c. quoniam contra. de phã. l. ne in arbitris. §. 1. C. de arb. declarat Alb. hic, ad fi. & colum. 2. latius. & Bar. quem aliter non referam poſtea, ergo multominus notario. uel ſaltem pari ratione hoc idem in eo, qui iudex etiã dicitur. l. 1. in prin. & ibi glo. ff. de iudic. not. in l. rem non nouam. C. eod. & in l. fina. C. ubi & apud quem.

9 Tertia † & ultima potuit eſſe dubitandi ratio, quia ſi Papa in reſcripto confirmat eccleſiæ priuilegia exemptionis, eo ipſo ualet, eiq; credendum eſt, licet d. priuilegia non exhibeantur, ita glo. ſingu. & unica, in c. ſi Romanorum. 19. diſt. imò quod perinde eſt, ac ſi totus tenor prædictorum priuilegiorum in reſcripto fuiſſet inſertus, ut no. in reg. Cancel. 58. in princip.

Quæ etiam parum obſt. ex quo ſpecialiter in principe id deciſum inuenitur, qui dicitur lex animata in terris. §. fi. in Auth. de cõſu. & factum principis factum legis. l. Cæſar. ff. de publi. ſed qñ lex facit alterius legis mentionem, eidem ſtatur pariter, licet relata non appareat ſecundum Bal. in l. 1. C. de epiſc. & cler. not. in l. admonendi. in princ. ff. de iureiur. ergo idem in principe, cuius auctoritas ſuprema, ſemper eſt loco cauſæ, ut idẽ Bald. ait conſi. 477. uolu. 1. & idem in ſcripturis Cardinalium. c. nobiliſſimus. 97. diſt. uel aliarũ perſonarum Illuſtrium, ut in Poteſtate Ianuenſi reſpondit Rom. conſi. 59. colum. 3. aliquid Alex. conſi. 28. colum. 3. uolum. 1. uel neutrum ſimpliciter uerum eſſe dicamus, non primum, ut hic p Iaſ. colum. fin. & minus ſecundum, ut per eundẽ Rom. conſi. 387. col. 1. clarius Abb. in c. ſicut. de ſenten. excommu. & Cald. conſi. ult. de fid. inſtr.

10 Ratio autem decidendi eſt, † quia una ſcriptura, pars alterius eſſe cenſetur, & una alteri continuata ex natura correlationis, ideo relata exhibẽda eſt. l. in ciuile, & ibi Bal. ff. de legi. declarat Rimin. hic, col. 1. & benè.

Secunda eſt deciſionis ratio, quia ĩ relato poſſent forte aliqua inueniri, quæ non eſſent in referente, ut per glo. hic, & in l. 2. ff. de fid. inſtrum. & in ſimili per Bar. arguendo de parte ad totem in rub. de no. ope. nun. col. 3.

Tertia & ultima eſt, qa notario non creditur, niſi de geſtis tempore confecti inſtrumenti, ex quo etiam tunc rogati uidetur ſecundum Inn. in c. cum in iure peritus. de offi. deleg. not. plenè. in c. qm̃ contra. de prob. ſed tunc temporis relatum confectum non erat, ergo.

Notandum modò eſt, & primò quamuis dicatur uulgo, relatum eſſe in referente. l. aſſe toto. ff. de hæred. inſti. quodq; inſtrumentum certũ eſt, per relationem ad aliud, ut per Bald. conſi. 99. ad fi. uol. 1. Et quod deniq; ea quæ ſunt in termino, ad quem fit relatio, intelliguntur ſpecificata pariter in termino referente. l. at prætor. §. ſi iudex. ff. de re iud. Bur. conſi. 2. ad fi. non tamen referen-
11 ti fidem eſſe adhibendam, † niſi relatum exhibeatur, quod tum hic probatur, tum ratione uerum eſſe oſtenditur ex prædictis. & nouiſſimè facit, quod de Guardiano S. Franciſci, & cedula apud eum relicta, inquit Bar. in l. ſi ita ſcripſerit. ff. de condi. & demonſt. & Bald. in l. captatorias, colum. 2. C. de milit. teſtam. & in d. l. aſſe toto. ad fi. in documento intelligentes, prout tex. loqtur. adde hinc ſi primarum literarum facta etiam ſit mentio in delegatione, qđ iudex procedere non

poterit,

poterit, niſi exhibeantur, glo. eſt not. in c. 1. de fide inſtrumen. quam ad idem Rimin. quoque & Dec. hic citant, & benè. ſed mirum uidetur, quũ Papa delegás, eſt lex animata in terris, §. fi. in Auth. de coſu. uerum ubi lex alterius mentionẽ facit ei creditur, ut dicebam etiam ſupra, licet relata non appareat, ergo.

Pro ſol. dicas, quod ideo exhiberi debeat. quoniam iudex aliàs ignoraret fundamentum ſuæ iuriſdictionis, quæ ꝑ literas delegationis ultimas, ſibi non datur, & ſic proceſſus nõ ualeret. l. multum intereſt, & ibi Bar. ff. de cond. & demonſtr. & quia regulare eſt ubicunque iuriſdictio competit ratione certæ qualitatis, quod ꝓcedere non poſſit, niſi prius de ipſa qualitate ſibi conſtet. l. hæc autem. in prin. ff. ex quib. cau. in po. ea. plenè Barb. in c. 1. col. 25. de prob.

Et idem ſubdit Rimin. ſi fuiſſet facta, ſeu conceſſa renouatio priuilegiorum ad aliorum ĩſtar, quod non ualebit pariter, niſi priora exhibeãtur poſt Abb. in c. inter dilectos. de fid. inſtrumen. & in c. ex parte. de priui. cuius deciſionis ueritas pẽdet etiam à ſupradictis in figuratione caſus. imò plus quod nec teſtamentum probat ultra eos, ſi inſtrumenti mentionem faciat, niſi relatum exhibeatur ſecundum Bar. in l. cum quis. in §. codicillis, in princ. ff. de leg. 3. qui tamen declarat uerum eſſe contra alium, non contra teſtatorẽ, uel eius hæredem, quoniam tunc probaret, etiam inſtrumento non oſtenſo. & in marito iurante in teſtamento, ſe certum quid mutuo habuiſſe ab uxore, q̃ ei creditur, licet cõtra de mutuo aliter non appareat. ſic decidit idem Bar. in l. Aurelius. in §. fi. ff. de lib. leg. Nec ad propoſitum admittetur libellus actoris ſi inſtrumenti mentionem faciat pariter, niſi producatur, ut per Inno. in d. c. 1. & alios in l. edita. ſupra eo. Et ſi delegatus rurſum citet abſentem, & in citatione copiam delegationis Apoſtolicæ mittat, uelitq́; citatus originale uidere, ei debet oſtendi. c. præterea. de dilat. no. Barb. in d. c. 1. col. 26.

Sed pone quod inſtrumentum, cuius mentio
11 facta eſt producatur, uirtute cuius fiet † exactio debitæ quãtitatis: Concludit Dec. hic, quod fiet uirtute primi referentis. non relati, & potiſſimũ per iſtum text. à contrario, quia dicit ex ipſa memoria nullam exactionem fieri, niſi relatum producatur, ergo ſi producatur, fiet aliqua, quod argum. in lege ad propoſitum, maximè locum habet, fortiſſimumq́; eſt, uulg. l. ſi. ff. de offi. eius. & quia uerbum ex, ſeu præpoſitio, ſeruiens ablatiuo caſui, ſui natura cauſam immediatam ſignificat. l. eo tempore. §. fin. & ibi Bar. ff. de pecu. melius in l. liberorum. nu. 13. ff. de uerb. ſig. poniq́; aliud, niſi ſcilicet (coniunctio enim eſt compoſita ex non, & ſi) exceptionem à regula. l. actione. C. de tranſact. quæ eſt reſpectu referentis, non relati, & ſic facta etiam in caſu exceptio, in quo loqui. . . regula l. 1. & ibi. no. ff. de regul. iur. & ut per eum latius.

Ego uerò contrarium ſentio, quia ſi referens inualidum eſt, ex eo agi non poteſt, uulg. l. non dubium. C. de leg. l. eius qui in prouincia. ff. ſi certum petat. ergo ex relato neceſſario ſi producatur. l. 1. §. omnia. C. de uete. iu. enuc. l. adoptio nõ iure facta. ff. de adop. l. priuilegia. in princ. C. de ſacroſan. eccl. & quia referens eſt propter relatum non è contra, ita ut nec ab re etiam iſtud attendi debeat, quo ad d. effectum agendi, & non illud. l. & ſi non ſint. §. perueniamus. ff. de au. & arg. leg. l. cum enim. ff. de noua. pulchrè Bar. in l. cum proponas in 1. lect. colum. 3. C. de dolo. & quia denique relatum referens iuſtificat, regulareq́; eſt ex iuſtificante agi, & non ex iuſtificato, ſi per ſe inutile ſit. l. poſthumus. §. fin. ff. de inoffi. teſtamen. l. ſi quis priore. ff. ad Treb. plenè Bart. in auth. ex cauſa. colum. pen. C. de lib. præte. ſed hic inutile eſt (ut dixi) atque inualidum, ergo.

Nec primum Decii motiuum ſic tenendo ullatenus obſtabit, quoniam abſurdum foret ſi diceremus, ex inualido inſtrumento agi poſſe, quo caſu à contrario argui non ſolet, uulga. l. 2. C. de condi. inſer.

Multoque minus hac ratione ſecundum, quũ dictum uerbum ex, id eſt propter exponetur, ut per Bart. in l. 1. in §. ex incendio. ff. de incend. rui. nauf. memoriaq́; ipſa cauſa remota dicetur actionis, originale uerò productum proxima.

Non denique tertium & ultimum, quia uerũ eſt quod exceptionem ponit à regula, exactionẽ fieri, ſi relatum producatur, ſed non ex referẽte, & in hoc eſt fallacia, Conſiderando quoque ſufficere, quod aliquo modo ſit de regula. l. nũmis, & ibi Iaſ. colum. 3. ff. de in litem iur.

cretorum, à Gratiano Monacho S. Felicis Bono
niæ compoſito, qui licet authenticus ſit, quo ad
dicta ſanctorum patrum, in eo contenta, quo ad
dicta ipſius tamen eadem ratione ſecus, ut in c.
2. & ibi in ſpecie Io. And. in fi. de reſcr.
3 Sed mirum uidetur, † quod in corpore, unde
iſta ſumitur, id eſt in præalleg. §. & hoc inſuper.
ita lege cautam fuerit, & eadem met ſimul in
hoc libro inſerta, ut ſupra, cum iſtud iam deci-
ſum in ueteribus legibus inueniretur, ſicuti u-
trobique dicitur, præſertim (ut hic per gloſſ. &
ibi) in l. ſi quæ ſunt cautiones. ff. famil. erc. & in
l. 2. ff. de fi. inſtr. & in l. fi. ff. quemadmo. teſta. ap.
imò & in l. procurator. ſupra co. & malè, ex quo
reſecatis ſuperfluis potius ipſemet Imperator
teſtatur ſe uelle procedere, in §. quibus. C. de no.
Cod. fa. & quod nullum ſimile, uel cõtrarium re
perietur in hoc uol. in l. 1. & 2. C. de ueter. iur. e-
nu. & quia ſuperfluitas uitãda eſt etiam reſpectu
unius ſyllabe. l. 1. ff. qđ me. cau. & alibi dicit Bal.
qđ de ſuperfluis non curat lex, nec eius rõ. in l. 1.
ff. de lib. & poſthum. & probatur in l. uerba. C. de
don. & in l. fi. C. qui admi.

Sol. ſuperfluitas dici non poteſt, quoniam iure nouo hoc diſpoſitũ eſt, ut ueteribus legibus, de quib. ſupra, nonnihil adderetur. ita in l. 1. & ibi Bar. ĩ prĩ. ff. ꝓ ſuo. & eſt arg. in d. l. ius ciuile.

Vel & ſecundò, quamuis hoc idem in legibus ueteribus contineretur, quod non tamen ita clarè continebatur, ut hic, & ſentit idem Odofred. hic, licet Curt. ſibi aſcribat, & facit textus in l. finali, in fi. ibi, quod etiam anterioribus legibus, & conſtitutionibus incognitũ non eſt

licet

licet à nobis clarius ſit introductum. infra de pa
ctis,& in l.uerbo uictus. ff.de uerbo.ſignifica.&
in c.omnino.31.diſt.aut & tertiò, quod repeti-
ta lectio probatur.l.1.§.ſupradictis. C. de iuſti
Cod.confir. Vel & quartò,quod non nocet, qđ
bis dicitur (ut inquit Plato) ſi bene dicatur. Vel
& ultimò,quod diuerſis reſpectibus,ſuis deſer-
uiant titulis, ut reſpondet Felin.in procem:Rex
pacificus,in fi.aliquid Odof. in l.ſi quis in con-
ſcribendo.C.de pact. Alberic.in l.1.colum.2.in
procem.ff.orum.Butr.in cap.ſignificantibus. in
princ.de lib.ob.

Ea de re ceſſet admiratio, ſed prima & ſecun
da ſolidiores,quoniã lex Codicis uetus, eſt ſub
hoc eodem tit.hic, uel dic quod prima tantum
tenenda ſit,ut ſtatim ſubiiciemus.

Prinſquàm igitur ad ipſius materiæ tractatio
nem ueniamus aliqua præmittenda ſunt, & pri-
4 mo,† quod hic duo tractantur, unum an exem-
plum probet, & de hoc etiam in l.Codicis, hoc
eſt in d.l.procurator.ſupra eo.

Alterũ uerò quid in inſtrumento de alio mẽ
tionem faciente,ut hic per Bar.& pro rei uerita-
te non poteſt aliter dici,niſi quod iſta auth. ad
5 d.l.Codicis ueterem ueniat addendo,† quia hoc
ſecundo caſu loquitur, & non de exemplo, ut
uult glo.Odofr.& Gul.de Cun.& malè, ut hic ꝑ
Iaſ.in princ.

Verum difficultatem mouet Dec. Sen. quia
ſi ſic eſſet,debuiſſet ius nouum hic addere ca
ſum magis dubitabilem,ſed minus dubium eſt,
an inſtrumentum de alio mentionem faciens ꝓ
bet, quàm exemplum, ergo.

Sol:ſatis eſt,quod materia ſit diuerſa,ut idem
Bart.dicebat,quanquam minus dubitationis ſit
uno caſu quàm alio.

Sed adhuc ſecundum eundem Dec.longè ma
gis urget,quia nõ uidetur poſſe dici rurſum qđ
auth. iſta ueniat addendo ad legem Codicis,ex
quo in fi.inquit idipſum inueniri ẽt in legib. ue
terib.Sol.in legib.ueterib.inuenitur, quod ori-
ginalia exhibeantur, ſed non iſtud in ſpecie, an
inſtrũm de alio mentionem faciens probet.

Et ſi diceremus legem ueterem loqui de exẽ-
plo priuato,hic aũt de documento, qđ publicũ
eſt,ceſſabit oĩs difficultas,uerumq; ẽt omnino
dicere,ut ſuprà,à lege noua ueteri hoc additum
fuiſſe,qđ ẽt maius dubium habebat. & ſi replica
retur (ut idem Dec.Sen.ſentit) qđ hoc eſſet ni-
mis reſtringere d.legẽ ueterem gñaliter loquen
tem,rñdebit uerum non eſſe, ex quo hoc ipſum
uerba innuunt, ibi procurator priuatæ rõnis, à
quib.non eſt regulariter recedendũ, uulg.l.non
aliter.l.ille aut ille.§.cũ in uerbis.ff.de leg.3. &
ita q̄q̄ aliter dicat idem Dec. qđ confirmat legẽ
ueterem alii ut Rim.qđ declarat inferendo:Cur.
uerò quod ponat ſimile. tranſeo ego non diſce-
dendo ab opi.Bart.

6 Scđò præmittẽdum eſt, † quoddã eſſe inſtrũm
priuatum, qđ fidem non facit.l.inſtrũ. C.de ꝓb.
c.2.de fide inſt.ibi,non uĩ alicuius firmitatis ro
bur obtinere,niſi ſit aliquo adminiculo robora
tum.l.rationes.l.exemplo.C.eo.imò qđ nec ua-
let conuentio partium,ut credatur priuatæ ſcri-
pturæ,quia per hoc quis inuitarei ad delinquen
dum, & malè.l.conuenire.ff.de pac.do.Bar.in l.
fi.nu.3.ff.de præto.ſtipu. Ripa in l.admonendi.
7 nu.97.ff.de iureiu.Quoddam† publicum, qđ di
uerſis nominibus appellatur,originale,exẽplar,
documentum,munimentũ, authenticum, & pro
thocollum,ut in l.2.ff.de fi.inſtr. & illud regula
riter probat,ex quo uerum præſumitur,& ſolẽ-
ne, inquit Bal.in c.1.in §.ſi inſtrũm,de not.feu.in
8 uſib.† niſi ſuſpectũ reddatur, qđ cõtingit altero
de tribus modis,primò ſi raſum ſit,abolitum, &
cancellatum.l.fi.C.de edic.di.Adr.tol.Scđò ſi ꝓ
ducens,ſit perſona uilis, ſolita falſa producere.
l.ſi quis ex argentariis.§.cogentur.ff.de edend.
Tertiò ſi notarius ſit talis,vt ei fides adhiberi nõ
poſſit.l.ſi aliquis.C.de ſuſcepto. lib.10. Bart.in
d.§.cogentur.col.1.Bal.conſi.444.in prin. no.1.
Vel & fuſius dic,quod in dubio probet,niſi obiĩ
ciatur exceptio falſi,uel ſimulationis, uel nõ nu
me.pec.uel erroris,uel ſiae cauſa,quia tunc non
probabit,ſed ad probandum admittetur potius
opponens,ut pulchrè per eundem Bal. poſt Iac.
But.in l.cum de indebito.in lect.antiqua.col.2.
de prob.& idem ſi de alio inſtrõ mentionem fa-
ciat,uel ſi ſit exemplũ,quia tunc originale exhi
beri debebit,& iſta eſt materia noſtra, ut dictũ
ẽt eſt ſupra,& ut hic per Alb.in fi.Paul.Caſtr.&
Iaſ.in princip.

Tertiò & ultimò præmittendum eſt,qm̃ exẽ-
pli ſit mentio in materia hic, & in l.ueteri, utr̃.
9 qđ exemplum nihil aliud eſt † q̃ ſcriptura exem
plata, quod etiam index ſumptum, & memoria
appellatur,ut in d.l.2.ff.de fide inſtru.exemplar
uerò (ut adhuc dictum eſt ſupra) nil aliud quã
ſcriptura principalis,iuxta illud de quo per eun
dem Alber.hic,col.pen.

Exemplar genus eſt,exemplum qđ trahis in-
de,declarat glo.in l.1.in §.ſi quis.ff.de bo.po.ſe.
tab.& Bar.in l.Sempronius.ff.de leg.2.ſignanter
per no.hic,& in l.cenſus.ff.de prob.& in præall.
cap.2.de fid.inſtrumen.clarius Spec.in titulo de
inſtrumen.edi.in §.poſtquam.in princip.& legi-
tur in ſimili Exo.17.ibi, fac omnia ſecundum e-
xemplar,quod tibi monſtratum eſt, & ad Hebr.
9.ibi,hæc omnia exemplaria ſunt cœleſtium. e-
xemplata tamen,& non exemplaria dici debent,
ut per Bar.in l.ex facto.col.2. ff.de uulg. & pup.
ſubſt. Vnde ſubſtitutio hinc exemplaris dicitur,
in l.humanitatis.C.de impub. & non exemplata,
ut ſubiicit Barto.in d.l.ex facto.numero 4. quia
aliud eſt quod una ſcriptura ab alia exempletur
ut hic, & una res fiat ad exemplum alterius, ut
ibi,& in lege, in teſtamento magna.ff.de condi-
tion. & demonſtrationibus, tamen exemplaria

(quod nota) dicit text. in c.1.de fid.inſtrumen.

Et ad propoſitum ſcias, quod inter cætera, q̃ obiiciuntur inſtrumento, & ultra ſupradicta, iſtud potiſsimum uidetur, quod non eſt authenticum, ſed exemplum, ut infrà, & declarat Ioan. Mona. in defen. iur. de legi. excep. col. 2.

Dubitandi rationẽ faciebat (ſummario enim & diuiſione plana eſt litera, ut in ea) quia alte-
10 rius inſtrumenti fit † mentio in l. optimam. C. de contrahen. & commit. ſtip. & tamen fidem facit, nec eſt neceſſaria relati exhibitio.

Soluit Bart. hic, nume. 11. illud uerum eſſe inter eaſdem perſonas, inter quas inſtrumentum factum erat, non inter alias, ut hic, & rationem aſſignat Alex. in l. cum aliquis. colum. 2. C. de iure delib. quia res inter alios acta tertio non nocet, nec prodeſt. l. 1. & toto tit. C. res int. ali. ac. l. ſæpe. ff. de re iud. & ita tranſit etiam Alb. hic, ad fi. & Iaſ. & Innoc. in c. cum in iure peritus. colum. 2. de offi. deleg. & eſt ſol. ueriſsima, quamuis ibi non dicatur, quod in inſtrumento alterius inſtrumenti fiat mentio, ſed tantum quod præſumitur uerum, quod dicitur de perſonis in ea nominatis, quæ fuerunt præſentes, & pro iſta ſol. dato quod iſtud ibi dicatur, facit in ſimili text. in l. 1. eod. tit. & lib. & in l. ſicuti. in §. ſed ſi quæ-rat, ubi Flor. in princ. ff. ſi ſeru. uen. & in c. cũmq; de teſti. latè Dec. infra, nu. 34.

11 Secundò dubitandi † rationem faciebat, quia ſi inſtrumentum à notario factum eſt, nec (ut dicebam in euidentialibus) uiſibile aliquod uitiũ appareat, non eſt ratio cur fidem non faciat. l. cũ precibus, prælleg. C. de proba. & ſignanter ita arguit Bar. in l. 1. nu. 4. C. de iura. calum. & Bald. in l. 6. in fi. ff. de fide inſtrumẽ. & in l. Imperator. colum. 1. ff. de ſta. hom. qui alibi etiam inquit, q̃d quale eſt in forma, tale eſt in materia, quodque uerbis ipſius ſtandum eſt omnimodo, conſ. 156. in princ. uolum. 1.

Cui difficultati reſpõderi etiam poteſt, quod regulariter procedat, ubi alterius mentio facta non eſt, & ſic lex uetus ex iſta noua declarabitur ſiue limitabitur, ut plerunque noua per ueterẽ, & ut per glo. in auth. offeratur. C. de lit. conteſt. & in l. ſciendum. ff. qui ſatiſda. cog. quia ſi facta fuerit mentio ſecus, nec eidem fides adhibebitur niſi relatum producatur. imò quod nec iudici crederetur, ſi diceret aliquid factum fuiſſe, nec appareret, puta litis conteſt. citationem, & ſimilia. c. quoniam contra. de prob. l. de in arbitris. §. 1. C. de arb. idem Bart. hic, in fin. ergo multominus notario, uel ſaltem pari ratione. maximè q̃a & ipſe etiam iudex eſt, & iuriſdictionem habet potentia, licet nõ actu, & uocatur chartularius, ut no. in l. 1. in princ. ff. de iudi. & in l. rem non nouam. C. eo. & in l. fi. C. ubi, & apud quem. uel reſponderi etiam poteſt quod obiectum procedat, ſi nihil à parte dicatur, aliàs ſecus, argum. in l. ita demum. C. de anna. except. Barto. in l. edita,

colum. 3. ſupra eod. & quod relatum hoc caſu produci debeat ſi opponatur, nec aliter referẽs fidem faciat regulariter, declarat Bal. in d. l. optimam, ſignanter per iſtum tex. colum. 1. C. de contrahen. & commit. ſtip.

12 Tertia dubitandi ratio † eſſe potuit, quia ſi Papa priuilegia exemptionis eccleſiæ confirmauerit, ipſo iure confirmatio ualebit, etiam q̃d priuilegia ipſa non exhibeantur, glo. eſt ſingularis in c. ſi Romanorum. 19. diſtin. Imò quod perinde eſt, ac ſi totus tenor dictorum priuilegiorum fuiſſet inſertus in reſcripto confirmationis, ut no. in reg. cancell. 58. in princ.

Sol. id eſt ſpeciale in principe, qui dicitur lex animata in terris. §. fin. in Auth. de conſu. & factũ principis, factum legis. l. Cæſar. ff. de public. ſed quando lex facit alterius legis mentionem, eidẽ ſtatur pariter, licet relata non appareat, ut per glo. in l. admonendi. quam ibi etiam no. doc. ff. de iureiur. tradit Bald. in l. 1. C. de epiſc. & cle. Barb. in c. 1. colum. 26. de prob. ergo idẽ in principe cuius auctoritas ſuprema ſemper eſt loco cautæ, ut inquit Bal. conſi. 477. uolum. 1. & ideo à ſimili licet ſententia de actis non præſumatur, niſi exhibeantur, ut per Innoc. in c. 1. de confir. uti. uel inutil. Abb. in c. ea quæ. ad fi. de re iudic. etiam ſi in ea actorum mẽtio facta fuiſſet, ut not. in locis prælleg. in Papa tamen & Principe ſecus eſt, ut per Barto. in l. 1. in §. cum urbem. ff. de offi. præf. urb. & licet Iaſ. hic, colum. ult. dubitauerit, ita tamen hic * communiter teneri atteſtatur Seyſel. poſt Rom. in l. ſciendum. colum. 7. ff. de uerb. oblig.

13 Quartò dubitandi † rationem faciebat text. in l. 2. C. de fid. inſtru. & iur. haſ. fiſca. lib. 10. ubi contrarium eius quod hic dicitur probari uidetur, quod ſcripturæ ſcilicet dicenti ſolemnitatẽ interueniſſe creditur, quodq; præſumitur id abſque eo quod probetur.

Soluit Bar. hic, nu. prælleg. & eſt potius declaratio ad dicta in prima ratione dubitandi, confertq; ad materiam l. optimam. C. de contrahen. & commit. ſtipul. ut hic per Iac. à S. Geor. col. 2. quod id uerum eſt, ex quo fit mẽtio facti, quod poſsibile eſt interueniſſe tempore inſtrumenti, & bene. d. l. optimam, & no. in l. prædia. ff. de acquir. poſſ. ubi ſi maritus confiteatur, ſe aliq̃d recepiſſe, factum præſumitur, quod tunc temporis celebrari potuit, & in l. poſt dotem. ff. ſol. matrim. & in l. ſi ita ſtipulatus. in §. Griſogonus. ff. de uerb. oblig.

Dicerem ego aliter, quod ibi non habetur in terminis, quod inſtrumentum faciens mentionẽ alterius inſtrumenti probet ſeu fidem faciat, ſed quod ſolemnitas intrinſeca præſumatur, quod etiam eſt regulare. l. ſciendum, & ibi not. ff. eod. ideo non obſt. aliàs inſtrumentum relatũ quid extrinſecum eſt, nec præſumitur niſi probetur, ſiue exhibeatur ut hic.

Quintò

Quintò & ultimò dubitandi rationem facie-
14 bat, † quia alioi ſi in laudo fiat mentio inſtru-
menti uenditionis, aut tranſactionis, probat, pro
eoq; præſumitur, licet de relato non appareat.
ita Pau. Caſt. conſi. 139. col. 1. uol. 1. & ſic magis
in terminis, quàm prima, & quarta ratio.

Sol. loquitur Pau. eiuſque dictum uerum eſt,
ratione multæ antiquitatis, argum. in l. non om-
nes. in §. à barbaris. ff. de re mili. & in l. ſi arbiter.
ff. de prob. aliàs non erit uerum, ut hic, etiam ſi
notarius atteſtetur, relatum uidiſſe & legiſſe nō
abolitum, nec cancellatum, & ut ibi latius per eū
per. no. hic. Dec. infra, nu. 4. & 33. poſt Ang. in l.
ſi donatio. C. de don.

Ratio deciſionis eſt, quia in relato poſſent a-
15 liqua inueniri, quæ non eſſent in referente, † &
daretur materia falſum fabricandi, & malè. l. cō-
uenire. ff. de pac. dot. glo. hic, & in l. 2. ff. de fide
inſtrumen. licet in exemplo loquantur, & in ſimi-
li per Bart. arguendo de parte ad totum in rub.
ff. de no. ope. nunc. num. 3. Vel & ſecundò, quia
una ſcriptura hoc caſu, pars alterius eſſe cenſe-
tur, & vna alteri continuata ex natura correlatio-
nis: qua de re omnimodo relatā exhibenda eſt. l.
inciuile, & ibi Bald. ff. de legi. declarat poſt eum
Rimin. hic, column. 1. & benè. Vel & tertiò, quia
priora dant intellectum ſequentibus. l. regula. §.
fin. ff. de iur. & fac. igno. ſed relatum eſt prius, er-
go exhibendum. ita idem Bald. in præalleg. l. in
ciuile. in princip.

16 Vltimò quia non creditur notario, niſi de ge-
ſtis tempore confecti inſtrumenti, ut per Innoc.
in c. cum in iure peritus. de offic. deleg. not. in c.
quoniam contra. de prob. ſed tunc temporis re-
latum confectum non erat, ergo omnino exhi-
bebitur, nec aliter pro referente præſumetur, &
ut hic etiam per Bald. in exemplo tamen loquen
tem, ut ſupra: ſed ſunt rationes ad propoſitum q̄
negari non poſſunt, & ut fulius dicemus ſtatim.
de exemplo aliter non loquor, quia eſt materia
legis præcedentis tractanda poſt hāc, & poſt gl.
infra loco ſuo.

Nota igitur ex iſto tex. & primò, quod quan-
uis dici communiter ſoleat, quod relatum eſt in
17 referente † cum omnibus qualitatibus eius; ut
per Bart. in l. 1. in §. fin. ff. ſi fa. fur. fe. di. & in l. ſi
quis ſeruum. in §. fi. num. 4. ff. de leg. 2. probatur
in l. aſſe toto. ff. de hære. inſti. & in l. ſi quis fun-
dum. ff. de contrahen. emp. quodq; inſtrumentū
certum eſt, per relationem ad aliud. l. certum. ff.
ſi cert. pet. Bald. conſi. 99. ad fi. uol. 1.

Et quod denique ea, quæ ſunt in termino ad
quem fit relatio, intelliguntur ſpecificata in ter
mino referente. l. ait prætor. §. ſi iudex. ff. de re
iud. But. conſi. 2. in fi. & ad idem Pau. Caſt. conſi.
376. nume. 2. uolum. 1. quod ſi una diſpoſitio re
feratur ad aliam, intelligitur, & declaratur, ac li-
mitatur ſecundum illam, ad quam refertur, non
tamen fidem referenti adhibendam eſſe, niſi rela-
tum exhibeatur, ut hic, & ratione uerſi fore oſtē
ditur ex prædictis.

Adde hinc, quod ſi teſtator grauaret hęredem
ad dandum illud quod ſcriptum reliquit apud
Guardianum fratrum Minorum in ſchedula, uel
ipſum inſtitueret in omnibus, & per omnia, ut in
ea, quod ualeret inſtitutio ſiue relictum, cedula
tamen exhibita aliàs non. ita Bart. in l. ſi ita ſcri-
pſero. nume. 1. ff. de condi. & demonſt. Bald. in l.
captatorias. colum. 2. C. de mili. teſtam. & in d. l.
aſſe toto. in fi. Iaſ. in l. ait prætor. in §. ſi iudex. co
lum. 1. ff. de re iud. per illum tex. ubi paria ſunt,
quod in ſententia exprimatur certa quantitas,
uel appareat per relationem ad aliud certā quan
titatem continens. Anch. conſi. 242. in prin. pul
chrè Bertran. conſi. 307. nu. 1. uol. 2.

Secundò adde ſi primarum literarum mentio
facta ſit in delegatione, quod iudex procedere
non poterit, niſi exhibeantur. glo. eſt not. in c. 1.
de fid. inſtrum. quam Rimin. & Deci. etiam hic
citant & benè. ſed mirum uidetur, quoniam Pa-
pa delegans eſt lex animata in terris. §. fi. in Au
then. de conſue. & ubi lex facit mentionem alte-
rius legis eidem creditur, licet de relata nō con
ſtet, ut dicebam in figuratione caſus per gloſſ. in
c. ſi Romanorum. 19. diſt. & no. in l. admonendi.
ff. de iureiurand.

Sol. exhiberi debent, quoniā aliàs iudex igno
raret fundamentum ſuæ iuriſdictionis, quæ per
literas ultimas ſibi non datur, & ſic proceſſus
non ualeret. l. multum intereſt, & ibi Bart. ff. de
condi. & demonſ. & hoc eſt etiam, quod dicebat
Bald. in c. prudentiam. nu. 3. de offi. deleg. quod
incertus de ſua iuriſdictione eam exercere non
poteſt. & quia regulare eſt ubicūque iuriſdictio
competit ratione certæ qualitatis, quod proce-
dere non poſsit, niſi prius ſibi de ipſa qualitate
conſtet. l. hæc autem. in princi. ff. ex quibus cau.
in poſſ. ea. Barb. in cap. 1. col. 25. de prob.

Tertiò adde quod nec teſtamentum probat, ſi
inſtrumenti mentionem faciat, niſi exhibeatur
ſecundum Bar. in l. cum quis. in §. codicillis. in
princ. ff. de lega. 3. per illum text. ubi ſi teſtator
confiteatur debitum, hoc idem probationē non
inducit, ſi de debito non appareat.

Verum aduertēdum eſt, quia iſtud procedit,
quo ad alios, non quo ad ipſum teſtatorem, uel
eius hęredem, imò quod nec probat, quo ad prę
dictos, niſi iuret, & rationem ibi aſsignat Barto.
met nu. 8. quia ſine iuramento non intendit pro
bationem inducere, ſed diſponere, cum iuramen
to uerò ſic, quia perinde eſt ac ſi dixiſſet, uolo
uerba iſta ualere omni meliori modo quo uale-
re poſſunt. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de le-
gat. ſecundo.

Quartò adde, quod neque libellus actoria ad
mitteretur pariter, ſi inſtrumenti mentionem fa-
ceret niſi exhibeatur. ita Innoc. in c. 1. ad fin. de
proba. & Bald. in d. l. inciuile. in princ. ff. de legi.

quod

quod eget etiam declaratione, quoniam id non eſt ex quo inſtrumenti faciat mentionem, ſed qa eſt regulare, quod actor edat reo, non ècontra, ut diximus in l. 1. ſupra eod. l. qui accuſare. l. fin. eo. tit. ſupra & infra, & quia non poſſet reus, niſi exhiberetur plenè deliberare. l. 1. ff. eo. & quia etiam in libello ipſius mentionem faciendo eo uti uelle uidetur, quo caſu etiam edi exhiberiq; debet. l. 1. §. edenda. ff. eo.

Quintò & ultimò, adde ſi delegatus citet abſentem, & in citatione mentionem faciat delegationis Apoſtolicæ, quod exhiberi debebit. c. præterea, de dila. Barb. in loco præalleg. imò quod in citatione debet poni copia, aliàs citatus comparere non teneretur. l. 2. & ibi Bar. col. 3. ff. ſi quis in ius uoc. non ie.

Quod adhuc declarari debet uerum, ſi petatur, aliàs exhiberi non debebit, & citatus tenebitur comparere. & ita in ſimili in mandato inquit Alex. conſ. 146. in fi. uolum. 5. declarando not. per Bal. in l. 1. in prin. ff. de procur.

Sed exhibito inſtrumento, dubitatur cuius ꝑ
18 textu fiat exactio, † puta quia quantitatem contineat, an relati, an uerò referentis. & breuiter concludit Dec. hic, quod fiet uirtute referentis, non relati, motus per iſtum text. à ſenſu contrario, quod arg. in iure fortiſsimum eſt. l. 1. §. [illegible] iur. ff. de offic. eius. ſed hic dicit, quod nulla ex hac memoria, id eſt ex referente fiet exactio, ſi relatum non exhibeatur, ergò ex eo fiet à contrario, ſiue ex ea, ſi exhibeatur.

Et quia dictio ex, ſignificat cauſam immediatam, ut per Bart. in l. eo tempore. in §. fi. ff. de pet. et melius in l. liberorum. nu. 18. ff. de uerb. ſig. l. ex hoc iure. ff. de inſti. & iu. & cum dicat ex hac memoria fiet exactio ſi producatur, non aliter intelligi poteſt, quàm ex referente, & ſic non ex relato.

Et quia ultimò ponit exceptionem à regula, ibi rurſum, niſi aliud documentum proferatur. l. actione. ibi, niſi de dolo intra conceſſa tempora, infra de tranſact. quæ eſt reſpectu referentis, quæq; facta intelligitur in caſu, in quo regula loquitur. l. nam quod liquidè. §. fi. ff. de pen. leg. no. in l. 1. ff. de reg. iur. ergo (ut dixi) ex eo, non ex relato fiet exactio.

Ex quo (ſubiicit) ad no. dictum Bald. inferri poſſe, ſi intra terminum peremptorium datum ad producenda inſtrumenta, exemplum producatur; quod regulariter non probat, ut infra: originale uerò poſt terminum; quod imperfecta probatio exempli confirmabitur, & uirtualiter probatio in termino facta dicetur, in c. 1. in princ. de fid. inſtrumen. & eſt argum. in l. ſi donatæ. in §. 1. ff. de don. int. uir. & uxo. ubi quod ad confirmationem alterius accedit, eodem tempore factum uidetur.

Sed aliqua obſtare uidentur, & primò, quia ſi referens inualidū eſt, ex eo agi non poteſt. l. non dubium. C. de legib. l. eius qui in prouincia. ff. ſi cert. pet. ergo ex relato neceſſariò, quia omnia noſtra facimus, quibus à nobis auctoritas impartitur. l. 1. §. omnia. C. de uete. iu. enucl. l. adoptio non iure facta. ff. de adop. Bar. in l. priuilegia. C. de ſacroſan. eccl. in princ.

Secundò quia referens eſt propter relatum, non ècontra, ergo iſtud quoad exactionis effectum attendi debet, & non illud. l. & ſi non ſint. §. perueniamus. ff. de aur. & arg. leg. l. cum enim. ff. de nona. pulchrè Bar. in l. cum proponas. lect. 1. colum. 3. C. de dolo.

Tertiò quia relatum referentem iuſtificat, regulareq; eſt agi eſt iuſtificante, non ex iuſtificato, ſi per ſe inutile ſit. l. poſthumus. §. fi. ff. de inoffi. teſta. l. ſi quis priore. ff. ad Treb. Bal. in auth. ex cauſa. col. pe. C. de lib. præte.

Quartò facit etiam, quia cum referens ſit minus dignum relato, non æquè conuenit, ut exactio ex referente fiat, ex quo ſit minus dignum, & efficax, traheret ad ſe magis dignum & efficacius, non dicendum. l. quod per manus. ff. de iur. codi. c. quod in dubiis. de conſecr. ec. uel alta. & eſt in ſimili tex. ſ. loco in l. iuriſg. in §. quinimò. ff. de pact. ubi ex pacto nudo non producitur actionis effectus, ſed ex ueſtimento contractus, ſi incontinenti appoſitum iuxta illum ſuiſſe dicatur, quandoquidem informatur à ſuo ueſtitu. & producitur nunc. præſcriptis uerbis. ut dicemus etiam in l. petens. infra de pact. quaſi inualidum referens hic à relato ueſtiatur, quod dictum eſt paritèr exactionis producere debet. & in terminis in d. c. 1. de fi. inſtru. ubi nec exemplum probat, & ſi originale producatur, probatio ex eo ſumitur. & idem in l. procurator, proximè, ſuprà, & in l. 2. ff. de fi. inſtr.

Nec obſt. adducta in contrarium, quia foret abſurdum, ſi ex eo diceremus exactionem fieri, cum ut diximus inualidum ſit, quo caſu debilitari ſolet argum. à contrario, ne procedat, uulg. l. 2. C. de condi. inſer. & quia eſt à coniecturis, & ſubauditus intellectus. l. apud antiquos. C. de fur. per ſubauditos intellectus non debet induci legum correctio. c. cupientes. §. quod ſi per. uiginti. de elec. in 6. quod utique eſſet ſi exactio fieret ex referente, ut ex multis iuribus ſupra oſtēſum eſt, quod ex actu inualido, ſcilicet agi non poteſt, ergo.

Non obſ. ſecundū, quia id non ſemper uerum
19 eſt, † imò quod ex, id eſt propter quandoque exponitur, ſi id ſubiecta materia dictarit, & ſic quod una dictio ponatur pro alia. l. ſi uno. ff. loc. l. ea s cauſas, & ibi glo. no. ff. de cond. & demon. in terminis Bar. in l. 1. in §. ex incendio. ff. de incen. rui. nauf. & ita capitur & exponitur hic, memoriaq; id eſt inſtrumentum referens, ſit cauſa remota exactionis, relatum uerò proxima.

Non obſt. tertiū, quia uerum eſt, quod exceptionem ponit exactionem fieri ſi relatum exhibeatur,

beatur, ſed non quod fiat ex referent:, & in hoc eſt fallacia argumenti.

Vel dic quod fallat, quádo ſic intelligendo ſequeretur abſurdum, quoniam tunc de alio eſſe poteſt, quam de regula, & facta non in caſu, in quo regula loquitur, ut declarat Imol. in l. filio præterito. colum. 2. ff. de iniuſto teſtam. ſed hic ſequeretur abſurdum ſi intelligeretur reſpectu inſtrumenti referentis, quoniam de ſe inualidum eſt, ergo.

Subinde adiicientes, nec Bal. dictum fore negandum in d. c. 1. quod inualida probatio exempli confirmabitur, ſed tamen, ut ex confirmante agatur, non ex confirmato, ut ſupra, imò qđ nec dictum ipſum uerum eſſe uidetur, quoniam omnis conceſsio regulata tempore inducit tacitam prohibitionem poſt tempus. l. ſtatuliberum. §. Stichum. ff. de leg. 2. l. imperator. ff. de poſtu. plenè Flor. in l. ſeruitutes. 2. in princ. ff. de ſer. quomodo igitur exemplum confirmari potuit uideriq; productio facta in termino?

Non obſt. tex. in l. ſi donatæ. in §. 1. ff. de don. inter vir. & uxo. quia non ita reſiſtit lex eo caſu, ut iſto, loquens in donatione, quæ eſt actus extraiudicialis, & ubi de ſubroganda re loco alterius agitur, longè alienum à caſu noſtro. quoniá tunc eadem cenſetur, ſed non hic ratione prædicta productio, & ita illum tex. declarat Socin. in l. filiæ. in §. Titia. in princ. ff. de condi. & demon. Bal. in l. ſi cum. in §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. colum. 2. Rom. conſi. 146. in fi. Alex. in diſputa. Sigiſmundus. colum. 37. plenè Dec. in c. quoniam Abb. colum. 3. ubi & nos quoque. de offic. deleg. Et quod in diuerſis terminis loquatur ẽt ex eo liquet, quoniam adhuc actus ibi de ſe ualidus erat, hic non, Crot. in l. omnes populi. colú. 25. ff. de iuſti. & iur.

Vel dicamus, ut ibi per Fulg. quod dicto caſu ſit ſpeciale, quoniam donatio inter vir. & uxorẽ non ualet, nec eſt donatio, cum quid datur, ut uice mutua aliud recipiatur, ex quo non poſsit inferri ad deciſionem prædictam. Bal. uulg. l. ius ſingulare. ff. de legi. uel à priori, ſol. non recedas utpotè ſolidiori & magis amica literæ.

Verum pro complemento cogita tu, quæ ſit utilitas diſputationis, uel ex relato, uel ex referente fiat exactio, cum effectum habeamus, nec aliud curandum ſit. l. ſi mater. C. de inſti. l. ſed & ſi de ſua, & ibi Alex. ff. de acqui. hæred. l. Gallus. §. ſi eius. ff. de lib. & poſthum. & quia, ut dicebam ſupra, unum tantum cenſetur ex natura correlationis poſt Bald. in l. inciuile. ff. de legi.

Vel dic quod utilitas ſit propter gabellas, ſi diceret ſtatutum de quolibet contractu, de quo fuiſſet rogatus notarius, ſoluendam eſſe, quia ſi exactio fieret ex referente ſolueretur, ſi ex relato non, quoniam tunc notarius rogatus nõ fuit, ut dicebam pariter in rationibus decidendi. ita in ſimili Bar. in l. edita, nu. 4. ſupra eo. & Bald. in l. cum dotem. ad fi. C. de iu. do.

20 Secundò nota, ut hic dicit † Rimi. quod licet quis produxerit inſtrumentum ad ſuam intẽtionem probandam, non propterea ſibi legem imponit, quominus id poſsit etiam aliis modis facere, ex quo dicit tex. hi, ſi inſtrumentum faciat alterius mentionem, quod non probat: ideo aliæ probationes neceſſariæ ſunt, de quo ſe remittit ad not. in c. 2. de prob. & in authen. iubemus. C. de iudic.

Adde tu non ab re eſſe, quia facultas probationum anguſtari nõ debet, ſed ampliari potius. l. quoniam. C. de hæret. l. curent magiſtratus, de teſti. c. fi. de fid. inſtr. & quia ſi anguſtaretur nõ dixiſſet aliàs tex. in l. ob carmen. in §. fin. ff. de teſti. & in c. in præſentis. de renun. & Bald. in l. ſpadonem. in §. qui intra. ff. de excu. tut. quod iudex non debet applicare motum animi ſui ad unam ſpeciem probationis tantum, ſed formare potius ex confeſsionibus partium, ex depoſitionibus teſtium, allegationibus iuris, & aliis.

Vnde fortè ſecundum quoſdam poſitionũ uſus etiam inuentus eſt. l. 2. §. quod obſeruari. C. de iuram. calum. & ibi Cy. refert col. 4.

Secundò adde, bene dixiſſe quod aliæ probationes neceſſariæ ſunt, quia inſtrumentum alterius mentionem faciens non probat, quia ſi probaret à contrario, neceſſariæ non eſſent.

Imò ſuperfluæ & conſequenter reiiciẽdæ, nec producens aliter grauandus. d. c. 2. de probatio. imò quod nec ualeret conſuetudo inducens ſuperfluas probationes, ut inquit Abb. in repet. c. cum eſſes, in princ. de teſta. & eſt ratio, quia ars & natura nihil operantur fruſtra. l. qui bis idem. ff. de uerb. obli. & quia fruſtra fit, & dicitur, per plura, quod poteſt fieri & dici per pauciora. l. dominus teſtamento. ff. de condi. inde. & per iſtam rationem inquit Bald. in rubr. ſi cert. pet. colum. 3. quod pluralitas poni non debet, ubi nõ oportet. & eſt comprehenſio ſiue clauſula Latinè longioribus numeris comprehenſa, quæ à Græcis dicitur periodus, ut ĩ Parti. inquit Cic. vnde videmus, quod hac ratione non eſt ſæpius reſti. in integrum concedenda ſecundum Cyn. in l. 1. C. ſi ſæp. in integr. reſt. pe. & facit etiam quod habet in l. 1. & toto titu. C. ne in una eademque can. liter. prouo. aliàs fatigaretur iudex, ut in ſimili inquit Flor. in l. ſi precario. ff. communia prædio. quod quando quis poteſt aliquid facere auctoritate propria, non debet iudicem fatigare, & eſt argum. in l. 1. C. de theſau. lib. 10. Et ita uidetur innuere tex. noſter hic, quod aut relatum produci debet, aut alia probatio fieri debitæ quantitatis. l. ſi hæredi plures. ff. de condi. inſti. l. ſi is qui ducenta. §. utrum. ff. de reb. dub.

Eſt uerũ & tertiò, his non obſtantibus, ſi uellet producẽs ſuperflua probatione onerari, nõ quod cogi poſsit neceſſariò, aut cauſatiuè quod ei mos gerendus eſt, l. circa. ff. de prob. Bar. in l.

cum uirum. in fi. C. de fideicom. Et quamuis poſtea in probatione deficiat, nõ tamen perdit cuſam, dummodo ex alio fundatam intentionem habeat. l. unica. in princ. C. de rei uxo. ac. Saly. in d. l. cum uirum. & quanquam Bar. in l. 1. in §. fuit quæſitum. ff. de aqua quotid. & æſti. contrarium ſentire uideatur, & eſt tex. in l. habebat. ff. de inſtito. nihil eſt tamen, nec obſtabit, quia uerũ eſt quando producens, ſiue agens non haberet intẽtionem fundatam, & multa plura congerit Caſtane. conſi. 19. in 6. dub. col. 1. & 2.

21 Tertió nota ex iſto text. quod exactio fieri dicitur † ex inſtrumentis debitum probantibus, quod planè procedit ſecundum Deci. ſi ſunt inſtrumenta habentia executionem paratam, uel de iure communi, ut depoſitum. l. pen. C. depoſi. uel teſtamentum. l. fi. C. de edic. di. Adr. tol. uel ſi legatum aut fideicommiſſum petatur. §. illud. in Auth. de hær. & Fale. latè Alexã. in l. ſi cum dotẽ. in §. eo autem tempore. colum. 2. ff. ſolu. matri. Iaſ. in l. fin. colum. 5. C. de edic. di. Adr. tol. quod arguit ius commune in contrarium. Lius ſingulare. l. quod uerò contra. ff. de legi. quia regulariter inſtrumenta non ſunt huiuſmodi, id eſt non habent executionem paratam, ſed requiritur libellus, & reliqua, de quibus in l. prolatam. C. de ſenten. l. minor uiginti quinque annis cui fideicõmiſſum relictum eſt, ff. de minor. uel ſi habeat executionem paratam ex forma ſtatuti, quia immediatè fit præceptum de ſoluendo. l. ſi debitori. ff. de iudic. & idem in confeſſione propria debiti, quæ immediatè mittitur executioni, ut ſententia, dicebat Pau. Caſt. conſi. 232. ad fi. uolu. 2. argum. in l. proinde. ff. ad leg. Aquil. & in c. nos in quenquam. 2. q. 1. & eſt pluſquàm uerum.

Sed dubitatur, quid ſi lata inde ſit ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, queq́; executioni mittitur, in inſtrumentis ſcilicet paratam executionem non habentibus, dicetur ne fieri ex ipſa ſententia exactio, an uerò ex ipſo inſtrumento? concludit idem Dec. adhuc ex ipſo inſtrumẽto fieri, motus hac ſola ratione, quia in inſtrumẽto fundata eſt, quod cum cauſa potiſſima fuerit condemnationis nõ poteſt aliter dici, niſi quod ex ipſo fiat exactio: inferendo poſtea ad dictum Ang. in l. ſi poſſeſſor. in §. 1. ff. de pet. hære. ubi ſi ſtatutum concedat quartam partem condemnationum poteſtati, & unus poteſtas condemnet, alter exigat, debebitur quarta pars condemnanti, qui fuit cauſa potiſſima exactionis. ſubiiciens quod ita in ſimili etiam conſuluit D. Otho Nicolinus aduocatus Flo. & ut per eum latius.

Mihi autem contrarium uidetur uerius, & utilitas reſultabit ex hoc, ſi de ſententia, uel de inſtrumento gabella ſoluenda ſit, ut ſup. Moueor, quia cum primum ſententia tranſiuit in rem iudicatam, ipſa eſt, quę executioni mittitur, queq́; parit exceptionem rei iudicatæ. l. eos. in prin. C. de appel. l. 1. C. de arb. Bal. conſi. 344. in princip. uolum. 1. unde eſto quod in eo fundata ſit, non ex eo tamen dicetur fieri exactio, ſed ex ſententia, argum. in l. illicitas. in §. ueritas. ff. de offi. pręſid. aliàs à præceptiua, quando inſtrumentum habet executionem paratam nõ differret, minimè dicendum, & not. aliàs in d. l. ſi debitori, & per Bald. in l. 1. in fi. C. de lit. conteſt. & uidetur caſus in l. ait prætor. in §. ſi index. ff. de re iudi.

Nec illatio uidetur facere ad propoſitum quia id primum uerum eſt in ſtatuto de condemnatione loquente. Demum quia neceſſar ò exactio debet trahi retro, ſicuti finis ad principiũ, à quo habeat neceſſariam conſequentiam. l. 3. §. ſcio. ff. de mino. idem Dec. conſi. 381. in fin. uolum. 2. longè aliena à caſu iſto, igitur conclude omnino quod ex ſententia fiat exactio non autem ex inſtrumento, ut ſic ab eo differat, quod habet executionem paratam, ut ſupra. Et nota pro complemento, licet ſæpe mentionem fecerim debitæ quantitatis, de quo uerbo hic, quod iſtud tamẽ non reperitur in corpore, unde authen. iſta ſum pta eſt, debentq́; aliàs deleri, quia addita fuerit ab Irne. qui (ut dixi in euidentia.) non habebat poteſtatem legis condendæ. & quia pauló infra idem legitur, ibi, quia & quantitas, cuius memoria facta eſt, pro ueritate debetur. & ex his textualia ſint expedita.

Licet adhuc (& in materia quidem utile eſt) dubitetur priuſquam ueniamus ad gl. ſi eccleſiã uendit fundum, & in contractu dicat præcedentibus legitimis tractatibus auctoritate epiſcopi, &c. & aliis de quibus in authẽ. hoc ius porrectum. C. de ſacroſanc. eccl. & in corpo. unde ſumi-
22 tur, an iſta uerba faciant fidem, † & eſt quæſtio quam ponit Bar. hic in fi. qui tenuiſſe uĩ qď nõ, idemq́; in l. ſciendum. colum. 1. ff. de uerb. oblig. motus hac ſola ratione, quia qua facilitate uendit, eadem etiam uerba prædicta profert. & licet dubium facere uideretur text. in l. optimam. C. de contrahen. & commi. ſtip. ubi uerba enunciatiua probant inter eaſdem perſonas (quod etiã dictum fuit in caſus figuratione) attamen nihil eſt (ſubiicit Bar.) quia id uerificatur, & procedit in his, in quibus partes poſſunt ſibi præiudicare non in aliis. ideo Dec. hic, nume. 36. opinionem Bart. ſecutus, poſt Feli. etiam in c. licet, de re iud. inquit qď conſilium eſt, de dictis ſolennitatibus fieri inſtrumentum ſeparatum.

Videtur tamen mihi arguendo de fiſco ad eccleſiam. l. fi. C. de ſacro ſan. eccl. quòd pro deciſione iſtius quæſtionis ſit tex. in l. 1. C. de fid. inſt. & iure haſtæ fiſca. lib. 10. quod imò fidem faciant, & maximè, quia (ut dicebam ſupra) uidentur ſolennitates intrinſecæ, quæ omnimodo præſumi debent. d. l. ſciendum.

Nec obſt. quod eadem facilitate, qua uẽdit, eadem etiam dicta uerba proferat, quia hæc ratio quoque locum habet in caſu d. l. optimam, & tamen fidem faciunt.

Minus

Minus obſt. quod loquatur in his,in quibus
partes poſſunt ſibi præiudicare, quia reſtringit
generalitatem d.legis,& malè.l.1.uulga.§.gene
raliter.ff.de lega.præſtand. tamen ab opin. Bart.
non diſcedas, hæcque diſputationis gratia di-
cta ſint.

In glo.1.(cæteræ nihil habent) traditur regu
la,quanquam materia ſit, ut diximus ſupra,legis
præcedentis,quod exemplum non probat(quid
ſit exemplum diximus pariter in euidentia.) &
23 bene,† nec in iudicio, nec extra,etiam quod fi-
ſcus agat,& probatur clarè in l.2. ff.de fid.inſtr.
& in l.Pomponius ſcribit.ff.fam.erciſc. & ſupra
in l.procurator, quæ eſt proxima (ut diximus)
alleg.quoque in gl.hic, melius quàm alibi in c.
1.de fide inſtrum.ubi ad literam dicitur, ſi ſcri-
pturam autheuticam non uidemus, ad exempla
recurrentes,nihil facimus,& pōdera uerbum ni
hil facimus,perinde ac ſi dixiſſet, nihil agit qui
exemplo utitur,eſtq; frequens loquendi modus
Iureconſultorum,quaſi loco prouerbialis ſche
matis.l.fi.ibi, nihil agit.ff.de libe.& poſthu. l.1.
ff.de offi. proc.Cæſa. l.ſi quis obrepſerit.ff.ad le
gem Corn.de fal.l.fundus.ff.de contrahen. em-
ptio.l.is qui hæres.ff.de acquir.hæredit.& idem
in l.3.C.de diuer.reſcrip.ubi ad literam dicitur,
quod reſcripta originalibus probantur non exē
plis. & idem in l.fi. ff.quemadmodum teſtamen.
aper.ubi Bald.ait, quod non dicitur etiam dicta
teſtium percunctatus,qui uidit exemplū,i quo
erant depoſitiones,nec didicit ita teſtificata, quo-
minus adhuc teſtes poſſint examinari, & eſt ſin-
gul.dictum Rom.ut hic,per Dec. nu.7. & illum
tex.alleg.glo.in §.& hoc inſuper, in Authen. ut
ſpon.larg.unde iſta authē.deſumpta eſt, & dictū
ſing.Rom.quod eſt 32.Barb.ante Dec.in apoſt.
ad Bald.in præalleg.l.fi.Sed non eſt tutum,& ip
ſum in ſpecie bonis rationibus,reſpondendo ad
tex.in d.l.fi.reprobat Maria.Socin. in c.fraterni
tatis,colum.4.de teſtib.dic ut per eum.text.ipſe
uerò in d.l.fi.regulam optimè probat, quod ap
tum tunc dicitur teſtamentum, ſi authenticū pa
tefactum ſit,non ſi exemplum.

Et ad propoſitum ratio eſt regulæ, quia cum
exemplum habeat relationem ad aliud, id debet
24 exhiberi,ne exemplatum deficiat,† l. in teſtamē
to magna.ff.de condi.& demonſt. melius in l.1.
C.de Lat.lib.tol.ibi,abſurdum enim eſt re ſubla
ta eius imaginem derelinqui,quaſi exemplum ſit
imago repræſentans authenticum & originale,
non ſecus ac filius,qui eſt imago patris. l.fin. C.
de impu.Bal.& Sal.hic,in prin.fuſius.

Secundò quia tabellioni non creditur,niſi de
facto,de quo rogatus eſt,ut etiam dicebam ſupr.
ſed ad aliud.§.nos autem.in Auth.de tabellio.ue
rum de exemplo tantum rogatus eſt, nō de prin
cipali facto,quod agens probare intēdit,ergo ei-
dem nō credetur.idem Bal.hic poſt Inn. in locis
de quibus per eum,& etiam Iaſ.declarat.

Tertiò,quia ex comparatione literarum,& a-
liis ueritas inquiri debet,argum.in l.2.& in l.nō
eſt nouum, ſupra eod. ne uia aperiatur fraudib.
ergo exemplo non credetur, niſi de ueritate ap-
pareat,ſentit Bar.hic,nu.3.idem Bald. in princ.
& quod non debeat aperiri uia fraudibus, & da-
ri materia falſum fabricandi ultra prædicta pro-
batur etiam in l.1.in §.editiones. ff.de edend. &
in l.2.in §.diem.ff.quemadmodum teſtam. aper.
& in Authen.at qui ſemel. C.de probationib. &
in cap.fraternitatis,de teſti. idem Bald. conſilio
352.colum.2.uol.1.

Et ſi exemplum non probat,multominus pro
25 babit † exemplum exempli, ita Barto.infra, nu.
9.in fi.qui allegat text.in d.l.3.C.de diuer.reſcr.
* & dicit ita * communiter teneri, & ibi in ſpecie
Bald.not.& conſi.præalleg.352.tex. tamen in d.
l.3.non probat. unde idem Bal.rationem ſeu ſi-
mile adducit,quia uidemus hinc,quod nec pro-
bat teſtis de auditu auditus, puta quia audiuiſſe
dicat aliquem dicentem audiuiſſe Titium (uerbi
gratia) dediſſe centum Seio,& bene. l.in exercē
dis.C.de fid.inſtrum.qui ſignanter ita etiam de-
clarat in l.in bonæfidei.colum.3.C.de reb.cred.
& Iaſ.poſt eum,in l.admonendi,colum.60.ff.de
iureiurando.

Videtur tamen, quod ſimile non ſit bonum,
quia licet tex.de auditu auditus non probet,p-
bat tamen de auditu proprio,& ſimpliciter. c.2.
de conſue.c.licet.c.tam literis.c.cum cauſam.de
teſti.l.teſtium.C.eod.l.quod meo.§.ſi per uendi
torem,& ubiq; not.ff.de acquirē.poſſeſſ.ubi nec
exemplum exempli aliàs,nec exemplum ſimpli-
citer probat,ut ſupra.

Nec obſt.regula l.in exercendis. quia non eſt
ſemper uera, ut per Bart.in l.2.C.ſi mi.ſe ma.di.
Alexan.& alios,in l.oratione.colum.1. ff.de ſer.
& ideo argumento à ſimili nullum eſt debilius,
quia data in aliquo diſſimilitudine corruit, iu-
xta no.in l.non poſſunt.ff.de legi.& in c.per ue-
nerabilem, qui fi.ſint legi.ego in collecta.in d.l.
non poſſunt,multa.

Dictum tamen uetiſſimum eſt,quia qua rōne
exemplum ſimpliciter non probat, eadem mi-
nus probabit ſi fuerit exemplum exempli,per ſu
prædicta. Alexan.conſi.138. colum.3.uolum.1.
Corn.conſi.24.colum.4.uol. 4. ſed adde tu ra-
tionem,non probare,quia inconueniens multi-
plicari non debet.l.1.C.de d t.promiſſio.l.cum
poſt.§.gener.ff.de iure do.Bald.in l.lege.ad fin.
C.de legi.hær.

26 Imò plus,quod nec adhuc probaret,†ſi ſum-
ptum eſſet à pluribus notariis,aſſerentibus ſe ui
diſſe originale,non abolitum, uel cancellatum,
ipſumq; auſcultaſſe,& cognouiſſe amplius nota
rii manum,& literas, ſiue caracteres, ut hic per
* Bart.nu.7. Iaſ. Dec.& alios,& eſt cōmunis *opi
nio,nulla alia ratione præ cæteris, niſi iſta, quia
de eo rogatus non fuerat.d.§.nos autem.in Au-
then.

then.de tabellio.ideo eſto,quod aſſerant ſe illud
uidiſſe. non tamen exemplo credetur.tantū igi-
tur probat ſi à pluribus ſumptum ſit, quantum
ſi ſumptum ſit ab uno,ut in ſimili de teſtibus ſin
gularibus inquit Bald.in l.iuriſiurandi. colum.
1.in fi.C.de reb.cre.ſed non probat,ſi ab vno ſu
matur,ergo nec etiam ſi à pluribus.

Sed contra,quia tabellio æquiparatur teſti. l.
Domitius Labeo.ff.de teſtamen.Bald.in l.Impe
rator.ff.de ſta.hom.ſed ſi plures teſtes deponant
ſe uidiſſe inſtrumentum probabunt abſque du-
bio,eiſdem ſtandum erit,ut hic per Barto. num.
6.ergo multomagis ſi à pluribus notariis exem
plum ſumatur.uulga.l.ſi quis ſeruo.C.de furtis.
ubi gloſſ.

Cui difficultati reſpondebam aliàs,idq; etiam
Pau. Caſt. Iaſ.& alii non eſſe bonum argum. de
teſte ad tabellionem,quia teſtes ſolemniter exa
minantur,tabelliones uerò non, ſed ſimpliciter
rogantur,ut exemplificent. & maximè, quia plu
ra alia requiruntur,quod originale amiſſum ſit,
quod ſint ualde periti,& quod literas notarii co
gnoſcant,aliàs nec ipſis quoque crederetur.c.cū
olim.de priui.& ut per eundem Bart.fuſius, nu.
prælleg.& eſt argum.in l.2.in §.ætas. ff.de exc.
tut.Bar. in l.1.in §.idem Cornelio.ff.de quæſt.

Vltimò neq; fidem faceret ſi iuberet Papa,vel
Imper.d.c.1.de fide inſtrum.Rom.ſing.708. Fe
lin.in c.cum olim.colum.11.de re iudic.per d.c.
1.& eſt argum.in l.ſi quando.in princ. C.de inof
fic.teſtam.& in c.ſi.de reſcr.in 6.

Regulam igitur ſic firmatam & declaratam li
mita,ut hic per glo.& Bar.in 3.oppo. quem ſe-
quuntur omnes,non procedere ſi exemplū ſum
27 ptum ſit auctoritate iudicis, †quod optimè pro
batur in iuribus ad idem alleg. in §.illud . in Au
then.ut ſta.ſi.in l.chyrographis.ff.de adminiſtr.
tut.in l.publicati.C.de teſtam.& in c.fin. melius
& clarius,quàm alibi,de fi.inſtr.

Non ſufficit tamen,niſi iudex ipſe inſtrumen-
tum originale uiderit,non abolitum, nec cancel
latum,uel in aliqua ſui parte uitiatum, ut in ſimi
li dicitur in l.fi.C.de edic.di.Adr.tol. mandaue-
ritq; tabellioni exemplari,qui hoc etiam atteſta
ri debebit,quod uidit,quodq; ſibi idipſum man
dauerit,ut per Bal.hic,& Abb.atque alios in d.
capit.finali.

Et ad materiam,ac declarationem facit, quia
propriè loquendo publica inſtrumenta exēplan
tur,priuata uerò publicantur,ut in iuribus præal
leg.& in l.fi.ff.quemadmo.teſta.ape.

Et ad propoſitum limitationis ratio aſsigna-
tur hic per Bal.colum.pen. quia auctoritate iudi
cis præſumetur uerum, ad quod uidetur etiam
tex.(ut dicebam aliàs) in l.1.C.de prædiis decu.
lib. 10.& in l.tranſactionem.C.de tranſact. & in
l.pacta nouiſsima.C.de pact.uſque adeo ut dicāt
ſcriben.in l.1.in §.nunciatio,præcipuè idē Bald.
in princ.ff.de no.ope.nun.& Bar, d.l.creditores.

in princ.in lect.C.de pigno.quod utilis eſt etiam
in caſibus,in quibus neceſſariò nō requireretur,
bonus text.in l.cum oſtendimus.in §.fin.ff.de fi-
deiuſſ. tut.

Cum declaratione tamen, ſi is ſit de maiori-
bus iudicibus,quoniam aliàs ſecus.§.nos autem.
Inſti.de Attilia.tut. Bald.in l.tutores. ff.de con-
firma. tuto.

Contra quam rationem tamen facit text.in c.
quoniam contra.de prob.ubi iudici aliquid aſſe
renti regulariter non creditur,ergo nec etiā ſi di
cat originale uidiſſe,ut ſupra.

Sol.iudici non creditur aliquid aſſerenti ſim-
pliciter, ſed benè, ſi hoc ipſum atteſtetur nota-
rius(ut dictum eſt) ſibiq; demandatum ab eo,ut
originalis exemplum ſumeret,latius De.& alii
ita ſine controuerſia tranſeuntes.

Cogita tamen quomodo eidem credatur, qđ
iudex hoc ſibi demandauerit, ſi non creditur qñ
aſſerit ſe uidiſſe originale non abolitum, cogno
uiſſe literas, & ſignum,ut ſuprà, quia tamen ha-
bemus tex.clarum in d.c.fi.ua eſt tranſeundum.

Verum adhuc aduertendum eſt,quia aliud re
quiritur,quòd citetur pars, ex quo lædi poſſet;
ut per Bar.hic,nume.4.& Bald.in loco prælle.
& Ang.poſt Pe.Gul.& Cy.& Innoc.in c.Alberi-
cus,de teſti.& bene.l.nam ita diuus. ff.de adopt.
uulg.l.de unoquoque.ff.de re iudi.d.l.1.§.1.ff.q
ſen.ſi.ap.re.aliàs actus non ualeret,nec exemplū
faceret fidem,ut per Aret.conſi.165. colum.1 o.
& dicit rurſum Bald.alibi,quod in iudice non ci
tante præſumitur dolus,quia facit contra ius na
turale,conſi.35.col.2.not.3.clem.paſtoralis, de
re iud.imò quod neque princeps aliquid poſſet,
in non citatum,etiam de plenitudine poteſtatis.
d.clem.paſtoralis,glo.in l.fi.C.de legib. Abb.in
c.uenerabilem.co.3.de elec.Iaſ.in l.Gallus. in §.
& quid ſi tantum.col.pe.ff.de lib. & poſth.

Quod declara uerū, ſi perſona ſit certa,aliàs
28 generale proclamma ſufficeret,† l.ſi eo tempo-
re.C.de remiſſ.pi.Idem Angel.hic,& eſt exem-
plum in beneficio, ſiue priuilegio à principe
conceſſo.

Declara item citationem ſpecialiter requiri,
niſi mora ſit periculum allatura,argumen.in l.de
pupillo.in §.ſi quis riuos. ff.de no.oper.nuncia.
Alex.in l.ſi fideiuſſor.in §.ſi ſublatum. ff.qui ſa-
tiſd.cogan.exemplificando in caſibus ſimili mo
do,ut hic per Dec.poſt Innoc. in d.c.uenerabi-
lem.Feli. latè in d.c.fin. de fid.inſtrumen.& pro
batur in c.cum dilecto.in §.nos igitur. de cōſti-
tuti.uel inuti.& in c.quoniam frequenter, ut lite
non conteſt.in prin.vel quia ſtatuto, aut conſue
tudine ita caueatur,ſecundum Bald.in d.loco, ſi
gnanter poſt eundem hic,& Salyc.pariter idem
dicentem Alexand.conſi.41.colum.ult. uolu.2.
& nimirum,quia hoc caſu ſit probabile qđ aliàs
non eſſet,cap.2.& 3.de conſu.argum. in l.uiros.
& in l.probatorias.C.de diuer.offi. lib.10.

Sed

Sed cõtra, quia citatio eſt de iure naturali,& defenſio quidem, quæ huiuſmodi eſt. l. 1. §. cum arietes. ff. ſi quad. pau. fe. di. clemẽ. paſtoralis, de re iud. neque debet poſſe tolli ſtatuto uel cõſuetudine, quæ eſt de iure ciuili. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. l. de quibus. ff. de legi. §. ex non ſcripto. §. ſed naturalia quidem. Inſti. de iure nat. §. fi. Inſti. de legi. agna. tu. l. 2. §. fi. ff. de uſut. ca. re. quę uſu con. cogitabis.

Non eſſet neceſſaria etiam citatio, quando aduerſarius eſſet quis, ſpe & potentia tantum non re & actu, puta ſubſtitutus. l. 1. §. denunciari. ff. de uen. inſpic. Bald. in l. ne quicquam. in §. ubi decretum. colum. 7. ff. de offi. procon. Dec. Seni. hic, q gloriatur Bald. à nemine allegari, Purpur. latius nume. 22. Adde tu ultra eos eundem Bald. in d. l. nam ita diuus, & in rubr. de ſucceſſ. edic. ad fin. Bart. in l. in diem. ff. de aqua plu. arcen. & Alex. ſignanter per d. §. denunciari, in l. ſæpe. col. 5. ff. de re iudic. Are. conſi. 37. in fi.

Et minus ultimò, quando certum eſſet aduerſario defenſionem non competere, l. 2. §. quod de frumentaria. ff. de admi. re. ad ci. per. & ibi Barto. Abb. in c. ex inſinuatione. de appel. & in c. 1. col. 2. de cau. po. & prop. Alexã. in l. ſi pacto quo pœnam. col. 1. infra de pac.

Sed ad ſtatuti propoſitum, ſi dicat quod inſtrumentum manu notarii de contractu rogati, habeat executionem paratam, & ſic contra regulam l. minor uigintiquinque annis cui fideicommiſſum relictum eſt. ff. de minor. dictumque fuit ſupra, an uerificetur in exemplato iudicis aucto-
29 ritate. † Alex. hic breuiter colum. 2. tenet quod non, motus per glo. quam ibi ſignanter etiã ponderat Bartol. in d. l. probatorias. C. de diuer. offi. lib. 10. & dicit, quia non eſt exemplatum manu notarii, rogati de contractu, quod ad d. exẽplum ſe non extendit.

Adde tu ita & taliter interpretari debere, ut minus lædat ius commune, quàm ſit poſſibile. l. ſi ſerui ueſtri. C. de noxa. quod utique erit ſi ad d. exemplum non extendatur. Et quia ſi uerificaretur in exemplato, uerba manu notarii de contractu rogati, nihil operarentur, & malè. l. ſi quando. ff. de lega. 1. c. ſi Papa. de priuil. in 6. Deci. uero aliter dicit, ſi hoc requirat ſtatutum pro forma, exempli gratia quia habeat clauſulam annullatiuam iuxta no. in l. 1. ff. de liber. & poſthum. & in c. cum dilecta. de reſcrip. Alexand. conſ. 35. colum. 1. uolum. 4. quod tunc dictum Bart. & Alexand. erit uerum, quod in exemplato non uerificetur, ex quo à forma recedi nõ poteſt, aliàs nõ, imò quod ea non ſeruata actus erit nullus. l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de uerb. oblig. l. qui hæredi. l. Mæuius. ff. de condi. & demonſtr. l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſact. Alex. conſi. 3. ad fin. uolu. 1. ſin minus contrarium uerius, quoniam exemplaris & exemplati facta eſt æquiparatio à lege, maximè quando exemplum ſumptum eſt auctoritate iudicis. & quia interpretatio paſſiua in ſtatutis quoque locum habet communiter. l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad leg. Falc.

Videtur mihi indiſtinctè etiam quod tradita eſſet forma, d. ſtatutum in exemplato poſſe uerificari d. modo, & longè magis ſi forma tradita nõ ſit, hoc ſolo, quia eſt caſus in d. c. fin. de fid. inſtr. ubi ſignanter dicitur, quod eandem auctoritatẽ habet exemplum ita ſumptum, quam habet etiam originale, ſed in originali ſtatutum ſine dubio procedit, ergo & in exemplato (ut dixi) dicto modo.

Non obſt. glo. in d. l. probatorias, quia eo caſu non eandem uim habet etiam quod ſit exemplum ſumptum auctoritate iudiciaria, ex quo requirebatur principis ſubſcriptio, ut ibi ſignanter dicit.

Non ſecundũ quia auctoritas iudicis ſupplet.

Non tertium, quia ſi eãdem auctoritatem habet, quam originale, ius commune lædi non dicetur. d. c. fi. per quem tex. ita debet ſtatutum interpretari, quãquam ſit contra ius commune, ut ſupra declarat ex multis Iaſ. in l. omnes populi. col. pen. ff. de iuſti. & iu.

Non denique & quartum, quia ſatis eſt, quod operentur in eo, qui de cõtractu fuerit rogatus, & in exemplo d. modo ſumpto etiam uerificetur, quia perinde eſt ac ſi de cõtractu rogatus fuiſſet pariter, propter iudicis auctoritatem.

Non quintum & ultimum, qđ ſic recederetur à forma, quia licet ex æquitate in iure ſcripta, ut inquit Iaſ. poſt glo. in l. placuit. C. de iudi. & Ripa in l. edita. colum. ult. ſupra eod. uerum æquitas hæc ſcripta eſt in d. c. fi. de fi. inſtr. ergo.

Et qñ etiam conſiderato effectu forma nõ eſt magnæ importantiæ, ut per Bart. in l. obſeruare. C. de decu. lib. 10. Vel menti ſtatuentium ſatisfactum ſit, ut hic, nam perinde eſt, ac ſi ſeruata fuiſſet, ut per Ro. conſi. 433. col. 2. ubi ad idem multa. & quo ad id quod ſtatutum hanc interpretationem paſſiuam admittit, ad quod allegari ſolet text. in d. §. lex Falcidia, citatus per Deci. aduerte, quanquam ita communiter teneatur, qđ tamen dicta ibi nõ ex interpretatione paſſiua uera eſſe uidentur, ſed ex coniunctione duarũ legũ potius, ut per Ang. in l. non poſſunt ad fi. ff. de legi. & eſt pciſè modus à Iureconſ. inuentus, in l. Gallus. in §. ille caſus. ibi, Iuliano tñ uidetur duobus quaſi capitibus legis commixtis. ff. de lib. & poſthu. qđ cũ oĩs hæres detrahat Falci. & hæres fictione legis Corneliæ hæres ſit. §. ſed ſi ab hoſtibus. Inſti. quib. mo. ius pa. po. ſol. ip e quoque detrahet.

Secũdo (redeuntes eò unde diſceſſimus) limitatur regula adhuc ſm Bar. hic, in 1. opp. qñ ageretur de conuincendo eo, q exemplũ pduxit, qm̃
30 probat ẽt qđ ſumptum non ſit iudicis † auctoritate, & cum eo tranſeunt cõiter * doct. & docent nos eſſe cautos, ut dicat notarius, hoc eſt exẽplũ

inſtrumenti pro ducti per talem, cuius copia datur de uoluntate partium & de mādato iudicis, & probatur ad propoſitum per tex. in l. in fraudem. in §. neque. ff. de iure fiſc. ubi caſus clarus, quod fiſcus actorum ſuorum exempla edit, hac conditione tamen, ut ille cui poteſtas deſcribendi ſit, eiſdem contra eum, uel Remp. non utatur, aliàs cautione interpoſita, ca uſa cadat, id eſt rem am ttat. §. ſi quis agens, inſti. de act. & eſt ſimile in l. 1. C. de formu. & in l. 2. in §. deinde. ff. de orig. iu. ubi formula cadere etiam dicitur. & contra eum, uel Rempub. dixit (quod notandū eſt, (obiter q; dictum ſit) ad intellectum d. §. neque) quia fiſcus principis eſt, Reſpu. uerò populi, & ideo male dubitaſſe ibi glo. uidetur, & Barto. in l. apud Iulianum. ad fi. ff. de leg. 1. an fiſcus & Reſpub. ſint idem.

31 Tamen aduertendum putat Dec. † quia Bart. nulli, quod exemplum probet contra fiſcum, & non contra alium, tex. autem ibi contrarium, & eſt uerum, quia ſi cautione interpoſita eiſdē cōtra fiſcum uti non poteſt, ſequitur neceſſariò qđ utetur contra alium, aliàs (ut ſubiicit) non pateretur exemplum dari, & ita tranſit etiam Purpur. in l. 2. nume. 54. ſupra eod. Imò ad intellectū ipſius dicit adhuc Dec. quod non loquitur in exemplo, ſed in exemplari, & originalibus, exponendo uerbum exempla, id eſt exemplaria. l. unum. ff. de teſtamen. idq; ex multis uerbis ipſius literæ comprobando, & potiſsimum quando dicit, ne is cui deſcribendi poteſtas ſit, &c. & ut per eum latius. à quo nec in hoc etiam diſſentio, & addo ego, quod hoc ipſum præ cæteris præſupponat originale, probari quoque in l. procuratoris. ſupra eod. & in l. ſi quæ ſunt cautiones, & in l. Pomponius. ff. fam. erciſ. & in l. fi. ff. de bon. autho. iud. poſ. per tex. iñ in d. §. neq;, & poſt Bart. hic. ita tenuit idem Dec. conſi. 36. col. 2. uol. 1. Conſiderando etiam quod dicit exempla, & ſi exemplaria dicere uoluiſſet, expreſſiſſet utique, ut in l. unica. in §. ſin autem. verſic. ſin uerò. C. de caduc. tollen.

Verum & ſecundò probatur hæc limitatio, quia qui exemplum tradit, uidetur fateri omnia in eo contenta eſſe uera. l. 1. § edere. ff. de edend. & ſic in authentico, & originali, ut in inſtrumēto inquit Inno. in c. cum uenerabilis. de excep. & in libello tex. quem induc t hic idem Dec. & Rimin. in l. cum precum. C. de lib. can. ubi ſi qs ſupplicauerit principi, aliquem ſeruum pronunciari, ut pote ex ancilla natum, poſtea dixerit eam aſcriptitiam, erit pro libertate pronunciandū, & ſic contra ſupplicantem. & hoc mō arguit Bart. in l. poſt legatum. num. 2. ff. de his quib. ut ind. & in l. 2. in §. ſi dubitetur. in fi. ff. quemad. teſta. ape. aliquid Fel. in c. ſi cautio, col. 9. de fi. inſt. aliàs ꝓductioni poſſet is contraue ire non dicendum. l. generaliter. C. de non nu. pec.

Quod argu ē debile uř, fundatum potiſsimū
32 in d. l. cum precum, quia oportet, † ut confeſsio. d. caſu præiudicet confitenti, qđ preces ſint ſcriptæ manu confitentis, & ſupplicantis ut Bart. in l. nuda. ff. de do. nu. 9. & qđ narratis ſubſequatur litis conteſt. ut idem dicit in l. ex hac ſcriptura. in fi. ff. eo. l. qui familiæ, iuncta gl. ff. fam. erciſ. ubi Bar. Bald. & Flor. Soc. conſi. 244 col. pe. uol. 2. q̄ non poſſunt uerificari in caſu præſenti.

Igitur probatř & tertio per tex. in l. quędam. in §. nummularios. iuncta glo. ff. de eden. ubi nummulariis exhibentibus ſuas rationes non creditř, niſi contra ipſos, & ubi de ipſis conuincendis ageretř, & fortè Bar. in d. §. ſi dubitetř, uoluit allegare iſtum tex. dum alleg. alium nihil facientem. in l. ſi quis ex argentariis. in §. prohibet. ff. eo.

Quartò, quia effectualiter exempla à rationibus priuatis differre non uidentř. l. inſtrũa. l. rōnes. l. exemplo. C. de prob. l. procurator. ſup. eod. l. ſi q̄ ſunt cautiones. l. Pomponius. ff. fam. erc. uerum rationes probant contra ſcribentem. d. §. nūmularios. no. Bar. in d. l. nuda. col. 3. ergo & exē plū.

Quintò & ultimò probatur per tex. in l. ut reſponſum. C. de tranſac. ubi ad literam dř, qđ exēplum in ſupplicatione productum, facit fidē cōtra producentē ut hic, & ibi per Seyſel. in princ. ultra oēs, ſed obſtant ſupradicta ad tex. in l. cum precum, non aliter repetenda, uera tamen (ut ꝓbauimus) eſt ex aliis limitatio; igitur & nos cum aliis ita tranſibimus.

Vnum ſolum obſt. quia habemus qñ lex reſi-
33 ſtit † actui, qđ ſi id qđ agitur non ualet, ut agitř, non ualet etiam, ut ualere poteſt. l. ſi cauſa cognita, & ibi no. C. de tranſac. ubi tranſactio, quæ fit poſt rem iudic. l. 1. ff. eod. ſi non ualet, ut tranſactio, non ualebit quoq; ut pactum de nō petēdo. Et idem in fideiuſſoria obligatione, quæ ſi nō ualet ultra debitum principale adhibita, non ſuſtinetur quoq; uſq; ad concurrentem quantitatē l. Græcè. §. illud. ff. de fideiuſſo. & in ſtipulatione deniq;, ultra uſuras centeſimas, de quibus in l. eos. C. de uſu. ut etiam non ualeat neq; ſuſtinetř uſque ad centeſimas tantum. l. ſi non ſortem. in prin. ff. de cōd. inde. ſed ad propoſitum lex actui reſiſtit, ut non probet ad fauorem producentis, ergo nec contra.

Aliàs & ſecundò uideretur elegiſſe viā ad impugnanda ſua iudicia, nō dicēdum. l. 3. ff. de mil. teſt. l. & puto. §. 1. ubi glo. no. ff. fam. erc. Alex. in l. hac conſultiſsima in §. per nuncupationem. C. de teſta. Felin. in c. cum ordinem. col. 2. de reſcr. imò fatuus eſſet, ut inquit Bal. in l. 1. colum. pe. C. de furt.

Et inducta tertio loco ipſius fauore, cum iñ fidem (ut diximus) non faciat, ad eius læſionem retorqueri nō debet. l. qđ fauore. C. de legi. c. qđ ob grām. de reg. iu. in 6. Vel & melius arg. īduci pōt, ſi fidem non facit pro eo, non æquū iuri aut rōi conuenire ut faciat contra eū, uel ſi de eo cōuincendo agatř, arg. in l. non omnis. ff. ſi cert. pet.

Ni-

Nihilominus parum concludunt, & ad primum dici poteſt, uerum eſſe legẽ reſiſtere, nulloque modo ualere, ſeu fidem facere pro producente, contra autem ſic, & cum de eo conuincendo agitur. & propterea regula retorquetur, & argumentum, quia ſi id quod agitur non ualet ut agitur, ualebit ſaltem ut ualere poteſt. l. 1. ff. de iure codicil. l. fin. C. eodem. Bartol. in l. prima. in §. ſi quis ita. nume. 4. ff. de uerbor. oblig. & facit quia à regu. non recedimus; niſi contrarium doceatur. l. ab ea parte. ff. de prob.

Non obſt. ſecundum, quia id uerum eſt in dubio, ut Cro. declarat in l. qui Romæ. in §. duo fratres, colum. octaua. ff. eodem. & ex ipſamet l. 3. elicitur, non in caſu claro ut hic, & ut etiam actus aliquo caſu ualeat potius quàm pereat, qđ eſt regulare. l. quotiens. ff. de reb. dub. aliàs foret idem quoque dicendum in rationibus, & tamen (ut oſtenſum fuit ſupra) cõtrarium eſt uerius, d. §. nummularios. Et quia in ſimili pater etiam extraneum inſtituit, filium uerò præterit, uel nominatim exhæredat, & nihilominus teſtamentum eius, poteſt uel bonor. poſſeſſ. contra tabul. uel querela ſubuerti, authen. ex cauſa. C. de libe. præteri. not. in l. poſthumo. C. de bono. poſſeſſ. contra tabul.

Non obſt. ultimum, quia id ex quadam neceſſaria conſequentia prouenit, quo caſu non militat regula, lege quod fauore, præallegat. ut ibi per Bald. in 7. oppo. Alexan. conſi. 32. colum. 2. uolum. 5. Cro. in d. §. duo fratres. num. 3. & 17. Nanque producendo exemplum ita uoluiſſe uidetur, & contra proprium commodum laboraſſe, ut mulieres. l. ſi pater. C. de ſponſ. ac ſuo ſe gladio iugulaſſe, & facit etiam reg. damnum, de regulis iur. in ſexto, & ſic quod imò iuri & rationi conueniat, ut probatum eſt, licet pro eo fidem non faciat, quod tamen facit contra eum. & actus productionis, hoc idem operatur, quicquid dictum fuerit, quia hoc ipſum non pendebat ab intentione producentis exemplum, ſed à lege & cõne quibus ita dicendum erat uerſup.

Tertiò limitatur regula, ſi exemplum fuiſſet ſumptum manu illius, qui ſcripſit authenticum,
34 & originale, † ut hic per Bart. in ſecunda oppo. qui idem dicit etiam in d. §. neque, proximè allega. nume. 2. clarius Bald. in d. l. unum. ff. de teſta. & probatur optimè per text. in l. ſi quis ex argentariis. in §. prætor ait. ff. de edend. ubi argentario petenti ſibi exemplum rationum edi, edendum non eſt, ex quo (inquit Iurecon.) à ſeipſo inſtructus eſſe poteſt instrumento ſuę profeſsionis, ergo probat neceſſariò, aliàs fruſtra editio peteretur. Et dato quod ex cauſa edatur (ut ibidẽ paulo poſt ſubiicitur) ſi caſu rationes amiſiſſe probauerit, optimè facit quia edi ſibi adhuc non peteret, & maximè mirandum eſt, quod pro eo faciat, quia contra eum (ut concluſum eſt proximè) nulla foret dubitatio, & no. in l. quædam. in §. nummularios. ff. eo.

Secundò probatur (ut in d. locis dicitur) ex alio, quia ſi eadem eſt perſona, neceſſariò fateri oportet, utrunq; eadẽ auctoritate uti, ergo non aliter exemplum ab eo ſumptum faciet fidem q̃ originale. imò ſecundum Bal. hic, col. 2. qđ originale dicetur, poterũtq; ex eodem plura inſtrumenta confici & omnia erunt originalia, ut inquit Bar. in l. Sempronius Proculo. ff. de lega. 2. & uidetur caſus in d. l. unum. ff. de teſta. ubi unũ teſtamentum poteſt pluribus exemplaribus deſcribi, & plerunq; (ſubiicit Iurecon.) hoc idem neceſſarium eſt, forte ſi nauigaturi, & nobiſcum ferre, & domi relinquere iudiciorum noſtrorũ teſtationem uelimus. & idem in l. 1. in §. ſi quis in duobus. ff. de bon. poſſ. ſec. tab. & in l. ſi in duobus. ff. quemadmo. teſta. ape. quod tamen ad propoſitum uerum eſt, largè loquendo ut declarat Bart. in d. l. Sempronius. & Bald. met. in l. publicati. ad fin. C. de teſtam. & Rimin. hic poſt eum, ſentiens primam ſcripturam, ſemper originalis nomen retinere.

Vltimò probatur in c. dudum. de conuer. coniug. ubi notarius inſtrumento amiſſo, aliud conficere poteſt, nec uitiabitur, licet in prima perſona loquatur: originale uerò in tertia, quoniam ſatis eſt quod in ſubſtantia conueniant, ut in ſimili dicitur in l. pediculis. in §. Labeo. ff. de au. & argen. leg. gl. in c. cum eccleſia Sutrina, de cau. po. & pro. Io. And. in c. nihil obſtat. de uerb. ſignifi. Alex. conſi. 24. col. fi. uol. 2. Bal. in l. 1. co. 1. ff. de teſta. & conſi. 15. col. 1. uol. 5.

Conſiderando aliàs fidem facere, ex quo dubitatio erat ſolũ, an uitiaretur ratione ſupradicta, quod unum in prima, aliud in tertia perſona loquatur uulg. l. qui teſtamento. ff. de teſta. c. 1. de æta. & qua l. in 6. & ita poſt Barto. Bald. & Salyc.
* tranſeunt Alex. Ia. Dec. & cæteri * cõmuniter. & mirabile eſt (ut etiam dicit Purpu.) qđ nec iudicis auctoritas requiratur hoc caſu, nec citatio. Bal. hic ante eum, col. 3. no. in c. cum P. tabellio, de fid. inſtr. & quod probet etiam, ſi prothocollum, ſeu originale amiſſum ſit.

Nihilominus urget plurimum text. in d. §. ſi quis in duobus. in fi. ubi ſi teſtator duo teſtamẽta fecerit, ut unum quaſi teſtm̃ eſſet, aliud uerò quaſi exemplum, & illud extet bo. poſ. peti poterit ſi autem iſtud nõ, & tam eadem eſt perſona, quem tex. ad idem inducit etiam gl. in l. fi. ff. quẽadm. teſt. ape. & poteſt exemplificari qñ dicitur, hoc eſt exemplum teſtamenti facti aliàs manu mei notarii, ut per Barto. in d. §. ſi quis. referunt Pau. & Alex. & ad propoſitum adeo uerum eſt, ut neque poſsit ex eo quoq; mitti hæres in poſ. bono. ex edicto di. Adr. ut ibi adhuc idem Bart. dicit, in prin. & per locum à ſpeciali poſtea probat, eritq; alia limitatio.

Quarto loco, quia ſi exemplaretur ex prothocollo notarii mortui ſecus, qñ tunc haberetur

pro inſtrumento publico, & authentico.c.cū P.
tabellio.de fid.inſtr.ad quod tamen aduerte, qa
ita demum uerum erit hoc ſi iudicis auctoritate
fiat, ut ibi tex.innuere videtur, & ſic eadem limi
tatio erit cū prima prætermittenda hac de re, ne
extra ſignū (ut in ꝓuerbio) iaculari uideamur.

Igitur & ſcđo contra hanc limita. facit, quia
ratio legis non uidetur ceſſare hoc caſu, quod
multa eſſe poſſent in originali, quæ non erunt
fortè in exemplo, ut hic per glo.& in l.2.ff.de fi.
inſtrumen.& ſuo loco dictum eſt ſatis, ergo nec
lex ceſſabit eiusq; diſpoſitio.l.adigere. §.quam-
uis.ff.de iur.pat.uulg.c.cum ceſſante.de ap.

Vltimò vltra alios videtur mihi, quod urgeat
quoque, quia ſi inſtrumentum publicum faciēs
mentionem alterius inſtrumenti, non probat ni
ſi relatum producatur, ut hic, multominus pro
babit exemplum, quanquam ſit manu eiuſdem
notarii.l.relegatorum.§.conſtitutum.ff.de int &
rele.c.ſi Paulus.32.q.5.

Breuiter ex ſupradictis non eſt à communi li
mitatione recedendum, & nouiſsimè etiam quia
ſic ſolutio debiti per exemplum ſumptum à no-
tario de contractu rogato probat, ut per Roma.
conſi.105.in fin.& quia creditur exemplo manu
alterius facto, ut infra ſi idem notarius, qui ſcri-
pſit originale ſe ſubſcrip.erit.l.ſi ego. §.dotis. ff.
de iure do.imò quod exemplum ſcripſiſſe uide-
tur, ut per Bal.in auth.contra qui propriam.co-
lum.1.C.de non nume.pecu.& eſt communis
opinio, ut hic, plenè per Dec.& alios, latè Iaſ.in
l.cum antiquitas.colum.4. C.de teſtamen. ergo
multomagis ſi ſcripſit totum, & exemplauit.

Nec ob.text.in d.§.ſi quis in duobus, quia (ut
35 dicebat † Lap.de Caſtellio.alleg.77.col.2.) for
tè id eſt quia teſtator non erat perſona publica,
ut notarius, & eſt ueriſsimum, ridiculumq; dice
re, ut dicunt aliqui, quod hoc attento eidem cre
di non deberet, etiam ſi plures ſcripturas authen
ticas & originales feciſſet, & tamen creditur.l.u-
num.ff.de teſtam.prælleg.l.ſi in duobus, ff.quē-
admod.teſtam.ape.quia alia tunc concurrunt in
d.iuribus, quibus ei omnimodo credendum eſt,
quamuis perſona publica non ſit, in exemplo mi
nimè concurrentia.

Obiiciūt etiam huic ſol.Caſtellionei, qđ imò
teſtator publica perſona dicatur, ex quo ad libi-
tum diſponit de bonis & rebus ſuis.l.1.C.de ſa-
croſan.eccl.l.non uſque adeo.ff.ſi quis à pa.fue.
ma.imò ultra eos, quod legem eius uoluntatem
appellamus.l.in conditionibus primum locum.
ff.de cond.& dem.§.diſponat, ī Auth.de nup. &
rurſum malè, quia benè uerum eſt, quod teſta-
menti factio eſt publici iuris, & uoluntas eius ſo
lemnis, lex.ſed non quod ipſe teſtator ſimplici-
ter ſit perſona publica, ut notarius, & ſic ſol. La
pi optima.

Vel & ſcđo dicamus, qđ illud ideo ſit ī ſupre
mis iudiciis, qa teſtatoris uoluntas debet ad un-
guem (qđ aiunt) ſeruari ut in iuribus ſupra alle.
quodq; loquamur nos aliàs in actibus viuentiū,
in quibus non reqrit̄ tāta indago, igitur nec mi
rum ſi exemplo creditur, quamuis nec originale
producatur in caſu præſenti, eſtq; arg.in l.fin.ff.
communia præd.

Tertiò reſponderi pōt, qđ cum neceſſaria ta
bularum exhibitio nō ſit in pet.bo.poſ. ſed agni
tio ſola ſufficiat, quodq; tabulæ ipſe extent. l.1.
§.ſufficit.ff.de bo.poſ.ſe.tab.l.fi.C.qui admi. de
clarat Bar.in d.§.ſi quis in prin.ſi exhibeanī, ſo-
lemniter exhiberi debent, ergo aliter peti nō po
terit, ſi exhibeatur exemplum, qđ hic non eſt cō
ſiderabile.l.1.ff.ſi men.fal.mo.di.

Tamen prima & ſecunda ſolidiores uidēitur,
hæcq; confundi facile poſſet ex regu. l.1. C.de
rei ua.act.no.in l.edita.ſupra eo.

Vel eiſdem terminis retentis reſponderi pōt,
qđ cum tabulæ extare non uideantur, nō debet
poſſe peti bo.poſ.ſi extet exēplum, ut in prin. d.
§.dr̄, longe alienū, & diuerſum à caſu noſtro.

Vel & ultimò, ut hic per Alexand. & alios.
& ſicuti exemplum ſumptum ex prothocollo
notarii mortui pro authentico habetur, ita de-
bet haberi hic ſumptum ab eodem notario, ut
ſupra. neque eſt dicto caſu ſpeciale, ut in con-
trarium ſit ius commune, quo ad iſtum quemad
modum dicebatur: maximè quia dicto caſu per
ſonæ ſunt diuerſæ, nec exemplatio fieri poteſt,
abſque iudicis auctoritate, ut not. in d.c.cum P.
tabellio.Paul.Caſt.conſi.25.ad fi. uolum.2. iſtō
autem ſic.

Non obſt.ſecundum, quia imò ceſſat, ex quo
de originali conſtat, cum ſit idem notarius, & cō
ſequenter legis diſpoſitio.l.in teſtamento. ff.de
condi.& demonſt.d.§.quamuis, ergo probabit,
& fidem faciet.

Et quando etiam non ceſſaret, quia alia mili-
tat, quæ eſt legis præſumptio, cum ſit (ut dixi-
mus) idem notarius, qui ſcripſit originale, non
aliud dici debebit.§.affinitatis. Inſtit.de nupt.l.
ſi uentri.§.in bonis.ff.de priuileg.credi. Imo.in
c.1.colum.6. ne ſe.ua. Alexand.in l.3.in §.ex cō-
trario, colum.8.ff.de acquirend.poſſeſſ. perinde
ac ſi ſumptum fuiſſet iudicis auctoritate, ut ſuo
loco dictum eſt.

Non obſt.ultimum, quia fallaciam habet, nā
bene uerum eſt, quod multòminus credetur e-
xemplo quàm inſtrumento publico alterius mē-
tionem faciente, ſi ab alio ſumptum ſit, ſed nō
ſi ab eo, qui ſcripſit originale, quoniam tunc (ut
diximus) id quoque originale dicetur, probabit,
& fidem faciet ut illud.

Quintò limitatur regula, ſi inſtrumentum ex
traiudicialiter fuiſſet exemplatum conſenſu par
36 tium, † ad effectum, ut fidem faciat, ſicuti au-
thenticum & originale, aliàs uana eſſet diſputa-
tio l.prime, §.dixerit aliquis.ff.de publicanis.
Cum declaratione tamen, quod ipſum originale
con-

confiteantur uerum, quodq; faciat fidem, quo
ad ipſas partes tantum. ita Bart hic, nume. 5. &
eſt caſus ſecundum eum in l. optimam. C. de cō
trahen. & com. ſtip. & in l. ciendum. ubi idē col.
1. ff. de uerb. oblig.

Adde tu (ut proximè etiam dicebam) qđ hoc
modo exemplum deficere non poteſt, qñquidē
conſtet per ipſarum partium confeſsionem de
exemplari. l. in teſtamento. ff. de condi. & demō.

Et quod ēt ſi fidem facit, quando à notario ſu
mitur, qui ſcripſit originale, multo magis face-
re debet, ſi ſic illud probetur à partibus, ut non
ſit amplius neceſſaria exhibitio. & quod deniq;
hoc ipſum non confiterentur ueriſimiliter, niſi
ſic eſſet quod etiam lex præſumit. l. cum de inde
bito. ff. de probat. l. cum precibus. C. eod. neque
mirum hac de re ſi conſentientes etiam exem-
plari uoluiſſe uidentur, quod fidem faciat. Et ſi
partibus uolentibus adhuc ac conſentientibus
exemplari, non aliter inſtrumentum approban-
tes, ſed dicentes potius conſentimus quod tu
exemples, non quod per hoc eum approbemus,
abſque dubio non probabit, nec fidem faciet (vt
idem Barto. dicit) quod rurſum indubitatū eſt,
ex quo uidentur uoluiſſe ſe conformare cum di
ſpoſitione iuris communis, quæ huiuſmodi eſt.
l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. & poſthum.
l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. & ius quo
dammodo ſibi proteſtatione reſeruaſſe. l. Neſen
nius. & ibi not. ff. de negot. geſt. l. ſi debitor. §. 1.
ff. quibus mod. pigno. uel hypot. ſolu. ſed cogita
hoc ſtante tu, quid exemplatio poſsit operari,
quia interim ego cum in uerbis Bartol. difficul
tas non ſit, cum eo tranſibo, & quid operetur
dicam infra.

Verum dubitatur ſi ſimpliciter conſentiant,
37 & dicant notario, † ſumus contenti quod tale in
ſtrumentum exemplifices, an hoc facto exemplū
huiuſmodi ſit, ut fidem faciat abſque eo quod
originale producatur tacitè ſentientes quod ue
ritatem contineat, perinde ac ſi expreſſè, & in
ſpecie id dixiſſent.

Et breuiter hoc quoque caſu dicendum uide
retur quod non, ut Inno. ſenſit in c. fi. de fi. inſt.
per Barto. etiam relatus. In primis quia regulam
habemus, exemplo non eſſe credendum, ut ſup.
& in l. 2. ff. de fi. inſtrum. à qua recedere non de-
bemus. l. ab ea parte. ff. de prob. Bar. in l. 2. col. 2.
ff. ſi quis in ius uoc. non ie.

Demum quia fortè conſentiunt partes exem
plari, non ut fidem ei tribuant, ſed ut uideant po
tius quid agendum ſit tenorem inſtrumenti con
ſiderantes. l. fi. C. de fid. inſtrum. imò quod face-
re non poſſunt, quod ſcriptura tranſeat in publi
cam formam, abſq; iudicis auctoritate, ſicuti nec
priuato iuriſdictionem tribuere, l. priuatorum
conſenſus. C. de iur. om. iud. & quia deniq; præ-
iudicare partibus non debet, ut fidem faciat con
tra ipſas, ex quo non eſt actus, qui de neceſsitate
approbationem inferat, ut pulchrè per Are. hic,
qui etiam ita tenuit. & eſt arg. in l. pro hærede.
in princ. ff. de acquir. hær. & in l. Titium & Mæ-
uium. in §. pen. & ibi Bart. ff. de admin. tuto. aliàs
(adde tu) uiderentur elegiſſe uiain (quod aiūt)
ad impugnanda ſua iudicia, non dicendum. l. 3.
de milit. teſtam.

Et præcipuè ultimo loco, qa actus noſtri uo-
luntarii non extenduntur, niſi quatenus de ne-
ceſsitate inferunt. l. fin. C. ne ux. pro ma. l. non o-
mnis. ff. ſi cer. pet. uſque adeo, ut conſenſus hoc
caſu intelligatur ſecundum ipſiua exempli natu
ram, quæ eſt, ut neque probet, neq; fidem faciat,
niſi originale producatur, & hæc (ut Soc. teſta-
* tur, & alij) uidetur eſſe communis * opinio.

Imo. uerò in d. c. fi. col. 3. tenuit contrarium,
quod imò probet & faciat fidem, & in hoc du-
bio fortè uerius, quia à publica perſona exem-
platio facta eſt, rogata coram teſtibus, & quia
(inductionem enim l. ſi quis ex argentariis. §. p-
ror ait. ff. de eden. omittimus conſultò, quanquā
in ea laboret plurimum Dec. quia reuera (ut p
ximè dictum eſt) non facit ad propoſitum, & lo
quitur in exemplo rationum ab ipſomet argen-
tario ſumptum, quod ea de re maxime fidem fa
cit, non quia partium conſenſu, ut hic ſumptum
fuerit) ſi exemplum regulariter probat contra
producentem. l. in fraudem. §. neque. ff. de iure fi.
probat pariter contra illum, cuius conſenſu fuit
exemplatum, quoniam diuerſitatis ratio aſsigna
ri non poteſt, uulg. l. à Titio. ff. de uer. obl.

Et quia certum eſt, cum exemplatio non ſine
cauſa fieri ſoleat, ut not. in d. c. fin. argum. in l. 2.
in §. circa. ff. de excep. do. ſi conſentiant hoc fie-
ri, quod ipſum exemplum approbare uidentur,
non ut tanquam exemplum ualeat (ut dicebatur
ſupra) ſed ut melius ualere poteſt, & fidem fa-
ciat. l. quotiens. ff. de reb. dub. l. 1. §. ſi quis ita, &
ibi Bar. ff. de uerb. obl.

Conſiderantes quoque & ultra alios, hoc ca-
ſu idem operari tacitū quod expreſſum, ex quo
de actus ualiditate agitur. ſi enim fidem non fa-
ceret, utique non ualeret, & originalis produ-
ctio foret neceſſaria, ut ſuprà, ſed ſi expreſsè di-
ctum fuiſſet, eidem fidem adhibendam eſſe, uel
originale uerum fore, utique ualeret & fidem fa
ceret (quod Bart. non negat) ergo & quando e-
xemplari conſenſerunt, hoc idem tacitè innuen-
tes. argum. in l. cum quid. ff. ſi cert. peta. l. ſi quis
legatum, ff. ad legem Corn. de fal. l. ſi qs aliquid.
§. teſtamentum. ff. de pœn. declarat Bald. in l. ele
ganter. in §. ſi quis poſt. col. 4. ff. de condi. indeb.
po:tremò uerò quod cum iſtud (exemplum ſci
licet non facere fidem) ius partium reſpiciat, nō
ab re conſenſu eidem debent poſſe renunciare.
l. penultim. C. de pact. l. pactum inter hæredem.
ff. eodem. & pro rei ueritate hæc pars tenenda
eſt uti uetior.

Nec ob. contraria, nō primū, quia antecedēs

nerum eſt conſequens falſum, propter conſenſum, ut aliquid etiam operetur. l. ſi quando. ff. de leg. 1. c. ſi Papa, de priuile. in 6. unde & bene dici etiam ſolet quod ineptum eſt regulam non fallere. ita gl. in Auth. ut ſi. prohi. ma. debi. in prin. quodq́; data inſtantia corruit ſiue claudicat. c. ſicut urgeri. 1. q. 1. Bar. in l. quamuis. C. de pign. & quod deniq; exceptionem patitur, ut no. in rub. ff. de reg. iur. ad differentiam generis omnes ſuas ſpecies comprehendentis, ut declarat Abb. in c. uenerabilem. col. 3. de elect.

Ad ſecundum dicam id non eſſe præſumēdū, cum potuerint proteſtatione ius ſibi reſeruare, & prætermiſerint, ut in ſimili per Bart. in l. cum filius. in §. fi. ff. de uerb. obl. l. 1. §. quemadmodū. §. Iulianus. ff. de lib. agno. l. ſi debitor. §. 1. ff. qb. mod. pig. uel hypo. ſol.

Et ſi notarius eſt pſona publica (ut diximus) aliud tolletur, quod imò facere poſsint qđ ſcriptura tranſeat in publicam formam, haud conſiderabile in priuata, in quam iuriſdictio (ut dicebatur) conſenſu partium tranſire non poteſt.

Ad ultimum uerò, quod imò infert neceſſariò approbationem, ex quo (ut diximus) cōſenſerunt ut exemplaretur, & conſequens eſt ut conſentientibus præiudicet. l. ad legatum. l. ad rē mobilem. ff. de procu. l. illud. ff. de acq. hær. cum ſim. nec facit ad idem quod habetur in d. l. 3. ff. de mili. teſtam. quia (ut dicebam in 2. fallen.) non ſemper eſt uera. & dato quod uera ſit, procedit ī dubio inq; caſu ſuo, non hic. ex quo poteſt partibus imputari, quod exemplari conſenſerint, exēplum quodammodo (ut diximus) approbantes. ex quibus tollitur inductio etiam d. l. fi. & ſimilium. C. ne ux. pro ma. cogita tamen & à communi aliàs non recede.

Sextò limitatur licet exemplum non probet,
38 quod ſaltem facit qualemqualem † præſumptionem, ut per Bar. hic, nu. 9. ad fin. qui ſubiicit hoc idem utile etiam eſſe ad multa per gl. in l. 2. ff. de fi. inſtrum. adde tu aliam in l. in fraudem. in §. neque. ff. de iure fi c. & ſimilem in l. 2. & ibi diximus, ſupra eod.

Bald. tamen in l. in bonæ fidei, colum. 3. C. de reb. cred. tenuit contrarium, motus, quia exemplum eſt quodammodo teſtimonium de auditu auditus, ut no. in l. 3. C. de diuer. reſcrip. & ibi in ſpecie idem Bald. teſtis autem huiuſmodi nihil probat, quia neſcit ueritatem facti, ergo nec exēplum, cum quo tranſit etiam Alex. hic, ſubiiciēs tamen dictum glo. ſeruari poſſe in duobus caſibus, ut per eum, quorum unum tamen infra referemus.

Adde tu interim contra glo. tex. noſtrum etiā facere, ibi, nulla ex hac memoria fiat exactio.

Conſiderando idem in inſtrumento faciente mentionem alterius dici debere, qđ in exēplo.

Secundò contra eam facit tex. in d. l. 2. ff. de fi de inſt. ubi calumnioſa ſcriptura, id eſt exēplum (ut ibi per Bald. in prin.) in iudicio uim obtinere non poteſt.

Deci. à glo. non diſcedit, & ad argum. reſpondet, quod licet teſtis de auditu auditus non probet, præſumptionem tamē facit & bene, poſt Gemin. conſi. 57. & conſi. 187. Dic tu quod fuit opin. Archidiac. in c. uidetur. 22. q. 5. & Ro. in l. ſi uerò. in §. de uiro. in ult. colum. ff. ſolu. matr. & aliorum, ut per Iaſ. latè in repet. l. admonēdi. col. 61. ff. de iureiu. à quo uerisimiliter hauſit omnia licet ſubticeat.

Sed dico ego aliter, quod nec ſecus ſenſit Bal. in d. l. in bonæ fidei, loquutus de ſemiplena ꝓbatione, & non de præſumptione, ſtātq; ſimul iſta quod ſemiplenam probationem non faciat, & tū faciat qualemqualem præſumptionem.

Nec obſt. tex. noſter ad idem, quia dicta uerba bene innuūt, quod exactio nulla fieri poſsit, ſed non quod præſumptionem aliquam non inducat, ergo & exemplum pariter, uulg. l. ſi quis ſer
* uo. ubi glo. Bar. Bald. & * omnes. C. de fur. & eodem modo reſpondeo ad tex. in d. l. 2. quod uim non obtinet quo ad plenam probationem, ſed quo ad qualemqualem præſumptionem ſic, arg. in l. 1. C. de ſacroſanc. eccl. & in l. ut gradatim. in §. & ſi lege. ff. de mun. & hono. & in l. inter oēs. ff. qui ſatiſd. cog. & eſt utilitas (licet Bartol. non dicat, quod tamen habetur in d. l. admonendi.) nō ut deferatur iuramentum in ſupplementum probationis, quia tunc uiderentur fateri ex eo ſemiplene probari, ſecundum omnes falſum. l. 3. §. 1. ff. de mino. l. fin. & utrobique not. ff. quod met. cau. ſed ut aliquando obtineat quis pro quo eſt præſumptio, ſi probationes eſſent hinc inde pa-
* res. l. ſi duo patroni, & ibi glo. communiter * approbata. ff. de iureiur. Alex. conſi. 112 col. fi. uolum. 4. Ripa in d. l. admonendi. nu. 203.

Adde ſimile etiam, licet res inter alios acta tertio non præiudicet. l. 1. & toto titu. C. res inr. ali. ac. l. ſæpe. ff. de re iudi. quod tamen qualemqualē præſumptionem facit, & dictum fuit in prææalle. l. 2. ſupra eo. & intellige uerum quo ad effectum prædictum, quanquam Dec. conſi. 42. colu. pen. uol. 1. contrarium ſentiat, qđ imò p. ſsit tūc deferri iuramentum in ſupplemētum probationis, & malè: niſi ſaluando dicamus, quod dicto caſu alia concurrant, ut per eum ibidem, & ad propoſitum plenè ſa. in d. l. ſi duo patroni, & eſt nouiſſimè, arg. in l. 4. in §. addictis. ff. de fideicom. lib. ubi leuis occaſio quandoq; etiam eſt magni pōderis, per quem tex. etiam ita dixit Bald. in c. per tuas. in princ. de prob.

Et ſi aliam utilitatem ſcire deſideras, dic qđ onus probandi etiam in aduerſarium trāſferat. l. diuus. l. ſiue poſsideis, & ibi Bald. in princ. C. de prob. dixi ego in d. l. admonendi. nu. 210. Ro. ſing. 341. quodq́; ultimo loco excuſat à dolo ſi per errorem iuris producens putaret exemplū ꝓbare, ex quo quælibet cauſa etiam iniuſta hoc

idem

idem operatur.l.plagii,ubi glo.magiſtra, C.ad legem Fa.de plagia.ſimilis in l.1. ff.ſi quis ius dic. non obtemp.l.igitur.ff.de lib.cau.Paul.Caſt.cõſil.277.col.2.nol.2.Rom.in rub.de atb. col.21.

Quod tamen dicit Dec.nõ ſubſiſtere, ex quo etiam quod exemplum præſumptionem non faceret, excuſaret tñ ut conſuetudo nulla. c.uenerabilis, ubi glo.de elec.& malè, quoniam loquitur in conſuetudine praua & iniqua, ut ibi p Abbat.quæ licet nomen conſuetudinis habere non mereatur eſt nihilominus conſuetudo.l.proſpexit.ff.qui & à quibus.l.2.§.1. ff.quemadmo.teſt. aper.& ita eam intelligit etiam Gramma.in pulchro caſu deciſio.50.per totum, Bal. conſi.476. uol. 3. ſed tamen pro opinione Decii ſignanter per d.gl.quod imò ẽt conſuetudo nulla tribuat iuſtam ignorantiæ cauſam,& excuſet à pœna, & ſic exemplum hic (ut dicebatur) à dolo etiam quod qualemqualem præſumptionem non faceret, tenuit in ſpecie Areti.conſi.154.col.2.ide cogita,& de materia aliàs not.plenè in d.l.1. ff.ſi quis ius dic.non obtemp. & in l.1.ff.quod quiſque iur.& in l.ſi quis id quod.ff.de iuriſdictione omnium iudic.

Septimò limitatur, ſi ab eo nihil dicatur ſeu opponatur, contra quem producitur, ſed taceat,
39 †quoniam tunc probabit & fidem faciet adhuc, ut in ſpecie tenuit Ful.in l.ꝓcurator. ſupr.eo.

Quidam Peruſini autem (ut Soci.refert) contrarium ſentiunt, moti quia regula eſt (ut etiam proximè dicebam) quod exemplum nõ probat, & quia tex.noſter ait formaliter, nulla exactio celebretur, inducendo ut ſuprà, quoniam non loq tur ſecundum uerum intellectum in exemplo, ſed in inſtrumento alterius inſtrumenti mentionem facieute, & quia denique iudex ex officio ueritatem inueſtigare poteſt. l.2. l.nõ eſt nouũ. ſupra eo.l.ubicunqne.ff.de interr.act. c.iudicantem.30.q.5.Ang.in Auth. de tabellio. in principio.& ad propoſitum teſtem minus idoneum repellere,c.intimauit,& ibi Innoc.de teſti. uecnõ exemplum reiicere, quia de uno ad aliud arguit communiter. l. in exercendis. C.de fide inſtru. firmat Bald.in l.3.C.de diuer.reſcr. Dec.fœdere diſtinctionis nititur opiniones concordare, ut p eum, nec diſplicet, ſed conſidera nos pro abſoluto habere debere, quod iudex exemplum reiicere potuerit, quodq; inde poſtea dubitatio inſurgat, ſi hoc ipſum non fecerit an probet, & dic opinionem Fulg.tenendam eſſe, cui nec idẽ Dec. aduerſatur, argumentis Peruſinorum tamẽ aliter non reſpondendo, fortè quia ſunt leuia.

Tu uerò dicas ad primum poſſe reſponderi (non adeo enim leuia ſunt, ut dubitandi occaſionem non præbeant) quod uera ſit regula, ſi obiiciatur à parte eidem non eſſe credendum, aliàs fidem faciet & probabit. l. ita demum. cum ſim.C. de procu.Imò quod quando ſupplet etiã iudex, partis perſonam aſſumit.l.de pupillo.§.memini ſe, iuncta glo.ff.de no.ope.nunc. l.properandũ §.ſin autem.C.de iud.in terminis Bald. in l.cum mulier.col.7.ff.ſol.mat.aliquid Bart.in l.3. in §. idem ſcribit.colum.3.ff.de pecu. & in l.ait prætor. in §.hæc uerba.ff.ne uis fiat ei. & pro iſta reſpõſione eſt arg.in l.quamuis.ff.de in ius uo. & in l. 1.in ſi.C.de lib. præte.

Non obſt.ſecundum, quia eodẽ modo reſpondetur, quamuis nulla uerbum uniuerſale negatiuum ſit.l.ſi is qui ducenta.§.utrum.ff.de reb.du. quod non ſemper uniuerſaliter negat.l.ſi ſtipulatus.ff.de fideiuſſo.l.ſi mihi Mæuia. in fin.ff.de lega.tertio.

Vltimum ex prædictis ſublatum eſt, quia nõ negatur, imò quod proprium eius eſt ueritatem inueſtigare. d.l.2.ſupra eod. ſed finge non aliter inueſtigaſſe in his terminis ita cnit ipſe, nec pars oppoſuit, abſque dubitatione probabit, & ex eo producens obtinebit.

Quod etiam in ſimili probari poteſt, quia cumulatio (ut diximus in l.edita. ibique uo.oẽs ſupra eod.) ratione ordinis impeditur, & tñ ſi non opponatur, iudicium procedit, & ſententia ualet. l.1 infra de appel.l.2. ff.com.diu.

Ad idem miles procurator eſſe non poteſt.l. filiusfamilias.§.ueterani ff.de procu. & tamen ſi hoc ipſum ſibi non obiiciatur poteſt.d.l.ita demum.C.eo. & in præalle.§.ueterani, not. nec clericus fideiubere.c.1.de fideiuſſ.c.te quidem.11. q.1.& nihilominus ſi fideiuſſerit & nihil fuerit dictum, ualebit fideiuſsio.c.peruenit. c.conſtitutum, de fidein. pluraq; alia huiuſmodi ſunt, qđ reus criminis alium defendat hoc caſu, quod ꝓceſſus ab excommunicato factus ualeat, & quod denique probatio fiat etiam contra præſumptionem iuris, & de iure, non regularia tñ.l.reum criminis.C.de procur.c.1.de reſcr.in 6. c.is qui fidem, ubi But.colum.2.de ſpon.non aliter referẽda. Multas alias limitationes ponunt hic ſcribẽ. præcipuè Iaſo.& Deci.ſed quia iſtę principaliores mihi uiſæ fuerunt, inque cæteris Barto. theorica plana & facilis, necnon materia peculiaris, & ordinaria huius authen.expedita ſupra, & ante hac exempli, de qua in l.procurator. ſupr.eo. ſatietati occurremus, & ne quoque uobis ut uer boſi cauſarum patroni facere ſolent ſtomachum moueamus, finem faciemus.l.1. ff.de ori.iur.l.ex ca.ff.de poſtu.l.ampliorem.§.in refutatoriis. C. de appellation. conſiderantes non minus hoc ipſum uitio habendum eſſe, quàm alui profluuium, iuxta illud,

Scriptus & à tergo, nec dum finitus Oreſtes.
ſemperque delectabilius (ut inquit Ariſto.rhetor.3.) quod eſt breuius.

Laus Deo optimo maximo. die 16.Ianuarij.1559.Patauii.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Antonij de Butrio erratum in c.ſignificantibus, de libelli ob.*
2 *Subtilitates riſum excitant, à quibus abſtinẽdũ eſt.*
3 *Legis ad legem non fit continuatio, niſi declarationis gratia.*
4 *Ius canonicum ſubtilitatem reſpuit.*
5 *Actionis nomen, an ſit exprimendum in libello, & quando.*
6 *Actionis nomen exprimendum in libello eſt, ubi eſt conſuetudo.*
7 *Scripturæ aſſertioni contra ſcribentem, quando ſtetur.*
8 *Intellectus ad l.rura. C.de omni agro deſer. lib. 10.*
9 *Intellectus ad l.ſicut. C.de repud.har.*
10 *Prout eſt dictio limitatiua.*
11 *Edictum perpetuum, exponitur generale.*
12 *Intellectus ad l.edita. C.de eden. in illis uerbis, quã emendari.*
13 *Intellectus ad §.ſi minus. Inſti.de actio.*
14 *Emendare quid ſit.*
15 *Libelli emendatio in iudiciis uniuerſalibus fieri poterit uſque ad ſententiam.*
16 *Iudicium uniuerſale, quid ſit.*
17 *Libelli emendatio fieri non poterit, poſt litem conteſtatam, ſi agatur ad unam rem ſingularem.*
18 *Libelli emendatio uſque ad ſententiam, an fieri poſſit in iudicijs generalibus.*
19 *Libelli emendatio uſque ad litem conteſtatam fieri licet, & non poſt in iudiciis ſingularibus.*
20 *Libelli declaratio quotuplex ſit, & quibus in cauſis admittatur.*
21 *Concluſio cauſis in criminalibus non requiritur.*
22 *Libellus, qui in concluſione deficit, eſt nullus, & ratio.*
23 *Libellus ex expreſſione falſæ cauſæ uitiatur.*
24 *Libellus emendari non poterit, ſi facti mutatio inſtantiæ contingat.*
25 *Prouerbij declaratio, ponit currum ante boues.*
26 *Actionis mutatio poſt litem conteſtatam, fieri non poteſt.*
27 *Cumulatio quid ſit.*
28 *Cumulatio quo ad proceſſum facilius admittitur in criminalibus, quàm in ciuilibus.*
29 *Cumulationum genera quatuor, & quæ.*
30 *Cumulationem impedientia, quinque ſunt, & quæ.*
31 *Cumulatio quare ſit inuenta.*
32 *Cumulatio regulariter permiſſa.*
33 *Exceptio uulgaris quæ.*
34 *Abſolutoria in una cauſa, an & quando pariat exceptionem rei iudicatæ in alia.*
35 *Intellectus ad l.fundum, & ſequentẽ. ff.de except.*
36 *Cumulatio an impediatur, quando electione unius actionis altera tollitur.*
37 *Cumulatio, an impediatur ratione contrarietatis.*
38 *Intellectus ad l.1.§.fin. ſi fam.fur.fec.dicatur.*
39 *Futuri temporis tractum ad iudicem non ſpectant cum fallentia.*
40 *Cumulatio fit ex diuerſis cauſis, & actionibus cõpetentibus, & quo caſu in ſpecie admittatur.*
41 *Cumulatio actionum facta, an ſint duo libelli, uel unus, & utilis erit diſputatio propter gabellas in caſu ſtatuti.*
42 *Actiones plures numero in eodem libello, una erit cumulatio, & unum iudicium.*
43 *Libellus capitur prout eſt iuris, non prout eſt charta materialis.*
44 *Actio perſonalis, & hypothecaria, quando cumulentur.*
45 *Solutio Dyni, & aliorum ad contrarium auct. ſed neque, de fideiuſſor. ubi actio perſonalis, & hypothecaria cumulantur, cum ſol. autoris.*

Additiones nouiſsimę ad l.edita. C.de eden.

Additio 1. ad princ.

1 ANto.de But. in c.ſignificantibus. de lib. ob. ſatis † confuſè inculcat hanc materiam, per quatuor membra, omniaq; hauſit à doct. Bar. hic, ut ibi col. 10. teſtat Abb. ſubiiciens materiam eſſe prolixã, periculoſam, & ſubtilem.

Idem Bar. hãc l. pulcherrimo ordine repetiit, Bald. bis Patauii, & Peruſij.

Et dicit Paul. Caſt. qđ uolauit per aera, quodq; tantum ſubtilizauit, ut ſeipſum fregerit. ea de re dixit in fi. quod in princip. legis dicere debebat. Quis mihi dabit pẽnas columbarum, & altè uolabo, ut dicitur pſal. 54.

Ab his ſubtilitatibus igitur, ut dicebam aliàs,
2 abſtinendum eſt, † quia excitant riſum plerũq; ut de uetula uendente ficus, quæ corpora ſcindi uolebat, non ad numerum dare, inquiunt & rident Iaco. But. Fulg. & Alb. in l.nam & ſi fur. in §.fin. ff. ſi cer. pet. ob idq; deriſus eſt à Iaſ. Alex. in l.ſingularia. colum. 3. ff. eod. & quod peius eſt non inuenitur ueritas his modis, ſed læditur potius & anguſtatur, ut dicit Abb. in c.cauſamq; ne. colum. pen. de teſti. imò quod clericus non tenetur ſcire, an ꝓprietas à poſſeſsione differat, ſed canones diſciplinæ, ſubtilitatibus non effugit ſuſpitionem hæreſis inquit Archid. in c.quæ ipſis. 38. diſt. & in c.hinc etenim. colum. 2. 49. diſtinc. & qui ſubtilitatibus delectantur ſimiles ſunt loquentibus torto naſo, ut Luc. de Pẽna, ait in l. 1. C. de profe. qui in ur. Conſtan. lib. 10. relatus per Afflic. ubi de his longè plura, in c. 1. in §. ti. num. 25. Epiſ. uel Abb. in uſib.

Additio 2.

Ad dicta Odof. hic, in prin. & Bal. in 2. lect.

Legis ad legem non fit continuatio, glo. in l. Gallus. ĩ prin. ff. de lib. & poſthu. niſi declaratio
3 nis gratia, † ut prædicti faciunt. adde gl. in l. 2. ff. de uerb. obl. & in l. de pupillo. in prin. & in §. ſextus. ff. de no. ope. nun. Iaſ. ĩ rub. Inſti. de ac. col. 2.

Additio

Additio 3. ad dicta de ſubtilitate in illo articulo, an nomen actionis ſit in libello exprimendum.

4 Ius canonicum ſubtilitatem † reſpuit. c. dilecti. de iud. quæ nec etiam ſeruatur in Gallia, nec in curiis ſæcularibus ibi. imò quod actiones contrariæ quoque cumulantur, inquit Caſſane. conſil. 56. nume. 18.

Et minus in conſiſtorio principis in quo ſola facti ueritate inſpecta proceditur. l. Aemilius. & ibi Bart. ad fi. ff. de mino. Nec in uerbis teſtiũ, ut declarat Spec. in §. nunc aliqua, in uer. notandũ, de teſte. Nec etiam ubi agitur de utilitate publica. l. ita uulneratus. ff. ad leg. Aquil. multa Ro. in l. 1. col. 3. & 4. ff. de no. ope. nun.

Additio 4. ad id, an nomen actionis ſit exprimendum in libello.

Videtur quod ſic per tex. ultra multa aliàs inducta in cap. ad aures, de præſcript. iuncta glo.

Sol. duplex eſt actio, cauſalis & formalis i illa exprimi debet, & expreſſa dicitur cum exprimi-
5 tur cauſa, iſta nõ, quia tacitè ineſt † ex facti narratione, & expreſsio nihil operatur, d. c. dilecti, declarat pulchrè Bal. in præal. c. ad aures.

Additio 5.

Concluditur hic ab omnibus, quod nomen actionis (ut dixi etiã proximè) non ſit exprimen-
* dum in libello, & eſt communis * opi. præalleg. c. dilecti. de iudi.

6 Fallit ſi extet † conſuetudo. l. maiorib. & ibi Bal. C. communia utr. iud.

Secundò fallit, ſi ex narratione facti appareret plures actiones competere, puta utili & directa à ceſſionario intentatis, quia tunc teneretur exprimere, ut per Bal. in l. ſi duo, nu. 2. ff. de ſol. Deci. hic nu. 2.

Tertiò adde tu idem ſi peteret iudex, & eſt ſimile in teſte, qui non tenetur regulariter reddere rationem ſui dicti, ut not. in l. ſolam. C. de teſti. & tamen ſecus eſt ſi iudex petat. idemque in bon. poſſ. l. fi. C. qui admi. no. Corn. in rubr. eod. tit. colum. 2.

Additio 6.

Concluditur hic, in not. ut per Dec. 5. quòd emendatio & mutatio fieri poteſt, ſecundũ text. hoc clarè dicit, & ut in figuratione caſus oretenus declaramus, & ut in 3. lectu. quando nec dubium habet.

Sed contra, quia ſtatur ſemper aſſertioni contra libellantem, l. cum precum. C. de lib. cau. etiã ſi reus eſſet abſens, quia ſcriptura loquitur ſemper l. Arriani. C. de hær. & probatur aliàs in l. certum. in §. ſi quis abſente. ff. de conſe.

Nec ab re ad propoſitum, quia fateri uidetur omnia in eo contenta fore uera, qua rõne q̃q́ exemplum nõ probet, probat tamen quando de eo conuincendo agitur, ut dixi in authẽ. ſi quis in aliquo documento. infra cod. & eſt etiam uerbum Bal. in l. Gallus. in §. quidam rectè. col. 1. ff. de lib. & poſthu. dicentis licet in libello quædam ponantur, quædam uerò negentur in dubio tamen ratione prædicta dictis in eo ſtandum eſſe.

Pro ſolu. multa dicis Dec. hic, Iaſ. & alii ante eum, ſepoſitis uerbis prolixioribus uera reſolu-
7 tio eſt, † duo requiri, primum eſt, quod libellus ſcriptus ſit manu libellantis. d. caſu, & præalleg. l. cum precum. ita Bar. in l. nuda. ff. de don. ſecundum quod inde ſecuta ſit lit. conteſt. tradit idem Bar. in l. ex hac ſcriptura. ff. eo. ad fi. & in l. qui familiæ, ubi etiam Bald. & Flor. ff. fam. ercif. ergo ante potuit corrigi & emendari, declarat Socin. conſi. 244. col. pe. uol. 2.

Imò plus dico quod ille tex. iſtud ipſum probat, ex quo primo Proculus ibi petierat pronũciari aliquem ſeruum, ut pote ex ancilla natum, poſtea ex aſcriptitia, & ita fuit pronunciatum, & ſic libellum emendauit. & ideo ad propoſitum, & per illum tex. dicebat idem Bal. quòd licet quis aliquid petat, ſiue confiteatur, petitio ſeu cõfeſſio, poteſt corrigi & emendari debito tempore, conſi. 307. col. 2. uol. 5. ſignanter per text. in d. l. qui familiæ. & quando nondum eſt acceptata à parte, unde practicam docet in d. §. quidam rectè, ut ſemper dicatur præſente tali, & acceptante inquantum &c. eſtque argum. in l. ſicut. C. de action. & oblig.

Obſt. rurſum huic concluſioni text. in l. rura. C. de omni agro dc. lib. 10. adhuc citatus p Bal. in d. §. quidam rectè, ubi deſiderium apud acta publicatum, corrigi non poteſt, idem Bald. in c. publicato. nu. 4. de elec.

Sol. eſt, ut hic per Rip. nu. 37. quod loquitur
8 in deſiderio † obligatiuo non diſceptatiuo, Iudicio meo non ſatis tuta, ex quo etiam quod agatur hic de deſiderio diſceptatiuo, obligatio tamen quoquo modo conſiderari poteſt, argum. in l. 3. in §. Idem ſcribit. ff. de pecu. & in l. ſi ſeruum. in §. fin. ff. de uerb. obl. Igitur dic tu aliter, quod loquitur in deſiderio firmitate decreti ſiue auctoritate iudiciaria uallato. ita Bald. in l. 1. in §. item ſolent, in 2. lect. ff. de offi. præfec. urb.

Vel quod erat deſiderium habens uim inſtrumẽti, quod erat publicatum in actis ad perpetuã rei memoriam. l. geſta. C. de re iud. Bal. in d. c. publicato. col. 2. de elect.

Obſtat ultimò tex. in l. ſicut. C. de repud. hær. ubi qui ſemel adiuit hæreditatem, non poteſt poſtea aditionem reuocare, & in iudicio confeſſus habetur pro iudicato. & idem dici uidetur ĩ l. ſeruus dotalis. ff. ſol. ma.

Sol. plana eſt, illud ideo fore ſic utrobique de-
9 ciſum, quia ius quæſitum erat † creditoribus hæreditariis, quod ſibi auferri non poterat. l. fin. ff. de pac. l. apud Iulianum. §. fin. ff. quib. ex cau. in poſſeſſ. ea.

Additio 7.

Ad uerbum prout, dicas quod eſt dictio limi-
10 tatiua, † quia non ſimpliciter poteſt emendari,

& mu-

& mutari libellus,ſed prout perpetui &c.Ita A-
lex.per iſtum tex.conſi.29.colum.6.uolum.3.&
Bar.hic,colum.pen.idem Alex.conſil.48. col.3.
uol.6. Dec.conſi.362.colum.2.& conſi.374.co
lum.2.uol.2.Bar.in extraua.ad repri.in uer.pro
ut, & quod actio hic pro libello ponatur tradit
Bal.in l.non eſt nouum,col.2.ff.de act.emp.

Additio 8.

11 Ad illud ppetui edicti, † dic id eſt generalis,
ut per glo.hic,& edictum eſt in l.1. ff.de edend.
& ut dicit Odofr.in l.prætor ait.in princ.ff.eod.
Item ad illud uel ius reddentis decernit æqtas,
dic quod uel, in coniunctam reſoluitur,quia nõ
patietur iudex,niſi ſaluſi ſit ius deliberandi reo,
& expenſę eidem ſoluantur,ut per Doc.hic Bal.
in c.1.lect.1.nu.12.de iud.uel ſi unam actionem
prius non infamantem intẽtauerit, poſtea famo
ſa agere uoluerit,ut per Odof.hic,col.2. & Bar.
nu.11.& in fi.legis.

Additio 9.

12 Legitur litera hic duobus modis,† quã emen
dari uel mutari , & ſic in paſsiua ſignificatione,
& tunc ſuppleas patietur reus. legitur & in acti-
ua ſic,quam emendare uel mutare licet, & tunc
actori ſuppleas,& hæc lectio magis mihi placet.

Additio 10.

Dicit gl.magna hic in princ.quod emendare eſt
propriè,cum mihi deberentur decem,eaq; à me
peterentur,ſi poſtea petantur quinque,uel ècon
tra,per text.in §.ſi minus.Inſtit.de act.ubi caſus
13 clarus,† tamen aduerte, & primo quod ibi non
probatur.de emendatione enim nullum eſt uer-
bum,namq; bene dicit quod ſine periculo agit,
ſed non quod ex eo libellus emendetur uel emẽ
dari dicatur . unde Is . inquit, quod eſt mutatio
potius,& nouus libellus, cũ ſumma ſit diuerſa.
l.ſcire debemus.ff.de uerb.oblig.& propterea ſi
promitto tibi 10.& 5.non promitto formali prę
dicatione 15.ex quo unus numerus, nõ eſt pars
formalis alterius,quandoquidem proferãtur di
ſcretiuè.d.l.ſcire debemus. & hac ratione Bart.
14 hic fuſius,declarauit quid ſit emendatio, † & e-
mendare,nume.1.& dicit quod eſt corrigere, ſu
perflua reſecare,mutare uerba,ſententia remanẽ
te,addere,detrahere,& obſcura declarare in ali-
quib. ex his etiam malè loquutus, dum dicit qđ
addere eſt emendare,nam ſicut qui ſupplet non
emendat,pari modo hoc idem non facit,qui ad-
dit , ut Inſti.de bo.poſſ.in princ. Dum etiã dicit
detrahere,inaduertenter loquitur,ex quo dixe-
rat prius ſuperflua reſecare. Vltimò minus rectè
dictum uidetur,quod obſcura declarare ſit emẽ
dare,quia emendatio fieri non poteſt poſt litem
conteſt.& tamen declaratio admittitur uſq; ad
ſententiam ut infra.

Sol.ſi conſiderauerimus, ut cõſiderat hic Cy.
per eundem Iaſ.relatus,colũ.1.quod emendatio
nil aliud eſt,niſi extra mendam poſitio , utiq; &
exemplum.glo.& doctr.Bart. ad idem nulla ra-
tione improbabimus . nec obſt. quod non dica-
tur in d.§.ſi minus,quia imò uirtualiter dici ui-
detur in illis uerbis,ſine periculo agit, intellige
pœnæ tripli , de qua ibi in §.præced.quia emen-
dando libellum,& petendo decem,ubi alias pe-
tierat quinque tantum , eodem iudicio reum ei
condemnabit, reſtituendusq; eſt text.ille,dũ di-
cit in reliquum uero, nihilominus iudex aduer-
ſarium in eodem iudicio condemnat,ut dicat, in
reliquum enim nihilominus aduerſarium eodẽ
iudicio ei condemnat,ex conſtitutione &c .

Et minus quod ſummæ ſint diuerſæ, quia ue-
rum eſt ante emendationem, & ĩ exemplo ſupra
poſito,ſed emendatione facta,eadem ex quo pe-
tieram 10.nunc quinque,uel èconta , & ſic non
ſumus in caſu d.l.ſcire debemus. & quia, ut etiã
Dec.dicit, remanet eadem cauſa,& nõ mutatus,
ſed(ut dixi)emendatus ſiue reformatus uidetur
libellus,arg. (ut dicebam adhuc aliàs)in l.iuriſ-
gẽtium.in §.adeo.ff.de pact.ibi,ſi poteſt tota res
tolli,cur non etiam poteſt reformari?Ex quibus
ad oppoſitum deducta , poſſunt quoque uitari,
quoniam uerum eſt,quod non emendat, qui ad-
dit , propriè , & minus qui declarat obſcura , &
quod denique ſuperflua reſecat qui detrahit,ſed
nec falſum etiam,quod addere rurſum & obſcu-
ra declarare,non ſit extra mendam ponere , quã
non carebat libellus mutilatus , & obſcurus, ut
ſupra, l.2.§.appellata.ff.ſi cer.pe. uel ad illud, qđ
qui detrahit ſuperflua reſecat,reſponde ut hic p
Dec.contra fratrem ſuum Lancelot,pro qua re-
ſponſione facit text.in l.ſi ſeruus . in §.inqt lex.
ff.ad legem Aquil.uel dic quod ex abundanti di-
catur.l.non ſolent.ff.de regu.iu.l.1.§.quamuis.
ff.de uentr.inſpicien.Bald.in l.non ſit. C.de iu-
re emphyteo.

Additio 11.

Concludit adhuc glo.hic, quod emendatio li
15 belli in iudiciis uniuerſalibus † poterit fieri uſ-
que ad ſententiam,ſed primum declara,ut hic p
16 Iaſ.& alios , quid ſit iudicium uniuerſale, † poſt
Bald.in l.1.colum.2.ff.de eden.& hic in lect.Pe
ru. quod eſt quando petitur uniuerſitas , patri-
monium,peculium,hęreditas,bo.po.iuriſdictio,
& ſimile,ſuntq; nomina iuris habentia aptitudi
nem augmenti & diminutionis.

Adde quod eſt uniuerſale, non quia conſiſtat
in aliquo ſigno uniuerſali, omnis,& nullus , ſed
quia uniuerſum ius ſignificat ſui naturę,comple
ctiturq; tam iura quàm corpora. ita Bal. in rub.
de iud.extra,lect.2.col.2.

Et eſt ſimile, ultra exempla ſuperiora,in pri-
mo parente noſtro Adam,qui appellatur homo
uniuerſalis,ex quo in eo omnes incluſi fuimus,
ipſeque fuit exemplar totius humani generis ,
& à quo omnes proceſsimus, ut per gloſſ. in l.
ut uim. ff . de iuſtitia & iure , & in ſigillo quaſi
principis , & reipublic . quo literæ omnes ſi-
gnentur.

Et

Et uniuerſale rurſum, quia una eſſentia, & una ſignificatione enunciat omnia complexiua, ut idem Bald. declarat conſi. 301. colum. penultima. uolum. 1.

Et ultimo loco quod non diſtinguitur in ſpecies dialectico modo aſſumptas, ut adhuc idem Bal. declarat in c. cum eccleſia Sutrina. num. 17. de cau. po. & prop.

Pro iſta concluſione igitur ad glo. propoſitũ facit tex. in l. 4. & in l. ſi quo tempore. ff. de petit. hær. ut ſi peto rem à te hęreditariam, quam poſsidebas, poſtea aliàs poſsidere ceperis, omnes mihi (inquit tex. utrobique) reſtituere debebis.

Et ut dicebam aliàs, niſi poſſet fieri emendatio uſque ad ſententiam, iam uniuerſale iudiciũ à particulari non differret, quod admittit emendationem tantum uſq; ad lit. conteſt. ut ſupradictum eſt in figuratione caſus, & in not. & ut per glo. hic, & in l. non poteſt. ff. de iud. & tamen differunt. patet nouiſsimè, quia diuerſæ ſunt diffinitiones. l. 1. C. de iu. emph. diuerſi tituli, c. præſentium. §. teſtes. & ibi Gemin. colum. 1. de teſtib. in 6. & nomina, l. ſi idem. C. de codi. & quia in uniuerſalibus precium ſuccedit loco rei. l. ſi & rem & pretium. ff. de peti. hær. in particularibus autẽ non. l. uenditor. §. 1. ff. de hær. uel act. vend. Bald. in l. cum ſeruum. in prin. ff. ſi cert. pe. & habet colorem, foretq; ita ſine dubio tranſeundum.

* Bart. tamen hic, in 3. oppo. & * communiter doct. tenent contrarium, non emendatione libelli, quia neceſſaria non eſt, idq́ue fieri non debet, quod factum non releuat. l. hæc ſtipulatio. §. diuus, ut lega. no. ca. ſed ex natura actionis, & in executione omnia uenire, & reſtitui debere offi. iudici., quandoquidem agens dicat ſe hæredem ut in reali ſe dominum, & hæres idem eſt quod dominus. l. item Mela. §. legis. ff. ad legem Aquil. glo. in l. 1. in princ. ff. ſi cer. pet. & petat, ut declaretur dominus. l. ex diuerſo. §. ubi autem, & ibi Bar. ff. de rei uen. Pau. Caſt. conſi. 138. col. 1. uolu. 2. & qđ iudicis officio reſtituantur, probatur in l. licet. ff. de pet. hær.

Et ex his ceſſat inductio d. l. 4. & l. ſi quo tempore & ſimilium, quia in d. iuribus de emendatione uerbum nullum.

Non obſt. ultimum, quia differunt, ex quo in particularibus fit ante litem conteſ. in uniuerſalibus nec ante nec poſt.

Additio 12.

Ad idem dicit Bar. hic, & in d. loco, qđ ſecus
17 ſi agatur † ad unam rem ſingularem, quia tunc emendatio fieri non poterit poſt litem conteſta. ſicuti nec in ſingularibus iudiciis, ut infra poſt Petr. & Cyn.

Videtur mihi quod Bar. malè loquatur ĩ duobus, dum dicit quod emendatio fieri non poterit hoc caſu, ex quo aliàs præſupponit fieri, & tamen contrarium dixit proximè.

Sedò quod ſi agatur ad unam rem ſingularẽ, alia in reſtitutione non uenient, & tamen iſtud confundi uidetur per text. in d. l. 4.

Imò malè & tertiò ſi uoluit dicere, quod hoc caſu emendatio fieri non debeat, & ſi fiat, quod poſt litem conteſtatam fieri non poterit, ſicuti nec in ſingularibus iudiciis, quia uidetur iſtud pariter contra reg. l. unicæ, in prin. C. de rei uxo. act. & dictum fuit in tex. latis, in illo art. an nomẽ actionis ſit exprimendum in libello, igitur cogitabis, uel ſaluabis Bar. ut hic per Iaſ.

Additio 13.

Dicit rurſum gloſſ. hic, quod in generalibus iudiciis, emendatio fieri poteſt uſque ad ſenten-
18 tiam, † & benè, eſtq; caſus clarus in l. licet. per
* ipſam alleg. C. de iud. & ita * communiter teneri dicit uterque Curt. (quid enim ſit iudiciũ generale declarat Iaſ. hic poſt Bald. in c. cum eccleſia Sutrina. nu. 17. de cauſa poſſ. & propr. & dicit ibi quod ad differẽtiam uniuerſalis diſtinguitur p ſpecies dialectico modo aſſumptas) adde Specu. in tit. de actio. in §. ſequitur. nu. 45. & aduerte, quia imò tex. in d. l. licet, nihil facit, ut atteſtatur Iaſ. nam quis cum tutore egit unam adminiſtrationis ſpeciem proſecutus, tutor uerò fuit abſolutus, dicit ibi tex. ſi aliam proſequi uoluerit, quod excep. rei iud. repelletur, & ſic de emendatione uerbum nullum.

Reſponde tu ſic de facto occurriſſe, non quod libellus emendari non potuerit, uſque ad ſententiam, ſi agens uoluiſſet, & aliam etiam adminiſtrationis ſpeciem proſequi. ita gl. in l. 1. in princip. magna, quando de hoc iudicio loquitur, dic ut in ea.

Additio 14.

Dum concludit adhuc glo. quod in iudiciis ſingularibus permiſſa eſt emendatio uſq; ad litẽ
19 conteſtatam † non poſt, dic bene facere uulgatum illud, de quo in l. tutori. C. de neg. geſt. ibi, ſufficit ſi in paucis amici laboribus conſulatur.

Et dum pro contrario adducitur text. noſter, in ſui generalitate, dic qđ ratione diſtingui debet. l. quiq;. §. 1. d. l. quamuis. ff. de in ius uoc. ſed ratio eſt ne poſsit fieri poſt litem conteſtatam, qa aliàs reperiretur ſententia lata, non facta litis cõteſtatione ſuper libello emendato, & malè. l. prolatam. C. de ſenten.

Additio 15.

Dum Bar. hic, nu. 2. dicit quod ſi defectus ſit in ſubſtantia libelli in ciuilibus non deſcendentibus ex aliquo crimine admittitur declaratio uſ-
20 que ad ſentẽtiam, † ſcias quod declaratio eſt triplex, correctionis, modificationis, & uerbi ſeu orationis dubię explanationis. l. 1. §. qui operas. ff. ad Ter. l. 1. ff. de ori. iur. Paul. Caſt. conſi. 340. in princip. uolum. 1. quodq; de iſta tertia loquitur, ex quo primis duobus caſibus, nõ poteſt dici propriè declaratio.

Scias item, quod declaratio eſt uerorũ, fictio falſorum, ita ut non reperiatur fictio declarati-

ua

na ſecundum Bal.in l.qui in prouincia.in §.1.co
lum.2.ff.de rit.nupt.

Et quod denique uera eſt concluſio, quia (ut
* dicunt * omnes, & bene) declaratio nihil noui
inducit.l.hæredea palam.§.ſed ſi notam. ff.de te
ſtamen.ubi ego in collecta.multa.argumen.opti
mum.in l.adeo. in §.cum quis. ff. de acq. re. do.

Additio 16.

In primo membro adhuc emendationis Bar.
dicunt doct. quod in criminalibus concluſio nõ
21 eſt neceſſaria,† & quod dum loquitur de conclu
ſione libelli,id debet referri ad dicta paulo ſup.
de iudiciis ciuilibus non deſcendentibus ex ali-
quo crimine,& eſt uerum.& quod non requira-
tur tradit Bart.in l.libellorum.in fi.prin.ff.de ac
cuſ.no.in l.1.ff.de eden.& ibi Iaſ.col.3.

Et eſt ratio,quia hoc caſu,de uindicta publi-
ca agitur.l.licitatio.§.quod illicitè. ff.de public.
& tunc iudex ſupplet & quanquam ſit accuſatio
ipſe tamen officio ſuo expedit,quibus caſib. ne-
ceſſaria non eſt,ut per Bart.in l.imperium, col.
3.ff.de iuriſd.omn.iud.Iaſ.fuſiua.in d.l.1.

Additio 17.

Bar in eo.membro quando dicit primo ſi li-
bellus in cõcluſione deficiat, quod ipſo iure eſt
22 nullus,† adde rationem,quia tota uia in conclu
ſione conſiſtit.l.ſi uoluntate.C.de reſcin.uend.l.
ſi dominus.ad fi.ff.de præſcr.uer.l.ut fundus. ff.
communi diui.Fallit tñ (ut dicebam aliàs) in pñ
ſentia principis,ex quo ſupplet omnem defectũ;
arg.in l.omnium.C.de teſtam.

Secundò adde (ut dicunt Doct.& benè)quod
ineptè loquutus eſt,quoniam exemplum ipſius,
quia Rex eſt in Francia uel nõ eſt, potius eſt cau
ſa quàm concluſio,per dictionem quia. ita Bart.
in l.demonſtratio falſa, in §.quod autem.nu.11.
ff.de condi.& demon.unde glo.in l.2.in §.circa.
ff.de exceptio.do. melius loqui uidetur, dicens,
qđ deficiat in cauſa eodem modo exẽplificãdo.

Additio 18.

Videtur etiam dum dicit, quod ex expreſsio-
23 ne falſæ cauſæ,libellus uitiatur,quodq; nõ † ua-
let,quod imò ualeat,ut in actione, quæ exprimi
non debet,& ſi exprimatur ineptè, quod tamen
ualet libellus,ut oſtenſum eſt loco ſuo.l.1.C.de
rei uxo.act.in princ.

Pro ſol.multa dicuntur hinc inde,verũ eſt,qđ
cauſa deficiente nullus eſt.l.2.§.circa.ff.de exce-
ptio. do.ut etiam in nudo præcepto dicitur.l.fi-
liusfamilias.§.diui.ff.de le.1.& in ſolutione diu-
tina.l.ſi certis annis.C.de pac.ergo & ſi exprima-
tur & falſa ſit,quod non eſt in actione. c.dilecti.
de iud.ergo nimirum ſi d.caſu ualet.

Additio 19.

Dum Bar.hic,in tertio emendationis mẽbro
nu.8.dicit,ſi addendo, uel detrahendo cõtingat
24 ſubſtantiæ fa i mutatio, quod non licebit † per
tex.in l. denunciaſſe, in §.quid tamen. ff. ad legẽ
Iul.de adulter.declara illum, quod in adulterio

au

miſſo libello repudii mulieri, eidem denunciari
debet,ne nubat (hoc idem enim eſt de ſubſtan-
tia) quia maritus eam accuſare intendit, ut con
demnetur, nec eſt ſatis quod ſciat,aliàs denun-
ciatio non requireretur.l.1.ff.de act.emp. decla
rat Alb.ibi,Bar.in l.quidam decedens.in §.fin. ꝑ
illum tex.ff.de admi.tut.& ideo ſi nuberet ante-
quam denunciaretur, accuſari amplius non poſ
ſet,ut in d.l.denunciaſſe.in princ.& in l.2. eod.
tit.& in l.ſi dum.C.eod. in propoſitum igitur, ſi
in denunciatione complexus ſit eum,cum quo
adulterium commiſit mox (inquit tex.) uelit eã
ex alterius perſona accuſare, audiri non debet,
& ſubinde rationem aſsignat, quia non obiicit
crimen quod denunciauit. & ideo utile (nota)
eſt multum in practica, ut ibi idem Alb.dicit, qđ
ſi accuſo aliquẽ de homicidio, debeo ſignanter
id probare,quia ſi probauero quod uulnerauit,
abſoluetur,ex quo non probo crimẽ qđ obieci.

Additio 20.

Bart.hic in materia mutationis reaſſumendo
glo.in 2.par.relatis opi.Odof.Martin.Sillan.Ia-
co.But.Pet.de Bellaper.& Cyn.conſiderat qua-
tuor caſus, poſtea declarat,quid ſit mutatio, &
ponit (inquit gl.in c.nullus.de reg.iu.in 6.) car
25 rucam ante boues † ſine (ut dicitur in Gallia)
la charrue ua douãt,lez boeufſ,currus trahit bo
uem,& male,quia nec feſtum debet obſeruari an
te uigiliam,nec poteſt eſſe magiſter quis, anteq̃
ſit diſcipulus, uel nauis gubernator, antequàm
ſit remex,ideo declara prius tu, qđ ſit mutatio,
aliàs ut inquit Cic.offi.1.intelligi non poteſt qđ
ſit id de quo diſputatur.ſic facit Iurecon. in l.1.
ff.de tute.& in l.1.ff.de acq.poſſ.& in l.1. in §.do
lum.ff.de dolo.in q; multis aliis locis.

Additio 21.

In materia mutationis adhuc concludit Bart.
hic,nu.11.in 4.caſu,quod mutatio actionis fieri
poteſt,ante litem conteſtatam poſtea uerò nõ,
26 † quando dicit,quod poteſt quis renunciare a-
ctioni,remanente ſibi cauſa,& actionibus ex ea-
dem proditis.quæ opin.fuit Odofr.etiam hic cõ
tra glo.& Pet.de Bellaper.quod ex recitatis opi
nio.paulo ſupra,per eundem Bar.uer. ſumus ex
pediti de emendatione,elici poteſt.& poteſt exẽ
plificari, ut per Alex.ſi actione ex empto actum
ſit, & poſtea uelit intentare quis certi cõdictio-
nem,& malè,quia illa eſt bonæfidei, hæc ſtricti
iuris,nec uериſimile quod uelit mutatione actio
nis ſic ſibi nocere,arg.in l.3.ff. de mili.teſta.me-
lius erit igitur dicere contrarium, ſi prius egit
certi condictione, poſtea uelit agere ex empto.
l.uideamus.ff.de uſu.uel intentare unam ex tri-
bus,de quibus in l.1.C.communia de leg.quæ e-
lectione à principio ſublata fuiſſet iuxta text. in
l.quod in hæredem.in §.eligere.ff.de tribu.ac. &
in l.cum filius.in §.uariis.ff.de leg.2. & ut hic ꝑ
Bald.colum.4.& Alex.8.Seyſel.7. vel petere cẽ
tum ſibi dari ex teſtamento,q̃ petierat ꝑ actio-

nem

nem ex ſtipulatu, vt in §. ſi quis aliud. in fi. Inſti.
de act. non è contra, ut ibi dicit Iaſ. in §. ſi minus.
nume. 11. & malè, ut dixi ſuprà, quia actio ex ſti
pulatu eſt ſtricti iuris, ex teſtamento uerò habet
ſe ad inſtar bonæ fidei. l. in minorum. & ibi not.
C. in quibus cau. in integ. reſtitutio non eſt ne.
& uidetur caſus hic, ſecundum communem in-
telligentiam, & quia res eſt integra ante litē con
teſ. & quia lite conteſtata quaſi contrahitur, nec
poſt contractum licet ab eo recedere, l. ſicut. C.
de act. & obl. ergo nec actionem mutare. & quia
ſi conſenſu partium poſt lit. conteſtat. fieri non
poteſt, ut concludit Bald. hic, lectu. Peruſi. & in
auth. hodie, in fi. C. de iuram. cal. multominus au
ctoritate propria.

Additio 22.

Bart. hic, nu. 13. ponit diffinitionem cumula-
tionis, qđ eſt unius actionis cum alia coaduna-
27 tio † coaceruatio, & congeſtio ſimul.
Adde probari in l. ſi idem cum eodem. ff. de iu
riſdictione. iud. ubi plures actiones ſimul cumulā
tur, ſiue coaceruantur, quo uerbo ſignanter u-
ſus eſt ibi Iureconſ. exemplum ad centum ex cau
ſa mutui ad uiginti ex cauſa depoſiti, & ſic de ſin
gulis, & ita per iſtum text. declarant ſcriben. in
§. ſi minus. Inſti. de act. citatum per Bartol. infra
in generibus cumulationum. nume. 15. 16. Pro-
batur item cumulatio in l. non eſt nouum. ff. de
act. emp. & in l. ſi plures, ibi cumulum debiti ad
plures ſummas referimus. & ſimul dixit ad dif-
ferentiam emendationis, & mutationis, quoniā
illa eſt extra mendam poſitio, iſta poſitio unius
actionis loco alterius, ut in præcedētibus lectio
nibus dictum eſt, & ſi non ex alio liquet qđ dif-
ferant, liquet ex eo, quia diuerſimodè deſcribū-
tur, arg. in l. 1. C. de iure emph.
Et ſimul rurſum, quia poſſunt in eodem ter-
mino cumulari, ex quo non ueniunt ſucceſſiuè,
inquit Bald. in l. ſi plures, per illum tex. ff. de iu-
re delib. ubi terminus præfixus inſtituto non no
cet ſubſtituto, quia ſucceſſiuè uenit non eodem
tempore. & quanquam leuia aliqua adducantur
hic, per Purpur. nu. 40. & facilè poſſint reſolui,
in ea tamen non inſiſto, id unum exploratum ha
bentes, quod dicitur in l. omnis diffinitio. ff. de
reg. iu. & in l. 1. ff. de reg. Cat. quod nulla eſt, quę
non poſſit facile ſubuerti.

Additio 23.

Cumulatio facilius admittitur in criminalib.
28 quàm in ciuilibus, quod intellige † quo ad pro
ceſſum, non quo ad ſententiam, quia in ea cumu
lari non poſſunt, quæ non concurrūt. l. Senatus.
ff. de accu. Bal. in l. 1. col. 16. C. qui accuſ. nō poſ.
& ad differentiam mutationis, quia in criminali-
bus non admittitur, ex quo deſiſtens à prima in
cideret in turpillianum, ut hic, per Bart. nu. 12.
paulo ſuprà, & oſtenſus ibi diximus, quia diffi-
cultatem non habet. l. 1. & toto tit. ff. ad Turp. la
te Alex. conſi. 34. col. 1. 2. uol. 4.

Additio 24.

Adde quod ſunt quatuor cumulationum ge-
29 nera † hæreditatum tantum, quæ inter fratres
uno libello, & una actione familiæ erciſ. poſſunt
cumulari, puta matris, patris, & agnatorum. l. bo
na. C. fam. erciſc.
Hæreditatum & perſonarum, ſi inter me & te
hæreditas Titii ſit cōis, & inter me & Titium
Seii, eodē iudicio, hæreditates & tres omnes cu-
mulari poterunt, ut diuidātur, & de hoc in l. hæ
redes. in §. de pluribus. ff. eo.
Perſonarum tantum, exempli gratia ſi plures
tutores cōdemnati ſint pro mala geſtione unius,
omnes poterunt appellare. l. ſi qui ſeparatim. in
princ. ff. de ap. uel ut infra in 4. reg. Bar. dum alle
gat tex. in l. 1. in fi. ff. ſi fa. fur. ſe. di. item & actio-
num, & de iſto genere hic.

Additio 25.

Sicuti ſunt quatuor genera cumulationum,
30 ut ſupra, † ita dicas alibi quatuor, imò quinque
fore ipſam impedientia.
Electio.
Contrarietas.
Præiudicialitas.
Superfluitas. &
Abſurditas, in materia ſcilicet petitorii, & poſſeſ
ſorii, de quibus per Bald. in l. incerti, col. 5. C. de
interdic. In actionibus uerò de quibus hic ſex.
Exceptio.
Electio.
Contrarietas.
Liberatio.
Maioritas. &
Ordo, de quibus per ordinem pariter infra.

Additio 26.

Bart. hic rurſum quærit quare cumulatio ſit
31 inuenta, † & reſpondet non alia ratione quā iſta
quia erat dubium, an poſſet mutari actio, inue-
ſtigatio laudabilis eſt, ut etiam in emendatione
facit, ſupra nume. 4. & ibi dixi, ne uana ſit diſpu-
tatio. nouiſsimè facit bonus text. in l. inter ſtipu
lantem. in §. ſacram. in fi. ff de uerb. obli. Aret. in
c. 1. in fin. de reſcrip. ſed ratio non concludens,
* quia communiter * tenetur, quod ante lit. con-
teſt. permiſſa ſit, ut ſupra.
Dici igitur poteſt, quod ea ſit ratio, ut tollan
tur circuitus, & fruſtra fiat per plura, quod pōt
fieri per pauciora, neve lis de litibus oriatur,
ſed dirimantur potius. l. dominus teſtamento. ff.
de condict. indeb. l. ſingulis. ff. de except. rei
iud. l. quidam æſtimauerunt. ff. ſi cert. peta. imò
qđ actor cogi poteſt cumulare, ne reus duplici,
fatiget iudicio, ut parcat litibus, laboribus, & ex
penſis. ita Bal. in l. fi. in fi. C. de reſti. mi. p text. in
l. non eſt nouum. alle. etiam ſupra. ff. de act. emp.
c. ut litigantes, de offi. ord. in 6.

Additio 27.

Inquit Bartol. adhuc poſt glo. quod cumula-
32 tio eſt permiſſa, † ex quo nō reperitur phibita,

niſi in caſibus per text.in l.necnon. in §.qđ eis.
ff.ex quib.cau.maio.eodem modo arguit etiam
conſi.165.quod à qualibet ſententia poteſt ap-
pellari niſi expreſſè reperiatur prohibitum. l.&
in maioribus.l.à proconſulibus. C.de appel. gl.
ſingul.ultim.in ordine.in l.qui reſtituere. ff.de
rei uendi.quam commendat Bald.conſi.141.co
lum.2.uol.1.& in l.1.col.2.ſi de mo.po. fue. ap.
& eſt regulare (ut dicebam aliàs) quod exceptio
in aliquibus caſibus firmet regulam in non ex-
ceptuatis. l.quæſitum. §.denique.ff.de fun.inſtr.
imò quod regul.exceptionem patitur, ineptiuſq́;
eſt eam non fallere, ut inquit glo.in Auth. ut ma
tres debi.in princ.

Additio 28.

Dum in prima regula cumulationum Barto.
inquit quod ſi poſsibile eſt, quod abſolutoria la
ta in prima pariat exceptionem rei iudicatæ in
ſecunda non admittitur, dic quod hãc exceptio
33 nem uulgarem appellat † Iureconſ.in l.3. ff.de
popu.ac.& in ſimili uulgarem illam pacti de nõ
petendo in l.Bebius.ff.de pact.dota.& uulgares
actiones in l.1.& 2.ff.de præſcrip.uer. & uulga-
rem formulam libellum ſiue actionem in l.ſi ſer
uus nauem.ff.de fur.& uulgares leges Lõgobar
das Archid.in c.omnes.2.q.1.

Additio 29.

34 Dic regu. hanc primam adhuc † non probari
in l.ſi mater.in §.eandem cum tribus ſequẽ. alle
ga.per Barto.ff.de except.rei iudi. ex quo de cu
mulatione ibi nullum eſt uerbum, unaq́; actio-
ne ſeruus petitus fuerat prius, reali ſcilicet, &
poſtquã captus reuerſus eſt ab hoſtibus, melius
facit text.in l.duobus.in §.exceptio. ff.de iureiu
ran.ubi egi ad centum contra te actione depoſi-
ti,& tibi iuramentum detuli fuiſti abſolutus po
ſtea egi certi condictione, dicit text. quod mihi
obſtat exceptio iuriſiurandi perinde ac ſi dixiſ-
ſet rei iudicatæ.l.2.ff.de iureiuran.ergo non po
tuiſſent cumulari à principio, quia poſsibile e-
rat abſolutoriam latã in prima parere exceptio-
nem rei iudicatæ (ut diximus) in ſecunda, niſi
hoc modo inducatur non uideo qualiter hanc
Bar.opin.& regulam probet.dicit etiam in ſi.Iu
recon.hac ratione agi non poſſe, ex quo per alte
ram actionem, altera quoque conſumitur, eſtq́;
ſimilis loquendi modus in l.nunquam plura. ff.
de priuã.delic.& in l.generaliter.ff.de fideiuſſo.
& in l.ſi cum exceptione, in §.eum qui. ff.quod
metus cau.

Ad idem adducit tex.Bar.in l.fundum.ff.de ex
cept.ubi ſi inter te & me ſit cõtrouerſia fundi Ti
tiani, quem à te ego petebam rei uendicatione,
& uelim confeſſoria agere ad uiam, dicto fundo
debitam per tuum fundum Sempronianum (in-
quit Iurecon.) quod agere non potero, quãdõ
tibi competet præiudicialis exceptio, id eſt ne
per hanc cauſam fiat præiudicium primæ, & de-
beo prius probare fundum eſſe meũ, poſtea uiã
mihi deberi, & quia ſi aliàs ſuccubuero, nec uia
mihi debebitur, imò quod abſolutoria primi iudicii
pariet exceptionem rei iudicatæ in ſecundo.

Ad idem adducit text.in l.fundi.ff.eo. ubi idẽ
ferè caſus, agebam ad partem fundi actione rea-
li, deinde ſub eodem iudice uolebam agere cõi
diuidundo, ſiue agebam contra te & fundũ pete
bam; deinde fructus certi condictione (dicit Iu-
recon.) qđ non debet primæ petitioni ꝑiudiciũ
fieri, & quia poſsibile eſt quod abſolutoria lata
in prima petitione ſiue iudicio pariat excep. rei
iu.in ſecunda, ſiue in ſecũdo, & bene ubiq́;, inq́;
his tribus iuribus, quia fieri nõ debet, qđ factũ
non releuat (ut dicebam aliàs) l.hæc ſtipulatio.
§.diuus.ff.ut leg.no.ca.& ꝑ hæc duo iura ita ẽt
dicit Abb.conſi.50.col.1.uol.1.

Vltimò adducit tex.in l.interdũ.ff.de pub.iu-
di.ubi ſi egero l. Aquilia pro damno mihi dato
morte ſerui mei, & ſic ciuiliter, non potero cu-
mulare actionem legis Cor.de ſica.criminaliter,
quia poſsibile eſt, qđ reus abſoluatur, & abſolu-
toria lata in ciuili pariat excep.rei iud.in crimi-
nali, ex quo conſtaret ſic crimen commiſſum nõ
fuiſſe.

Additio 30.

35 Contra tex.in d.l.fundum † ob.tex.in l.ſed ſi
ante.ff.eo.& eſt lex immediatè ſequẽs, ubi ſi pe
tatur uia prius, deinde fundus, non nocebit exce
ptio, qđ præiudicium fiat fundo, & ſic pugnant.
text. met ſoluit illud ideo eſſe quia diuerſa ſunt
corpora, replicatur diuerſa eſſe etiam in d.l.fun
dum, & nihilominus præiudicium facit.

Sol.non ſunt tñ ibi reſtitutionum cauſæ di-
ſpares, ut in d.l.ſed ſi ante, ubi hoc addit Iurecõ.
quia abſolutoria à uia non pareret excepe.rei iu-
dic.ad fundum, ex quo poteſt eſſe quod uia non
debeatur, & tñ debeatur fundus, e contra uerò
ſic, quia ſi non debetur fundus, nõ debebit con
ſequenter uia ad fundum.d.l.fundum.& not.qđ
uiam corpus appellat Iureconſ.in d.l.ſed ſi ante,
& male, quoniam nulla ſeruitus eſt corporalis.
l.ſeruitutes.ff.de ſeru.gl.igitur ibi exponit, cor-
pus, id eſt rẽ, & rurſum malè rõne ꝑdicta. tu igiẽ
rñde, qđ ſermonis cõiũcti neceſsitas (fundus.n.
corpus eſt) excuſat Iurecon.improprie loquẽtẽ.

Ob.ẽt tex.d.l.fundi, dũ dicit qđ petendo fun-
dum, non poſſum petere fructus, qđ habeẽ in l.1
in §.ex die.ff.de ui & ui arm. & in l. item ueniũt.
in §.fructus.ff.de pe.hær.& in l.Aediles, in §.itẽ
ſciendum. ff.de ædi.ædi.ubi in eodem libello &
fundus & fructus peti poſſunt. Bar.in l.ex diuer
ſo. in §.ubi autem.ff.de rei uen.latè.

Sol.pñt peti eadem actione, & ita iura iſta lo-
quunẽ, ſed non diuerſa, maximè quia põt eſſe qđ
abſolutoria in una pariat excep.rei iudi. in alia,
& ita loquatur tex.in d.l.fundi.Bonon.in c.gra-
uis. nu.49.& 50.de reſt.ſpo.

Obſt.ẽt qa glo.non dicit quod poſsibile ſit,
ſed qđ parit excep.rei iudic. Sol.Bart.caſtiga
tius

tins loquutus eſt, ex quo poſſet etiam cōdemna
ri, ſi actor probaſſet id, quod eſt fundamentum
ſuæ intētionis iuxta no. in l. in illa. ff. de uer. obl.

Obſt. ultimo, quia uidetur, qđ d. iura fundent
ſe in exceptione præiudiciali. ſicuti enim actio-
nes ſunt huiuſmodi. §. præiudicia eſ. Inſti. de ac.
ita ēt ſunt exceptiones, & de materia aliàs infra,
& in l. per minorem. ff. de iudi. & in l. q de inoffi
cioſo. ff. de inof. teſt. Sol. hoc nihil aliud eſt dice-
re, niſi quod abſolutoria ī una poterit parere ex
ceptionem rei iudicatæ in alia.

Additio 31.

Ad ſecundam regulam, dum dicit Bar. quod
prohibetur cumulatio, quādo ſunt plures actio
36 nes, † & electione unius altera tollitur, & opti-
me probatur in iuribus per eum alleg. hoc eſt in
l. fi. C. de codi. & in l. quod in hæredem. in §. eli-
gere. ff. de tribut. & in l. cum filius. in §. uariis ff.
de lega. ſecundo.

Adde rationem, quia non debet in incerto ua
gari cum ſui aduerſarii diſcrimine, ut dicit ad li
teram tex. in c. ut quis duas. de elect. in 6. & in ſi-
mili Iurecon. in l. prætor edixit. in prin. ff. de in-
iu. & dic ſecđo qđ ſi copulatiuè ꝓponanť, actor
cogitur dicta ratione eligere: ſi uerò alternati-
uè, & ſit de facto certus ideſt, ſi uerò incertus nō
cogetur. l. 1. §. 1. ff. quo. leg. Bar. infra, nu. 18. Spe
cu. in §. ſequitur. nu. 9. de acto.

Tertiò adde in delictis, quando unum eſt fa-
ctum idem titulus criminis, & plures agēdi for-
mulæ, quia una electa altera tollitur ſm Bart. in
l. 1. in §. unde quæritur. nu. 3. ff. de publi. & pro-
batur in l. 3. in §. fi. ff. nau. caup. ſta.

Quartò adde in exceptionibus fore ſecus. l. is
q dicit. ff. de excep. l. nemo ex his. in prin. ff. de re
gu. iu. exemplum, ſi dicat ſe nō teneri, uel ſoluiſ
ſe, uel non occidiſſe: aut ſic, ad ſui defenſionem.
vel dic etiam in exceptionibus idem ſi omni ca-
ſu ſint contrariæ. qa tunc cogeretur eligere, ex
quo duo contraria ſimul ſtare non pūt. l. ubi re
pugnantia. ff. de reg. iu. no. in d. l. nemo.

Quintò idem qđ in iudiciis & actionibus, ad-
das, fore ēt in ultimis uolun. l. ſerui electione. in
prin. ff de leg. 1. & ibi etiam Bal. notat.

Vltimò adde, quamuis à principio quis poſ-
ſit agere ad pœnam & ad īntereſſe, qđ ſi eligat pri
mum, non ꝑpea prohibebiť poſtea agere ad īte-
reſſe. l. prędia. ff. de act. emp. & ſic contra reg. for
te, qa hæc non ſunt de illis actionibus, quæ ele-
ctione tolluntur. vel quia aliud eſt pœna aliud
intereſſe, ut inquit Bar. in l. ſi ſic. ff. de uer. obli.
nō q̄ alibi dicat pœnam, eſſe intereſſe extrinſecū, ī
l. ſi pœnam. ff. eo. & liquet ex eo, quia diuerſa ha
bent nomina. l. ſi idem. C. de cod. & diffinitiones
l. 2. C. de iure emph. & qa pœna ſemel cōmittiť,
intereſſe ſæpius: uel quia in intereſſe plus erat q̄
in pœna, & hæc eſt uera reſponſio.

Vèrum adhuc aliqua obſtare uidentur, & pri
mo, quia ſi una electa altera tollitur, uana prorſus dubitatio uidetur an cumulatio fieri poſſit?
quia certum eſt, qđ nemo ſine actione experitur
l. ſi pupilli. §. uideamus. ff. de nego. geſt. & quod
non eſt, cumulari non poteſt, l. eius qui in ꝓuin
cia. ff. ſi cer. pet. Sol. à principio non erat ſublata,
& poterat intentari, igitur non inutilis dubita-
tio. d. l. fi. C. de codi. & ita tranſit etiam Dec. Se-
ni. hic. imò quod ſententia lata pro agēte ualet,
etiam quod ſine actione petat & experiatur, ut ꝑ
Alex. in l. ubi pactum. col. pe. C. de tranſac. & ui-
detur caſus in l. cum putarem. ff. fam. erc.

Secundò magis urget, quia in iuribus ꝑ Bart.
alle. ideo electa una tollitur altera, neq; poſſunt
cumulari, quia ſunt contraria, nam in d. l. fi. age-
re tanquàm hæres ex teſtamento, & ex codicillis
ab inteſtato repugnat, & ita in d. §. quod in hære
dem, agere de peculio & tributoria, quia dedu-
cit dominus primo caſu quod ſibi debetur, ſecū
dò uerò non. nec aliter in §. uariis, quia agendo
reali dicit ſe dominum, ex teſtamento uerò nō,
ergo reg. 3. Bar. ſuperflua.

Sol. pendet ab infradicendis, quando origine
ſunt contrariæ uel exercitio. interim declara qđ
d. regul. 3. non eſt ſuperflua, ex quo ibi cumula-
tio impeditur ratione contrarietatis, hic ratio-
ne electionis, & ut dixi ſupra ne actor cum ip-
ſius rei diſcrimine uagetur, & ut infra latius.

Tertiò urget quod & hæc regu. ſuperflua ſit,
quoniam in d. iuribus, prima uerificari poteſt,
quod abſolutoria in una pariat exceptio. rei
iudicatæ in alia, ut hic per Deci. Imo. ante eum
in d. §. uariis, in fi.

Pro cuius argum. ſolu. multa etiam dici poſ-
ſent: ſed placet quicquid dixerimus aliàs, ſic in
præſentiarum reſpondere, quod non in hoc ſe
fundat lex ubique, imò quod dictis caſibus, exce
ptio doli potius obiicitur, quod declarat Odo-
fred. in d. l. fi. colum. 2. nec prætextu contrarieta
tis cumulationem impediri, ſed quia una electa
altera tollitur, & ut dicit Imo. ita ſtatutum eſ-
ſe, ut cumulari non poſſint, in dicto §. uariis,
ad finem.

Additio 32.

37 Circa tertiam regul. Dyn. † quod prohibita
ſit cumulatio ratione contrarietatis. l. prima. C.
de furt. l. cum qui. l. contra maiores. C. de inoffi.
teſtamen. inquit hic Barto. dubitando, quod iſta
non eſt noua regula, ex quo eſt de his, quæ ele-
ctione tolluntur ut ſupra, patet in l. fin. C. de co
dic. & in dicto §. eligere, & in dicto §. uariis. imò
quod text. mee in dict. l. 1. C. de fur. pro regu. al-
legatus dicit, eligere debes, utrum furti uel man
dati potius inferre debeas. & ita illum inducit
& intelligit Bald. in cap. ueniens, colum. tertia,
de præſcrip.

Poſtea reſoluit, qđ q̄ origine ſunt contrariæ,
electione non tolluntur, & ita loquatur regu. hæc, &
iura ꝑ Bar. alleg. ex quo una eſt iſta uel illa. l. cū
illud. §. qñ di. leg. ced. ubi caſus clarus. aliàs ſi cō

trariæ fuerint exercitio, ſecus, quia tunc cū ſint plures, habebit locum electio. 10

Quam ſolu. impugnat Deci. quia cumulatio ſemper conſiderari videtur ratione exercitii, igitur adhuc militabit obiectum, quod electione tollantur, & eſt uerum, nec poteſt reſponderi ad tex. in d. l. 1. C. de ſur. & quia bene unum eſt lege tum in d. l. cum illud, ſed non una actio in d. l. 1. & in d. l. cum qui, & in l. contra maiores. de inof. teſtam. dici igitur poſſet forte ſic, quod licet à principio eligatur qua actione experiatur, ſi ſuc cumbat, nō propterea prohibitus eſt, quominus ad aliam reuertatur in iuribus per Bar. alleg. arg. in l. 1. in §. ſi. ſi fa. fur. ſe. di. de quo infra in ſeq. re gu. in his autem, quæ electione tolluntur ſic. p̄alleg. §. eligere. ibi, ſciat ſibi regreſſum ad aliam non futurum. cogita.

Additio 33.

38 Circa quartam reg. Bar. hic, † dum alleg. tex. in l. 1. in §. ſi. ff. ſi fa. fur. ſe. di. quod ſi duæ actiōes ſic ſe habeant, ut una propoſita & ſequuta condemnatione ac executione facta, contingat liberatio ab alia, cumulatio fieri non poterit, & eſt exemplum ut ibi, ſi contra dūm pro furto facto à ſeruo, puta Titio dño ignorante, quod non poterit agi pro furto facto ab alio ſeruo, puta Seio, & ſic actiones cumulari, ſed expectari euētus, & interim iudicium pendebit, quia ſi actori à domino ſatisfactum fuerit ex condemnatione iudicis, iam non erit alia actio contra alios ſeruos intentanda, eritq; dñs liberatus, aliàs non, ſi ſciente dño furtum commiſſum ſit, & cōtra alios agi poterit, ut ibi, & ut in l. ſi familia, latius. ff. de iuriſd. omn. iud.

Sed difficultatem moueo, quomodo iudiciū poſſit ſtare in pendenti, contra text. in l. non quē admodum. ff. de iud. Item non uideo quomodo futurus euentus ſpectandus ſit, ex quo tractus

39 † futuri temporis non ſpectant ad iudicem. l. 1. ff. de uſu. maximè quia eius officium conqeſcit poſt ſententiam. l. 4. C. de po. Bal. in c. cum olim. de offic. deleg.

Sol. non ſtat in pendenti, ſi diceret ... r teneat iudicium hoc, ſi nauis e ... ſia uenerit, in ca ... aūt d. l. 1. ſic ratione prædicta, & maximè quia nominatim ita ibi cauetur, declarat Bald. conſil. 195. col. pe. nol. 2. d. l. 1. ff. de uſu. vel dic regu. quod tractus futuri temporis non ſpectant ad iudicē, fallere hoc caſu, ſicuti & aliis multis, de quibus in d. l. 1. uel quod non ſpectent ad iudicem gratia iuris futuri. d. l. non quemadmodum, ſed præſentis ſic, ut hic, & in caſu d. l. 1. ſi fa. fur. ſe. di. & ut latius per Odof. in d. l. 1. ff. de uſu. ad fi. & in l. 1. col. 2. C. de fideicom. per illum tex. ubi alimenta futura petuntur gratia iuris de præſenti.

Additio 34.

Mirum uidetur, quod Bar. has regulas ita appellet, quia ſi cumulatio regulariter p̄miſſa eſt, niſi prohibita reperiatur, vt paulo ſupra dicit nu me. 14. & his caſibus prohibeatur, dici debuerāt potius exceptiones, q̄ regulæ ſeſe opponunt ſp. licet ſint de eodem facto, l. 1. ff. de reg. in. Bald. in l. item quæritur. in §. 1. colum. 2. ff. loca. quàm regulæ. cogita.

Additio 35.

40 In primo genere † cumulationum, dicit Bar. hic, n. 16. ſi actiones ſint diuerſæ ex diuerſis cauſis cōpetentes, & ſe nullo modo tangentes, q̄d admittitur cumulatio, adducit tex. in l. ſi idē cū eodem. ff. de iur. om. iu. q̄ lex in princ. contrariū probare uidetur, ideo dic q̄d probat in fi. ex quo principium uerum eſt, coaceruationem ſummarum fieri non potuiſſe, q̄a excedebat iuriſdictionem eius apud quē agebat, ſed pluribus actionibus agi potuiſſe, quarum ſingularū quantitas eſſet intra iuriſdictionem iudicantis, ex ſententia Offilii & Proculi, ſed Caſsius & Pegaſus contrarium dicunt, q̄d imò coaceruatio fieri poſsit, & ea rōne non cognoſcat iudex apud quem agitur quia limitatam habet iuriſdictionem, & ideo allegatur ad hoc, quod opinio ultima aliis relatis tenenda eſt. l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Treb. Vel & aliter dicas quod imò probet in princ. q̄a regulariter fit cumulatio & coaceruatio, ſed nō ibi, ex quo agebat de iuriſdictione iudicis excludenda, q̄d odioſum eſt. l. ſi plures. §. pe. & ſi. ff. de pac. vnde ſi ſtatutum dicat q̄d bannitus in centū poſſit impune occidi, & quis ſit bannitus una uice in 50. alia in aliis 50. non ſit cumulatio ut poſſit impunè occidi. l. ſi fideiuſſor. & ibi Bart. ff. de ſol. Iaſ. & alii i d. l. ſi idem cum eodem. in prin. Bal. in l. nam & ſi ſur. in §. ſi. ff. ... cer. pet. latè Alexan. conſi. 134. colum. 1. & 2. uolum. 4. & clarius conſi. 113. col. 2. nol. 5.

Secūdò ad idem adducit tex. Bart. in l. ſi. C. de anna. excep. ubi ad līam dicit, q̄d ſi q̄s habeat debitorem obnoxium ex multis cauſis eūq; uocauerit ad iudicium, q̄d libellus ualebit ēt q̄d unā tm̄ expreſſerit, uel nullius mentionē fecerit ſed iudicio meo non probat, q̄a de cumulatione ibi uerbum nullum, & iam dictū eſt ſuo loco quod loquatur de libello obſcuro ac generali, quodq; ualet ſi non opponatur à parte.

* Tertiò (ut dicūt * oēs) eſt tex. pro iſto gn̄e in l. cum fundū. in §. ſi. ff. de ui & ui ar. ubi uendicauit fundū, dicit tex. q̄d potero agere ēt īterdicto uñ ui, pēd. iud. & ſic duo hęc remedia cumulare.

Sed quomodo erit cumulatio, ſi iam uendicauit fundū? ut tex. met dicit. Reſponde, quod ponatur tempus præteritum pro præſenti. l. ſi poſſidonium. ubi gl. magiſtra. C. ex q̄b. cau. infa. irro. unde non ab re dicit pendente īudicio.

Sed rurſum quare exponit gl. interdicto unde ui. cum tamen titulus ſit de ui & ui arm.?

Solu. idem eſt. imò quod præciſe erant uerba in edicto prætoria, unde ui deiectus es, te reſtituam. & eſt poſſeſſorium recuperandæ, q̄d cum petitorio nihil habet cōe, igitur nimirum ſi pōt cumu-

cumulari. Intentatur plerunq; etiam remedium
c. reintegrãda. 3. q. 1. quod datur antiquiori poſ
ſeſſori, qui ſine iuſta cauſa cecidit à poſſeſsione
ſua, & ad alium uitioſè peruenit, & ut latè dixi
in dialo. 114. lib. 6.

Verum cõtra, quia actio criminalis & ciuilis
ſunt diuerſæ, ex diuerſis cauſis prouenientes, ſeq;
inuicem non contingentes, & tamen non cumu
lantur. l. fi. C. de ord. iudi. & idem dico de uia &
fundo, quod diuerſa ſunt, ex diuerſis cauſis pro
uenientia, & tamen non cumulantur. l. fundum.
l. ſundi. ff. de excep. & idem in petitorio & poſſeſ
ſorio, in actione ad exhibendum, & rei uendica
tione. l. naturaliter. §. nihil cõe. ff. de acqu. poſſ. l.
ordinarii. C. de rei uen. l. incerti, C. de interdic.

Sol. non cumulantur, quia obſtant (inqt Bar.)
regulæ prohibitiuæ, de quibus ſupra, maioritas,
exceptio, & ordo, & ut per eum fuſius.

Sed adhuc inſtatur quo ad dictum de actione
criminali & ciuili, & uidetur, quod imò poſsint
cumulari. l. rerum amotarum actio. ff. de ac. rer.
amo. ubi actio rerum amotarum quæ datur con
tra mulierem loco actionis turpis & infamantis
remotæ ĩ honorem matrimonii, & quia uxor eſt
quodammodo domina ẽt uiuente marito. l. 1. l.
2. ff. eo. arg. in l. non debet. ff. de dolo. & actio de
adulterio ſunt diuerſæ, & ex diuerſis cauſis pro-
uenientes, & tñ (ut ibi dicitur) cumulantur.

Pro ſol. Bar. ad ibi dicta ſe remittit, ubi reſpõ
det, quod ideo fit cumulatio, quia non ſunt præ
iudiciales, id eſt quia una nõ facit præiudicium
alteri, ut in d. l. fi. C. de ord. iud. d. l. fundum. & l.
fundi. ff. de excep. Solebam ego aliàs dicere, id eſ
ſe, quia inciderat adulterium, uel amotio, & ra-
tione incidentiæ permiſſa ſit, arg. in l. nullum. C.
de teſti. & in l. quotiens. C. de iud. vel & aliter cũ
non agatur actione rerum amotarũ, niſi poſt di-
uortium, & ſuſpitio ſit ne diuerterit ea de cauſa
odio ipſius inductum ſit id, ut dictæ actiones cu
mulentur, ſicuti ècontra ne fiat coaceruatio in
l. ſi idem cum eodem. in prin. ff. de iuriſd. om. iu
di. quia agebatur de excluſione iuriſdictionis iu
dicantis. cogita tamen quia neſcio tibi pro nũc
aliter dicere.

Obſt. ẽt contra Bar. dũ dicit, qđ petitorium &
poſſeſſoriũ non pñt cumulari, tex. in d. l. cũ fun-
dũ, in §. fi. ff. de ui & ui ar. induxi ſup. nec repeto.

Sol. facilis eſt, Bar. loquitur in poſſeſſorio re-
tinendæ, tex. in d. §. fin. in poſſeſſorio recuperan-
dę. illo enim caſu eſſet ſibi contrarius, quia rea-
lis præſupponit poſſeſsionem ex parte rei con-
uenti, quod in poſſeſſorio retinendæ non eſ-
ſet in poſſeſſorio recuperandæ ſecus, ergo non
obſtabit, & ſic iura iuribus concordabuntur. l.
1. C. de inoffi. dot. c. cum expediat, de elec. in
6. vel & melius, ut ibi per gl. fi. in fi. & uidetur ue
rus ſenſus, quod imò cumulatio non fiat.

Additio 36.

Dum Bar. hic ĩ iſto primo genere cumulatio
nis, dubitat qñ fit an duo ſint libelli, uel unus.
41 † Adde non inutilem fore diſputationem pp
gabellas, ut paulo ſupra dixit in materia emẽda-
tionis, nu. 4. Bal. in ſimili in l. cum dotem. in fin.
C. de iu. do. Vel pp ſolutionem, quæ notario fie
ri debet, ut in ſimili per Bal. met in l. 1. ad fi. ff. de
teſta. & dum concludit primò ſi ſint actiones nu
mero & ſpecie differentes, qđ cumulatio fiet in
diuerſis libellis, minus recte dictum uidetur, nã
in l. ſi idem cum eodẽ. ff. de iur. om. iu. ſunt actio
nes ſpecie & numero differentes, & tñ in eodem
libello cumulantur dũmodo non agatur de iu-
riſdictione iudicis excludenda, ut dixi inducẽdo
illum tex. ſupra, & idem in l. cum fundũ. in §. fin.
ff. de ui & ui ar. & clarius in c. paſtoralis, de cauſ.
poſſ. & propr.

Solu. licet libellus materialis unus ſit, attenta
forma tamen ſunt plures, quæ debet attendi, &
tota uis ipſius in concluſione conſiſtit, ut not. in
l. 1. ff. eo. Bal. in l. non debet. ff. de dolo. Inn. in c.
ſuper literis, de reſcr. & in materia emendationis
fuit dictum ſupra, poſt eundem Bar. nu. 2. & hãc
ſol. ſenſit etiã paulo infra. imò qđ conſtat ex ma
iore, minore, & concl. ut dicit idem adhuc in l. ſi
prius. nu. 13. ff. de no. ope. nun.

Aliter Bal. in rub. de iud. lect. 1. in fi. qđ radi-
ces libellorum ſunt cauſæ, formæ, concluſiones,
& concluſio deniq; ultimus finis.

Et idem aliqui in ſimili in l. imperium. ff. de
iuriſd. om. iud. qđ licet uerbum gladius, de mate
riali cõiter intelligatur, ibi tamen poteſt intelli-
gi etiam de intellectuali. & idem de menſa in l.
cum pater. in §. menſe. ff. de leg. 2. multa Paul. Ca
ſtr. conſi. 285. nu. 4. uol. 1.

Et hinc eſt, quod uerba ſemper intelligenda
ſunt prout habent effectum iuris non facti, for-
maliter & non materialiter.

Vel & melius, quod ubi proferuntur in mate
ria proportionabili intellectui iuris & facti, ſem
per intelliguntur de iure, ſecus ſi in materia, in
qua non poſsit proportionari intellectui iuris;
puta quod presbyter matrimonium contrahat,
uel quod quis habeat duas uxores, nã iſtud de iu
re eſſe non põt, ergo intelligetur de facto: ſed di
cta hic de libello, intelligi poſſunt de iure & de
facto, formaliter & materialiter, ergo illo modo
non iſto intelligentur. ita Abb. in c. nuper, in 1.
no. de big. & idem quod hic, dixit ẽt Bart. infra, ĩ
4. genere cumulationis. ad fi.

Secundò concludit ſi plures ſint actiones nu
mero tantum differentes non ſpecie, qđ una tan
42 tum erit actio, † & quod in eodem libello pote-
rit fieri cumulatio, & adhuc malè: nam ſi una eſt
actio, quomodo iſto caſu de cumulatione agi
poteſt, l. cum illud. ff. quan. di. lega. ced. alleg. per
eum ſupra, in tertia reg.

Sol. cùm myſterio dixit unam concluſio. fore,
unumq; iudicium, & non actionem, ideo cũ a-
ctiones eſſent plures, numero tñ differẽtes, licet

non ſpecie, cumulari dicentur, ut in iuribus per ipſum alleg. id eſt in l.hæredes. in §.de pluribus, ff.fam.erciſ.& in l.ſi fratres (corruptò allegat l. cum duobus) in §.ſi plures.ff.pro ſo. & in l.non eſt nouum.ff.de act.emp.& ſic non obſt. qđ dici tur de legato in d.l.cum illud.

Additio 37.

Ad ſupradicta de libello quod debet intelli-
43 gi, prout eſt iuris, nō pro materiali charta, † declarat Bar.met etiam ab omnibus citatus in l.libellorum.in §.ſed ſi aliud.ff.de accuſ.

Adde uerū eſſe, niſi aliter ſe habeat cōis uſus loquendi, intellige peritorum & imperitorum, quia ſi imperitorum tantum, non attenderetur, ex quo uanę uoces populi non ſunt exaudiēdæ. c.Olius.de elect.l.Decurionum.C.de pœn. aliàs ſic, & præfertur proprię ſignificationi.l.librorū. §.quid tamen Caſsius.ff.de leg.3.

Tribus etiam concurrentibus ad idem, uel quod probetur, ut per Bartol.in l.Labeo. ff.de ſup.leg.uel quod notorius ſit & allegetur.clem. appellanti.de app.l.ſi adulterium cum incellu.§. idem Pollioni.ff.ad legem Iul.de adulte. uel qđ ita Illuſtres Doct.atteſtentur, ut inquit Cur.Seni.conſi.74.col.27.

Additio 38.

Bart.hic, nu.18.format urgentiſsimam oppoſitionem, quæ potuit formari etiam in primo genere cumulationis, & etiam in prima regula prohibitiua, de §.ſed neque. in Authen. de fideiuſſ.
44 † ubi actio perſonalis & hypothecaria, adeo ſe contingunt, ut abſolutoria lata in una pariat exceptionem rei iudicatæ in alia, & tamen cumulā tur qua de re. ſolutio inueſtiganda eſt, ſed primum ſcias quod hypotheca, unde poſtea hypothecaria actio naſcitur, propriè eſt res obligata creditori, nō uendita aliter nec tradita, ad pignoris differentiam, ex quo pignus inde à pugno dictum eſt, & conſiſtit potiſsimum in re mobili. l. ſi rem alienam.§.propriè.ff.de pig.act. Bart.in l. creditor.nu.1.ff.de diſtrac.pig.l.plebs.§.pignus. ff.de uerb.ſignifi. Antiqui pignus arrabonem appellabant ab arrarum nomine, quæ dabantur in contractu emptionis & uēditionis, & de quibus in §.in his, Inſti.de empt.& uend. poſtea (ut inquit Gel.lib. 17.c.2.) in ſordidis uerbis haberi cęptum eſt.

Secundò ſcias, quod hypothecaria actio, quia ſuper re conſtituitur, eſt ius ſiue actio realis, qa non obligatur perſona debitoris, ſed res.l.eos. C.qui potio.in pig.hab.quanquam aliquid perſonalitatis habere dicatur, ut per glo. in l.ſi tibi. in §.de pignore.ff.de pact.Bald.conſi.485.ad finem.uolum.1.

Tertiò ſcias (& nunc præcedens dictum declaro) quod ī hypothecaria adhuc duæ ſunt cauſæ, una remota, alia proxima: remota eſt pactū, conuentio, & obligatio, quam facit debitor creditori, proxima uerò, ius quod in re cōſtituitur. primo caſu perſonalis eſt, d.§.de pignore. ſecundo realis.d.l.eos.Bart.in d.l.pignoris. C.de pig. quomodo autem in ea concludatur declarat idē Bartol.in præalleg.l.rem alienam. numer.12.ff. de pigno. act.

45 Modo ad contrarium redeundo, † primo ſoluebat Dy.in reg.nullus pluribus.de reg.iu.in 6. quod ibi loqtur de cumulatione, quæ fit ab initio, non de ea, quæ fit qſi una poſt aliam proponitur, ut in materia noſtra.

Quæ ſol.non eſt bona, & dicit Bart. confundi per tex.in l.fundum.& in l.fundi. ff.de exceptio. Dico ego aliter quod diuerſificantur caſus, & non aſsignatur ratio diuerſitatis & malè.l.ſi libertus minorem.ff.de iu.pat.arg.in l.filium quē habentem. ubi glo.C.fam.erciſ. ubi non eſt ſatis dicere, eſt ſpeciale, niſi aſsignetur quoque ſpecialitatis ratio, præterquam tamen in dote & in mutuo, ut no.in l.1.ff.ſol.mat. & in l.ſingularia. ff.ſi cer.pe.& ad idem (& hoc eſt fortè quod uoluit dicere Bart.) quod ratio illa generalis, qđ abſolutoria lata in una parit exceptionem rei iudicatæ in alia, cumulationem impedire debet, uel fiat ex poſt facto, uel ab initio.l.regula.§.& licet.ff.de iur.& fac.igno.

Secundò ſoluit Petr.& Cyn. quod illud ideo permittitur, quia hypothecaria, eſt acceſſoria pſonalis actionis, quod etiam tradit Barto. in l.1. in princ.ff.de Saluia. interdi.ſed acceſſorium ſine ſuo principali ſtare non poteſt.capit.acceſſorium.de regul.iur.in 6. l.cum principalis. ff.eodem titu. ergo.

Sol.adhuc non tuta, ut dicit idem Bar.quia ēt fructus ſunt acceſſorij fundo, & tamen cumulatio non admittitur.d.l.fundi, & ſic data inſtantia corruit argum.c.ſicut urgeri.1.q.1.§.pauonum, I..lti.de re.di. conſiderando terminos pares, & ſic in materia, aliàs inſtantia bona non eſſet, ut not.in c.conſtitutus.de app.Galliau. in l.centurio.colum.37.de uulg.& pup.ſubſti. quia ſicuti hypothecaria non poteſt ſine ſuo principali conſiſtere, ita non conſiſtunt fructus abſq; fundo. longe mel us fuiſſet dicere, quanquam ſit acceſſoria, quod non propterea cumulatio admitti debet dicto caſu, ex quo abſolutoria in principali obſtat agenti in acceſſorio.l.ſi deferente. ff.de pigno. & ſic ſemper regula prohibitiua obſtare uidetur.

Tertiò ſoluit Bart.ſic, grauatus in uno debet in alio releuari.l.eum qui.ff.de iureiurā. ſed ius anthēticorum actorem ſeu creditorem grauat, prius agat contra debitorem, antequam conueniat poſſeſſores bonorum. igitur uidetur noluiſſe eum in alio releuare, ne exactionem nimium differat, ut perſonalem & hypothecariam ſimul intentet. Pro qua ſol.adde tu tex.in l.1. in prin. ff.de ſuc.edic.ibi, ne creditoribus longior mora fieret, nec iſta ſubſiſtit, primo contra illum text. dicentem id iamdudum ſtatutum fuiſſe, ergo nō

iure

iure authẽticorum nouiſsimo.l.dudum.C.de cõtrahen.emp.& ita etiam Dec.tranſit. & quia dicit rurſum tex.quod cumulantur,ſi actor uoluerit,ergo non legis diſpoſitione. & qnia ſi ea rõne creditori conſultum fuiſſet, ne diu differant agere, cumulatio etiam aliis caſibus deberet eſſe permiſſa, quibus tameu ratione prædicta p o-hibita eſt.

Quartò ſoluit Bald.& Alexan.quod ideo pee miſſa eſt eumnlatio dicto caſu,qnia actiones ipſę perſonalis & hypothecaria tendunt ad eũdem effectum. Quam ſol.impugnat Dee.per tex.in d.l.ſi deferente.ff.quib.mod.pig.uel hypo.ſol.allega.hic per Bar.uidetur etiam mihi quod ſit contra tex.in l.1.in §.quia autem,per loeum à ſpeciali.ff.quor.lega.Alii aliter, Pau.Caſt.Socin.& cæteri quos non refert, quia non ſine periculo loquuntur.

Quintò & ultimò dicebam ego aliàs,poſſe reſponderi,quod cum ad hypothecariam non poſſit peruenire ereditor,niſi debitor ſit in mora.l.debitores.C.de pign.moroſusq; ſuri æqniparetur.l.inter ſtipulantem.§.pen.ff.de uerb.obli.& contra ſurem omnes actiones degenerent. l.ſcire debemus.§.ſi à ſure.ff.de uerb.obl. non ab re eſt,ſi contra debitorem hie contra regulas cumulantur,dummodo creditor uelit,duæ iſtę, pſonalis ſcilicet & hypotheearia, atque in caſu d.§.ſed neque.deq; materia multa Gui.Pap.deciſ.108.& Boer.deciſio.334.part.2. uel & nouiſsime præter alias dicta, quod contra regulas prohibitiuas cumulentur dicto caſu, ex quo mercenaria actio eſt hypothecaria,deſeruiens perſonali,non ſecus ac ſeruus domino, ut inquit Bal.in rub.de offi.iud.col.2. in reliquis maximè quando non eſt oppoſitum,& proceſſum uſq; ad ſententiam,ſuper actione eumulata, an requiratur iuramentum calumnię,& ſi dictum ſit in libello ſaluo mihi iure addendi & minuendi, qnid importet,Barto.nume.23.24.& 30. elare loquitur ſere repetendo in multis, quæ dicta ſuerunt ſupra,ideo dic ut per eum, & ut dixi aliàs latè in aliis lect. qa pro nunc finem facio. die 8.Martii. 1559.Patauii. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Lex ſi.C.de edẽ.pluribus legitur modis, ſed primus intellectus com.& uerus.*

2 *Reus quando actori teneatur ad intentionem fundandam rationes edere actori.*

3 *Actor inſtructus ad iudicium uenire debet.*

4 *Replicatio quo ad quid ſit eiuſdem natura quòd eſt actio.*

5 *Replicatio eſt exceptio.*

6 *Excommunicationis exceptionem opponens, ſi petat excommunicationis inſtrumentum ſibi edi nõ auditur, nec in alia exceptione criminoſa, nu.7.*

8 *Probatio nulla maior, quam ea quæ ſit per partis confeſsionem.*

9 *Compenſationis exceptionem opponens, non auditur, ſi petat ſibi rationes edi ad ĩtẽtionẽ fundãdã.*

10 *Alexander uocat diuum Antoninũ pium patrem, quia fuit conſecratus,& inter diuos relatus.*

11 *Alexander prius nomine Alexianus, qui adoptione erat Antonini filius.*

12 *Reus edere tenetur actori ad intentionem fundandam, quando pia cauſa eſt actrix.*

13 *Actor tenetur reo edere ad exceptionem fundandam, ſed fallit ſi reſultaret criminis manifeſtatio.*

Scholia ad l. ſi. C. de edend.

¶Imp. Alexander A. Floro.

1 L. Fin. Et quæ à diuo.] Hæc lex (ut atteſtatur Bar.) legitur tribns modis. Primò † ſecundum Io.quòd non ſit differentia intee inſtrumenta & rationes,& benè,ex quo regulare eſt, quòd appellatione inſtrumentorum ueniant & comprehendantur.l.notionem.§.inſtrumentorum.ff.de nerb.ſign.l.1.ff.de fid.inſtr. ſed quòd bene fiat differentia inter actorem & reũ, ex quo reo eduntur ad exceptionem fundandã, actori autem non,niſi ad probandam replicationem,& concordabuntur leges,quę inuicem contrariari uidebãtur,duæ Antonini.l.s.ſeilicet,& l.qui accuſare,& lex,nõ eſt nouum, ac l.iuſtum, quæ ſunt Alexandri.& iſte intellectus eſt uerns, * tenetur * communiter, & ab omnibus eſt approbatus.

Secundò legitur aliter, qnòd imo differentia ſit inter rationes & inſtrumenta: patet, quia in princ.loquitur in rationibus,in fine uerò in inſtrumentis, & ꝙ æqualitas inter actorem & reũ ſeruari debeat in rationibus,cum ſint communes.l.ſi qnis ex argentariis.§.rationem.ff.eod.nt ab utroque edantur, inſtrumenta uerò ntilitatẽ creditoris,uel debitoris continentia,numerationem ſcilicet, qno ad creditorem,ſolutionem autem reſpectu debitoris, non. Et ſuit intellectus Azo.reprobatus,per iſtum tex.ibi, multnm interſit,aliàs exponeretur multum,id eſt nihil,qđ dictu abſurdum eſt. & quia ll. contrarias non concordaret,ut hic per Iaſ.quamuis nitatur Barto.ipſum tutari.

Tertiò legitur ſimplieiter,ut prius,ſed non ꝙ reus edat actori, ad replicationem probandam. & iſte fuit intellectus Pet.de Bellapert.idemq́ne Cy.& Gul.de Cu.tennerunt,nt hic per Bart.nec iſte etiam reeeptus eſt.

2 Dnbirandi ratio † (ſummatur enim, ut per Bar.& diniſione aliàs facilis eſt) eſſe potuit,reũ teneri,& eſſe obligatum etiam ad intentionem fundandam,actori edere,quia uidetur caſus clarus in l.1.in §.edenda.ff.de eden.Bar.hie,ſed gl. ante eum,in l.qui accnſare.C.eo.

Sol.ut ubique declaratur,iſtud eſt uerum, ex

quo

quo reus,uel rationibus, uel inſtrumentis uſu-
rus erat,ut text.met ibidem dicit,& cum incidē-
ter,non principaliter edi petuntur,ut per eundē
Bar.in l.1.in pe.col.ff.de iuriſd.om.iud.

Secunda dubitandi ratio eſſe potuit,quia dire
cto hoc idem dici uidetur in l. qui concubinam,
in §.cum ita.2.ff.de leg.3.& in l.prædiis. in §.Ti
tio.ff.eo.ubi legatario agēti,reua idē hæres. l.t.
ff.quo.leg.tenetur edere rationea teſtatoris, cui
ſucceſsit,& inſtrumenta emptionum, de quo ēt
in l.ſi legatum.ff.de eden.

Solu.illud eſt etiam utrobique dictum, & à
Iureconſulto de iſum,ſecundum Bart.& decla
rat Abb.in c.1.colum.3.de prob.non ad originē
petitionis fundādam,quia text.hic refragaretur,
& in l.1.& in l.qui accuſare,ſupra eo.ſed ad fun
datam coadiuuandam, & text.met etiam tollere
obiectum uidetur,tam in d.§.Titio,quàm etiam
in d.§.cum ita, ex quo teſtator ipſe ſe ad ratio-
nes ſuas, & inſtrumenta,retulit cum legatū de-
beatur, & dubium non ſit. & facit quod dicit
Bar.in l.cum quis,in §.codicillis.ff.eo. & ad ſol.
primam,tex.per Doct.alleg.in l.ſi donatæ, in §.
ſi ſponſus.ff.de donat.inter uirum & uxor.Bald.
in c.1.de fid.inſtrumē.uterque Deci.hic, & ante
eos Saly.colum.3.

Tertia dubitādi ratio eſſe potuit,quia ſi tutor
tenetur edere reo (quod admittunt omnes, ut
hic,in princ.& in l.non eſt nouum, & in l.iuſtū.
ſupra eod.& in l.diſſolute.C.de condic.ſi.cau. &
in l.qui tabulas.ff.de fur.) non eſt ratio, cur non
debeat etiam edi actori à reo primo, quia ſunt
correlatiua.l.1.& ibi Bart.nu.3.C.ne li.po.l.fin.
C.de indic.uid.toll. Secundò, quia materia edi-
tionis in æquitate fundata eſt.l.1.ff.eo.& hoc ip
ſum æquitas pati uidetur,ratione prædicta.l.di-
tione q̃ ſunt in conditione, quodq; conditio ni-
hil ponit i eſſe.l.ſi quis ſub conditione dandorũ
decem.ff.ſi quis om.cau.teſt.

Conſiderando ad idem ẽt, qđ Philinus, nõ po
tuit præiudicare filiis quibus ius erat acquiſitũ
mediante prouiſione teſtatoris. l.cum acutiſsi-
mi.C.de fideicom.l.cum auus.ff.de condi.& de.
l.generaliter. C.de inſtit.

Et ultimo loco, qđ ceſſat cauſa finalis pacti,
& deficit fideicommiſsi conditio, ex quo Phili-
nus habuit filios, & conſequenter pactũ remiſ-
ſioq; ipſius ualere non debet.c.cum ceſſante, de
ap.l.adigere.§.quamuis.de iu.pat.

Tamen ad primum rñderi poteſt, ſpẽ remitti
pacto potuiſſe, ut infra, & in l.nomina.ff.de hæ.
uel act.uend.& in l.ſpem.C.de donat. Iaſ. in l.is
poteſt.col.9.ff.de acq.hær. Bar. in l.ſi uxor. in §.
diuus.ff.ad legem Iul.de adul. & in d.§.duo fra
tres. Aret.conſi.3.ad fi.

Ad ſecundum uerò, quod licet eidem renun-
ciari non poſsit, ſeu non potuerit, potuit tñ id
(ut diximus) tolli pacto ut hic per glo. & in d.
§.ſi ſub conditione, & probatur in l.& heredi. in
15 §.filia.ff.de pac.& differentiæ ratio eſt, † quia re
nunciatio ſeu repudiatio in caſu d.§.ſi ſub cõdi
tione, pendet à uoluntate unius tm̃, pactũ uerò
duorũ, unde ualet & firmius eſt q̃ renunciatio,
ſeu repudiatio, arg. in c.prudentiam, de offi.de-
le.& in c.1.de treu.& pa. Arch. in c.ſi aũt.2.q.6.
& ut infra latius.

Ex quibus tertium quoque tollitur, qñ in di
ſpoſitione eſſe dicitur propter ſpem, licet nõ re
& effectualiter, & fuſius Bar. infra.

Vel interim ẽt dicamus, qđ licet non ſint, eſſe
tamen finguntur.l.ſi pacto, quo pœnã, & ibi De
ci. Seni. ad fi. infra eod. Sed primo modo melius,
quoniam hoc ſtante ſicuti pactum ualet, valeret
etiam renunciatio, & tamen non ualet. d.§.ſi ſub
conditione. cogita.

Quartum ſecũ reſponſionẽ habet; qđ imò po
tuerit, q̃a filii erant in conditione poſiti, & non
* in diſpoſitione, & ſic non uocari iuxta gl. * cõi
ter approbatam, in l.Lucius.ff.de hær.inſt.

Ad ultimum uerò dicendũ eſt, qđ licet Phili-
nus filios habuerit, & cauſa ceſſauerit finalis pa
cti, defeceritq; fideicom ꝯdõ non ꝓpea pactu ir
ritari debebit, & datũ repeti, effectu iã con uma
to.l.fi.ff.unde lib. Bar. in l.2.i §.fi.ff.de dou. Bal.
in l.ex diuerſo, lect.2.ff.de rei uend.

16 Vel ut per gl. infra, † ꝙ non fuit cauſa finalis
ſed impulſiua, & ibi dicemus, qua ceſſante nõ ceſ
ſat diſpoſitio.l.1.§.leſũ.ff.de poſtul. Archi. in c.
ꝓp caſ.6.q.1. alias rões dubitandi ponit ẽt hic
Saly. in 1.oppo.& in 4.no. dic ut per eum.

17 Ratio decidendi (ut ẽt dicit Iaſ.) eſſe † potuit,
quia huiuſmodi pactum reducit fratres ipſos ad
æqualitatẽ, q̃ maximè inter eos eſt ſeruanda.l.cũ
pater. §.dulciſsimis. ff.de legat.2. & ut liberis.

C. de colla. & eſt argum. ultra eum, in l. ſi nō fue rint. in §. Ariſto. ff. pro ſo. arguendo de fratribus ad ſocios, & è contra, argumentumq; optimum eſt. l. uerum. ff. pro ſocio. hoc idemq; tantum eſt dicere, quantum eſt, quod fauorabile ſit, quia reducit paciſcentes ad diſp. ſitionem iuris cōmunis, quod æqualitas ſeruetur (ut diximus) inter fratres. c. ſtatutum. ubi glo. no. in uer. numerandum. de præben. in 6. l. ſi unus. §. pactus, uer. qđ in ſpecie. ff. de pac.

18 Sed contra, † quia in l. pactum quod dotali. in fra eod. pactum reducebat fratrem & ſororē ad ius commune, cum patre tamen factum, & nihilominus non ualet.

Sol. illud ideo eſt, quia eidem patri auferebat liberam teſtamenti factionem, & ſic erat contra bonos mores, nec iſta ratione ualebat, & ſfuſius ut ibi dicitur, & in l. ſi. infra eo.

Vel dicamus quòd ratio ſit decidendi hic, et, & pactum ualere, quia tollit uotum captandæ mortis, ut ſignāter dicitur in l. de fideicōmiſſo. infra de tranſac idem Iaſ. hic.

Sed contra, quia ſic fideicommiſſum non deberet ualere, uotum ipſum inducens. l. fin. infra eo. l. ſi unus. §. illud. ff. eo. l. conuenire. ff. de pact. dot. Sol. tolerabile eſt, ut uoluntas teſtatoris ſeruetur. §. diſponat. in Authen. de nupt. l. in condi tionibus primum locum. ff. de cond. & demonſt. l. cum de lanionis. §. aſinam. ad fi. ff. de fun. inſtr. & no. in d. l. fin.

19 Secūda † decidendi ratio eſſe potuit, quia quilibet in re ſua eſt moderator & arbiter, & iuri ſibi competenti renunciare poteſt, pacto ſcilicet. l. in re mandata. C. mand. l. ſed ſi lege. §. cōſuluit. ff. de pet. hæred. l. pe. infra eod. ſed fideicommiſſum hic erat relictum Licinii fauore, ergo illud pacto potuit remittere.

Verum adhuc cogita, fauore agnationis teſtatorē ita dixiſſe & ut bona in ipſa agnatione conſeruarentur, quo caſu non ita facilè dictū fideicommiſſum quāquam pacto, remitti potuiſſe uidetur. l. 1. §. denunciari. ff. de uent. inſp.

Sed nihil eſt, quia Philinus ſimpliciter rogatus eſt ſi ſine liberis deceſſiſſet, ut portionē ſuā Licinio reſtitueret, ideo dici non poteſt, qđ hæc fuerit mens & uoluntas teſtatoris, d. l. Lucius. ff. de hæred. inſti. præalleg. l. ſi quis ſub conditione, dandorum decem. ff. ſi quis omiſ. cau. teſta. & ut infra latius. & non ab re dicit tex. fideicommiſſum ipſum, & de quo hic, nō iniquis rationibus conuentione finitum fuiſſe, deq; his decidendi, etiam ante Iaſo. hic, per Cyn. Alber. Bald. Salyc. & omnes.

Vel unica ratione dicamus pactum non irrita
20 ri, † quia quod legitimè factum eſt, ex cauſa ſuperueniente non retractatur, ſonantq; uerba pdicta text. & probatur in reg. factum de re. iu. in 6.

Et cum non irritetur pactum, non repetetur ſextans pariter, & hoc modo arguit in ſimili Bal d. ia in l. petens. colu. 10. infra eod. multa Roma. conſi. 194. col. 3. & Anch. conſi. 04. ad fi.

Notat ex iſto tex. primo Bar. iuncta gl. quod
21 totum fideicommiſſum appellatur † conditio. Idemq; dicit in l. ſi quis ſeruum. ff. de condi. & demonſt. Sed opponit Dec. Sen. & ante eū Bald. Saly. & alii, quod iſta expoſitio non ſit bona, quia ſic appellatione conditionis ueniret conditionatum, & malè. l. 3. §. conditio. ff. de adi. lega. & ut infra latius, pro nunc ſol. uel ut ſoluit idem Bar. in d. l. ſi quis ſeruum, & pulchrè deducit Odofr. hic, num. 4. quod ex propria uerbi ſignificatione uerum eſt quod dicitur in d. §. conditio, quodq; ex communi uſu loquendi intelligitur, quod dicitur hic, ſubiiciens tamen ibidem Barto. adhuc, quod hoc ipſum probari deberet, & clarius in l. Labeo, colum. 2. ff. de ſup. leg. & no. (addas tu) i c. ſi Papa. de priuil. in 6. & malè, quoniam ſi lex hoc ipſum dicit alia probatio haud eſt neceſſaria, inquit Cur. conſi. 74. col. 27. dic tu quod in ſimili eſt tex. in l. admonendi. in princ. iuncta gl. 1. ff. de iureiur. & in c. ſi Romanorum. 19. diſt. & in c. nobiliſſimus. 97. diſt. ubi legiſlatori. uel alteri dignitatem habenti, & facienti mentionem legis, quam non habeamus, uel aliquid afferenti, creditur, licet non probetur. Et quod plerunq; lex intelligatur ſecundum communem uſum loquendi, uidetur no. text. (qui ut ibi dicit Bal. nō eſt alibi) in c. inter corporalia. in §. ſed neque, de tranſla. ep. & melius quàm alibi in l. ſi qs donaturus. ibi, uſitatum eſt. ff. de uſufru. & pro iſta expoſitione allegant Moder. præcipuè Deci. & Seyſel. bonum tex. in l. delata, & ibi Salyc. declarat. C. de reb. cre. ubi ſimiliter conditio iuramēti pro iuramento ponitur. adde tu tex. in l. Papinianus. in §. ſi quis. ff. de inoffi. teſtamen. ubi ſimiliter conditio electionis pro electione ponitur. & in l. legem. C. de pact. conditio pacti pro pacto.

Vel & aliter huic obiectioni reſponderi pōt, quoniam pro rei ueritate dictum de communi uſu loquendi, intelligitur quādo foret in loco, ut Ferrarien. hic declarant in glo. 1. quod iſtud ideo ſit (ad propoſitum) quoniam aliàs eueniret contrarium eius, quod partes egerunt, & niderentur noluiſſe remittere, & non remittere ſi deicommiſſum, & malè. l. non omnis. ff. ſi cer. pe. l. 1. C. de fur. & clarius Ripa hic, in princ. & Bal. ante eum in 2. no. Videtur mihi quicquid ſit, qđ figurato modo loquendi utatur legiſlator, ponens contentum pro continente, id eſt conditio nis incertum pro fideicommiſſo, quod ſub conditione relictum eſt incerta, ſi Philinus ſine liberis deceſſiſſet, quoniam habet ſe ad eſſe & nō eſſe. l. cum ad præſens. ff. ſi cer. pet. & dici ſolet qđ de futuris nō eſt determinatio, ſed de factis, philoſopho teſte, Rheto. 3. l. uentre. ff. de acquiren. hæred. imò dicit Bal. qđ futura, & facta ſunt incerta, in auth. ex cauſa, col. 3. C. de liber. præte.

Et

Et figura eſt quam Græci metonimiam uocāt, Latini uerò tranſmutationem: & qua frequentiſ-
32 ſimè etiam † utuntur Iurecon. l. ſi ab arbitro. ff. qui ſatiſd. cog. vbi querela ponitur pro appellatione querelam continente. alibi uerò ius pro loco in quo redditur, in l. 1. ff. de poſtu. & pacta denique pro inſtrumentis illa cōtinentibus, in l. iurisgētium. in §. quod ferè. ff. de pac. & neceſſariò ſic intelligatur ratione ſupradicta.

Et ſtante iſta expoſitione ad propoſitum dubitatur, ut hic per Bar. & in d. l. ſi quis ſeruum, ſi pater grauaſſet filios reſtituere portionem ſuā, ſi quis eorum ſine liberis deceſſiſſet, poſtea ī codicillis conditionem ipſam ademiſſet, ſic dicendo, conditionem quam ego appoſui in teſtamento meo, adimo & reuoco, an fideicommiſſum ēt
23 ſit ademptum. & deciditur breuiter quod † ſic, quia ſi remaneret, eſſet prorſus inutile, tātumq; unus dare deberet quantum accipere. l. ab omnibus. §. ſi à Titio, & ibi idem Bart. ff. de lega. 1. ad fin. & ſic limitatur quod dicitur in d. §. cōditio, & ita tranſit cum Bartol. præ cæteris quoque Seyſel. hic.

Et hoc etiam, quia fideicommiſſum eſt onus, l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de uulg. & pup. ſubſti. ſuadetur, ex quo teſtator in dubio præſumitur uoluiſſe grauare hæredem ſuum minus, quā ſit poſſibile. l. unum ex familia. §. ſi rem. ff. de leg. 2. l. nummis. ff. de leg. 3.

Et ſi diceretur forte quod tex. iſte nō probat, quoniam remiſſio fit ab eo, ad quem fideicōmiſſum peruenire debebat, in q. iſta autem à teſtatore, & ut per Iaſ. latius, reſpondebo ſatis eſſe, qđ dicat remitti ex remiſſione conditionis, ſeu (ut diximus) ademptione. & ita utrobique ipſum inducit Bart. hic, ſcilicet, & in d. l. ſi quis ſeruū. & ſic uel à teſtatore, uel ab hærede remittatr, non eſt curandum.

Ex alio uidetur tamen, quod malè ad q. iſtā inferat, cum Philino tantum hic grauamen iniunctum fuiſſet.

Sol. infert ſecundum primum intellectum gl.

Obſt. etiam, quia licet tollatur conditio liberorū non tñ tollitur conditio mortis, ut debeat fideicom. ab eo qui prius morietur, quod adhuc ſenſit Iaſ. poſt Cuma. in d. l. ſi quis ſeruum.

Sed reſpondetur, quod cum ſit una conditio, diuidi non debet, & in odium filiorum retorqueri (ſecundum Dec.) quod in eorum fauorē inductum eſt. l. cui fundus. ff. de cond. & demon. l. quod fauore. C. de legi. c. quod ob gratiam, de regul. iu. in 6. & quod tota ad eſſe ſui diſpoſitio requiratur, & remota conſequenter remoueatur, tradit Bald. in l. 2. colum. 2. C. de hære. act. & prius Bartol. in l. Stichum qui meus erit. nume. tertio, ff. de lega. primo.

Et ſi diceretur adhuc quod parum faciat reg. l. unum ex familia. §. ſi rem. ff. de leg. 2. quoniam reſtringitur uocabulum, ut minus importet quā eius ſignificatio deſignat, prælleg. §. conditiō, no. in l. centurio. ff. de uulg. & pup. ſubſt. re plicabitur nihil eſſe, ex quo (ut diximus) fideicōmiſſum omnino eſſet inutile. d. §. ſi à Titio, aliàs uideretur noluiſſe grauare filios, caſu quo ēt ipſi filios ſuſcepiſſent non dicendum, ut idem Iaſ. ait, & bene. l. cum acutiſsimi. C. de fideicom. l. generaliter. C. de inſti. l. cum auus. ff. de condi. & demonſt. & uidetur mihi, quod per locum à ſpeciali probetur apertè in d. §. conditio, & in d. l. ſi qs ſeruum, ubi adempta conditione nō propterea ademptum eſt fideicommiſſum libertatis, ergo regulariter ſecus. l. ius ſingulare. l. quod verò cōtra. ff. de legi. l. quæſitum. §. denique. ff. de fun. inſtr. c. præſenti. §. loca. de præbend. in 6. maximè qñ puritas (ut dixi) ipſum redderet prorſus inu-
* tile: & ita * communiter Doctor. ferè omnes tranſeunt.

Sed (in iſta enim q. præſupponitur, filios æqualiter inſtitutos fuiſſe, & æqualiter grauatus ambos onere fideicommiſſi) quid ſi fuiſſent in-
24 æqualiter inſtituti, † & inæqualiter etiam grauati, nunquid ademptum uideatur, adempta cōditione in codicillis, ut ſupra.

Et uidetur breuiter dicendum quod non, ut ſic à præcedenti caſu iſtæ differat, & eſt caſus in d. §. conditio. & quia etiam Bart. ratiò hic ceſſat, & in d. l. ſi quis ſeruum, ex quo fideicommiſſum non remanet inutile propter partes inæquales. & ita tranſit Pau. Caſt. & Cuma. hic. Confirmant Ferrarien. in glō. 1. ſupra relata, col. 2. ubi difficultatem tangit, quia ſicut aliud eſt contractus, & obligatio, & aliud conditio ſub qua fiunt. l. cedere diem. ff. de uerb. ſigni. ita aliud eſt conditio ī caſu noſtro, & aliud fideicommiſſum, & benè. Sed cogita hanc rationem habere locum etiam ſi æqualibus inſtituantur partibus & grauentur,
* & tamen concludunt * omnes ferè, quod adempta cōditione adimitur fideicommiſſum, igitur primum & ſecundum à ratione ceſſante ſolidiora eſſe uidentur.

Imo. uerò in d. l. ſi quis ſeruum, tenuit cōtrarium, quod imò hoc caſu quoque ademptum intelligatur fauore filiorum. & poſteritatis. d. l. cū auus. Alexā. & alii hic. Et facit quia in extraneis adempta conditione, non adimitur fideicommiſ-
* ſum, in his terminis tamen, ut uolunt Doct. hic, & in d. l. ſi quis ſeruum, ergo in filiis ſecus, aliàs non eſſent melioris conditionis, quàm extranei, haud dicendum, & qua ratione uidemus hinc, quod grauati duas detrahunt quartas. c. Raynutius. de teſtam. extraneus uerò unam tantum. l. in quartam. ff. ad legem Falc.

Nec ob. tex. in d. §. conditio, quia dicā fallere in caſu iſto, fauore filiorum & poſteritatis.

Non ſecundum, quia eſto quod ex hoc nō uideatur ademptum, uidebitur tñ ex alio, d. l. cum auus. & eſt arg. in l. diuus. ff. de reſti. in integ.

Et ſi diceretur quod d. l. habet locum in conditione

ditione tacita, quę ſuppletur per legem, quodq́;
nos loquimur in expreſſa, & in caſu quando te-
ſtator fecit prouiſionem quam uoluit, ut dicit
Dec.hic. Reſpondebo ut dicebam aliàs, quod ſi
ſuppletione legis, & conditione tacita tollitur
fideicommiſſum, multo magis tolletur expreſſa
ipſius ademptione, quæ fit per ademptionem cō
ditionis.l.expreſſa.ff.de reg.iu.Bald.in l.elegan-
ter.in §.ſi quis poſt. col.antepe.ff.de cond.inde.

Ad ultimum nihil dico, quia id iam in indu-
ctione confutauimus.

Vel regulam faciamus, ut Seyſel.hic poſt Ale
xan.conſi.52.col.5.& conſi.54.col.3.uolu.4.qđ
adempta conditione non intelligatur ademptū
fideicommiſſum, idq́; purum remaneat. d.§.con
ditio.quodq́; in pluribus fallat caſibus, & potiſ
ſimum ſi ſe aliter habeat mens diſponentium, ut
hic, qua ratione legiſlator cōditionis incertum
dixit, & pro fideicommiſſo poſuit, & ad idem fa
cit, quia uerba debent deſeruire intentioni, non
è contra.l.ſcire leges.ff.de legib.c.intelligentia.
de uerb.ſignifi.

Si communis uſus loquendi ſit in loco huiuſ
modi, ut Venetiis: dicunt enim Veneti, cum de fi
deicommiſſo loquuntur, bona conditionata, id
eſt fideicommiſſo ſuppoſita eſſe. d.l.ſi quis ſer-
uum, & ibi Bart.& ſi ſublata conditione fideicō
miſſum aliàs ſit inutile remanſurum. d.l.ab om-
nibus, & latius, ut per eundem Seyſel.

Additio.

Sumpta occaſione Bart.hic, & in l.ſi quis ſer
uum.ff.de cond.& demon. & ſtante expoſitione
glo.dicentis conditionis incertum, id eſt fideicō
25 miſſum, infert ad q.† ſi teſtator conditionem a-
demiſſet in codicillis, dicendo conditionē quam
appoſui in teſtamento meo, filiis meis adimo &
reuoco, an uideatur ademptum fideicom.& con
cludit utrobique quod ſic.

Motus primò per illum text.iūcta expo.gl.q̃
comprobabam heri poſt alios per text.in l.dela
ta.C.de reb.credi.& in l.Papinianus.in §.ſi quis.
ff.de inof.teſt.& in l.legem.infra eod.

Secundò, quia ars & natura nihil operant fru
ſtra.l.qui bis idem.ff.de uerb.obl.modo ſi dice-
remus conditione adempta remanere fideicom
miſſum, id eſſet prorſus inutile & fruſtratoriū,
ex quo unus tantum daret, quantum acciperet,
& male.l.ab omnibus.§.ſi Titio.ff.de leg.1.

Tertiò probatur, quia fideicommiſſum onus
eſt.l.cohæredi.§.cum filię.ff.de uulg.& pup.ſub
ſti.uerum adimendo conditionem uidetur teſta
tor uoluiſſe grauare hæredes ſuos minus, quàm
ſit poſsibile.l.unum ex familia.§.ſi rem.ff.de le.
2.ergo non modo conditionem, uerum etiam fi
deicommiſſum ademiſſe uidetur.

Quartò, quia conditio eſt qualitas quædam,
quæ non poteſt ſtare ſine ſubiecto, & qua ſubla-
ta neceſſariò etiam dici debet ſubiectum fore
ſublatum.l.1.ff.de uſufr.Bar.in l.1.ad fi.ff.de u-
ſufr.leg. Tamen iſtud nō ſubſiſtit, quia uerum
eſt in qualitate naturali, ut calor in igne, albedo
in niuibus, & nigredo in coruo: ergo non hoc ca
ſu, & in qualitate, quæ poſsit abeſſe & adeſſe p̄-
ter ſubiecti corruptionem.& no.in l.Pōponius.
in §.cum quis.ff.de acq.poſſ.

Vnde quintò & ultimò facit, & melius, quia
ſi teſtator fuiſſet interrogatus, ita uerisimiliter
reſpondiſſet.l.tale pactum.§.fin.ff.de pact. l.Ti-
tius.§.Lucius.ff.de lib.& poſthu. imò quod ui-
detur in dubio uoluiſſe ſe conformare cum di-
ſpoſitione iuris communis.l.hæredes mei. §.cū
ita.ff.ad Treb.& ita foret tranſeundum. Adiicië
tes etiam conditionem, & fideicōmiſſum ipſum
connexa eſſe, uſque adeo ut uno adempto, neceſ
ſariò alterum eſſe ademptum intelligatur. l.quę
religioſis.ff.de rei uen.c.tranſlato.de conſti.

Tamen aliqui contrariū uerius eſſe dixerunt,
primum quia malè īferri uidetur ex tex. noſtro
loquente in remiſsione fideicommiſsi, facta ab
eo, cui reſtitutio fieri debebat, id eſt à Licinio: il
latio autem de remiſsione facta à teſtatore, & q̃ñ
grauamen erat iniunctum omnibus filiis, hic au
tem uni tantum, ergo malè. l.Papinianus exuli.
ff.de minorib.

Secundò uidetur caſus in d.l.ſi quis ſeruum,
ubi adempta conditione adiecta libertati, puta
ſi ſeruus rationes reddidiſſet in teſtamento, li-
bertas pura remanet, ergo eſt ibi caſus ad literā,
qui decidit iſtam q.

Tertiò ad idem eſt text.clarus in d.§.cōditio.

Quartò, quia in codicillis hæreditas nec da-
ri, nec adimi poteſt.l.2.C.de codic.ergo licet a-
dempta ſit conditio in codicillis, non tamen erit
ademptum fideicommiſſum.

Vltimò facit reg.l.ſi domus.ff.de ſeru.urban.
præd.& l.ſi prius.ff.de aqua plu.arc. & maximè,
quia facile fuiſſet teſtatori hoc idē dicere, ſi no-
luiſſet.l.unica.§.ſin autem, uer.ſin uerò.C.de ca-
du.tol. non dixit, ergo nec nos dicemus.l.ſi ſer-
uum.§.non dixit prætor.ff.de acquiren. hæredi.
& ideo qui perdit aſinum, non perdit ſalmam, ſi
ſtatutum non dicat, inquit Bald.in ſtatut.Decre-
tum.nume.1.

Quibus tamen non obſtantibus à prima opi-
nio.haud eſt recedendum ex ſupradictis, eſtque
* *communis.

Nec ad idem, in que hoc dubio .uoluntas mu
tata præſumitur.c.maiores, de baptiſ.l.Lucius.
ff.de leg.2.eſtq́; arg.à præſumptione perſeuerā-
tis uoluntatis.l.præcipimus.C.de appel. l.ſanci-
mus.C.de teſtam.

Et dicendum ad contraria, id eſt ad primum,
quod imò illatio bona eſt, quia ſufficit quod nō
ſit diuerſa penitus, nanque ſatis eſt ex ademptio
ne conditionis fideicommiſſum quoque adimi,
uel grauamen iniunctum ſit uni, uel plurib. uel
remiſsio fiat ab eo, cui reſtitutio fieri debebat,
uel à teſtatore ademptio. Et quia illatio etiam

facta

facta eſt ſecundum alium intellectũ glo. ſed pro prima reſponſione datur etiam inſtantia, q̃a quę cunque ſpecialiter tribuuntur mandata iuriſdictione non transferuntur, neque quo ad cognitionem, neque quo ad executionem. l. 1. ff. de offic. eius. & tamen fit illatio ibi ad Proconſulem, qui cognoſcit tantum. l. ſolent. ff. de offi. ꝓcon.

Item iudex poteſt præfinire ſummam, uſque ad quam iuretur in litem. l. videamus. §. iurare. & ibi no. ff. de iureiu. & tñ ad ſtatutum infertur ſtari iuramento damnum paſsi præfinito tempore uſque ad quod iuretur, quod iuramentum nihilominus eſt ueritatis, ut in l. in actionibus. ff. de in lit. iurando.

Non obſt. ſecundum, quia retorquetur argu. id eſſe libertatis fauore inductum. l. libertas. l. in obſcura. ff. de reg. iu. ergo in contrarium ius cõmune. l. ius ſingulare. l. quod uero contra. ff. de legib. ex quo tollitur quoque tertium quod ad idem tendit.

Non obſ. quartum, quia id verum eſt directo, ſed aliter ſic, ademptione ſcilicet conditionis, argum. in l. Scæuola. ff. ad Treb. imò qđ dari & adimi poteſt per fideicom. ut ibi no. & in d. l. 2. Bertran. conſi. 182. col. 1. uol. 3.

Non obſt. ultimum, quia loquuntur iura illa in caſu claro, nos autem in dubio, quorum non eſt par eademq; ratio. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerb. oblig. ergo.

Nec facit ad idem, quod hoc teſtator non dixerit, quia dixit uirtualiter & implicitè. l. nominis & rei. §. uerbum ex legibus. ff. de uerb. ſig. & maximè, quia hic dictum eſt quaſi per modum regulæ, uel figura quadam loquendi, ut ſupra. & conditio id eſt fideicommiſſum, uſque adeo, ut expreſſa uideatur à teſtatore, uel ſubintellecta, & perinde ac ſi expreſsiſſet, & ut in ſimili dicit Bar. in l. prætor ait. ſecunda, in §. eritq; differentia, ad fi. ff. ui bo. rap.

Et minus quod uoluntas mutata non præſumatur, quia imò præſumitur ex ademptione cõditionis, ut ſupra. nanq; uerba ſunt ſigna earum quæ ſunt in anima paſsionum notæ. l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de ſup. leg. & imagines animorum noſtrorum, ac interpretes, quibus lingua explicamus, quod plus animo concepimus.

Sed quid ſi inæqualiter filii fuiſſent inſtituti;
26 † & inæqualiter etiam grauati, ut ſic à contrario, quæſtioni propoſitæ hæc quoque correſpondeat?

Pau. Caſt. Cuma. & alii tenuerunt hoc caſu adempta conditione, non adimi fideicommiſſum eo ſolo moti, quia ratio qua contrarium tenetur ſupra, inq; præcedẽti quæſtione hoc caſu ceſſat, ex quo fideicommiſſum non inutile manebit ꝓpter partes inæquales, & conſequenter effectus ceſſare debet, fideicommiſſum. ſ. ademptum non eſſe ex ademptione conditionis. c. cum ceſſante. de ap. uulg. l. adigere. §. quamuis. de iur. pat.

Secundò tamen probatur per text. in d. l. ſi q̃s ſeruum. ff. de condi. & demonſt. & in d. l. 3. in §. conditio. ff. de adim. leg. ſed dici poſſet hæc iura non facere, loquentia (ut ſupra tactum eſt) in libertate ſui natura fauorabili, & in hoc ſe potiſsimum uidetur fundaſſe I. C. utrobique, præalle. l. in obſcura. item loquuntur in extraneis, non ĩ filiis, ea de re forte & melius facit ratio ꝑdicta.

Tertiò probatur, quia niſi ſic diceremus iam non differret caſus iſte à præcedẽti, & malè, q̃m ſunt diuerſi, & diuerſitatis ratio aſsignatur, ut ſupra. & eſt argum. in l. ſi libertus minorem. ff. de iur. pat. ergo (ut dixi) ſi eo caſu adempta conditione adimitur fideicommiſſum, iſto erit ſecus.

Imo. uerò in d. l. ſi quis ſeruum, ſenſit contrarium, fauore filiorum & poſteritatis ademptum eſſe, argum. in l. 1. in §. largius. ff. de ſuc. edic. & ĩ l. liberorum. in fi. ff. de uerb. ſign. & in auth. hoc inter liberos. C. de teſtam. & fortè uerior erit opinio, quia ueriſimile non eſt, ſi filius cum filiis moriatur, quod uelit teſtator hæreditatem alteri reſtitui. experimentum nanque ueterum ſermonum eſt, ut concordent rebus ſenſatis, & uerisimilibus, quoniam quod longe diſtat à uerisimili, eſt quædam falſitatis imago, ut per Bal. in l. 1. colum. 4. C. de ſeru. fug. & ex ſupradictis etiam ita audacter tenendum eſt.

Ad oppoſita reſpondetur primum nihil facere, quoniam eſto quod ea ratione ademptũ non uideatur, uidebitur tamen ademptum iſta, & una præſumptio tollit aliam. l. diuus. ff. de reſti. in integ. ex quo ultimum quoque parum obſtabit (ſecundum enim nihil facit, ut oſtendimus) q̃m licet caſus ſint diuerſi, eadem ratione tamen poſſunt determinari, & decidi, ſicuti primo adẽpta conditione ademptum eſſe fideicommiſſum, ita etiam fore hoc ſecundo.

Additio.

Dicitur hic, nõ iniquis rationibus conuentione fideicommiſſum finitum fuiſſe, quæritur an
27 ipſo iure, uel ope exceptionis † finitum ſit.

Eſtque primum diſputationis utilitas, quia ſi non opponatur poſſet reus condemnari ad ipſius reſtitutionem, & ſententia ualeret, ut ꝑ Are. in §. omnis. Inſti. de uerb. obl. & Bart. in l. eum q. ita. in §. qui ita. ff. de uerb. obl. Dec. hic, & in reg. non uidetur cępiſſe. nu. 5. ff. de reg. iu. & in ſimili dicit etiam utilitatem ex hoc reſultantem, an pœna imponatur ipſo iure, uel per ſententiam, Cror. in l. 1. in §. qui præſens. lect. 1. colum. 2. ff. de uerbor. oblig.

Debet igitur & breuiter intelligi ope exceptionis, uti natura eſt pacti, l. ſi unus. §. pactus. ff. de pact. ubi pactum de petendo tollitur exceptione pacti de non petendo, ergo & hic uirtute pacti fideicommiſſum.

Quod & ſecundò probo ego, quia ſi ex tacito pacto reſultat. l. 2. infra eod. l. Labeo, & ſeq. ff. eo. quanto magis reſultabit ex expreſſo, auth. multo

magis

magis.C.de ſacroſsnc.eccleſ.propter unũquodque tale enim & illud magis, ut ibi,& in l.quanto magis.ff.de iureiur.

Tertió,quis ipſo iure finitum fuiſſe dixiſſet, ut dicit alibi in l.qui decem,in fi.prin.ff.de ſolu. ubi maritus obtulit dotem mulieri, quam accipere recuſauit,inquit I.C. quod ipſo iure liberatur,ergo eum hic non dixerit Imper. ope exceptionis intelligetur.

Quartó probatur per text.in l.minor.25.annis adito Præſide.ff.de minor.in princip. ubi curatores ſoluentes creditoribus adulti,ipſo iure ſunt liberati, nec poſſunt amplius conueniri.

Quintó & ultimó probatur in l.fin. in §.ſancimus.C.de liber.præter. ubi filia præterita, ut filius maſculus ipſo iure teſtamentum euertit.

Nihilominus Dec.hic, mouet difficultatem, quod imó ipſo iure finitum ſit,quia nondum obligatio erat nata,& purificatum fideicõmiſſum, arg.in l.qui autem.ff.quæ in frau.cred. ubi ius quærendum facilius à nobis abdicatur,quàm quæſitum.& hoc eſt quod a ſimili dicebat Alex.in l.1. col.4.C.qui admi. quod lapſu temporis à iure quærendo quis excluditur, à iam quæſito uero exceptionis ope.

Secundó facit, quia ſi ope exceptionis foret uerum,dixiſſet pariter Imp.ut in ſimili in d.l.qui decem.in princ.& in l.1.C.qui bo.ced.poſſ.& tamen non dixit,ergo ipſo iure intelligetur.

Tertió facit text.in l.rogaſti. in §.ſi tibi. ff.ſi cer.pet.ubi ſi dedi tibi decem, ut deberes nouẽ, inquit I. C. quod non amplius quàm nouem debebuntur ipſo iure,ergo idem hic, deq́; iſto tex. facit mentionem Dec.

Quartó probatur,quia uerba legis debẽt intelligi ſecundum id,quod eſt uериſimilius.l.ſi obſcuris.ff.de reg.iu.ſed uериſimilius eſt ex his intelligi ipſo iure,ergo.

Et maximè ultimo loco,quia text.noſter dicit, finitum eſt: quæ uerba ſunt pręſentis temporis, & ſic ipſo iure intelliguntur. l.in criminali. ubi glo.C.de iur.om.iud.

Tamen à prima opinione non eſt recedendũ.

Nec obſt.contraria,non primum, quia perinde eſt ac ſi nata fuiſſet,& purificatum fideicommiſſum propter ſpem, quo caſu remitti potuit pacto (ut diximus in figuratione caſus) & ſentit Dec.& benè,quia hoc etiam dicit Bartol.in l. poſt emancipationem,in §.fi.ff.de lib.leg. natura pacti autem eſt,ut exceptionem pariat. d.§.pactus,& dictum eſt ſupra, ergo.

Non ſecundum, quia neceſſarium non erat, nanque expreſſio eorum quæ tacitè inſunt neceſſaria non eſt.l.3.ff.de leg.1.l.non rectè. C.de fideiuſſ.ſed propter pactum exceptio opponi debuit,ut dictum eſt,ergo.

Non tertium,quia poteſt reſponderi (inuoluit enim ſe Deci.in iſtius text.declaratione) ibi ipſo iure intelligi,id eſt de ſubtilitate iuris.l.4. ff.de ſer. ergo nihil ad propoſitum, Alb. in l.ſcimus.in prin.C.de inoffi.teſt. uel & aliter ipſo iure,hoc eſt ope exceptionis. l.prætor. §.emancipatus, ſecundo.ff.de colla.bon.

Non obſt.quartum, quia imó uериſimilius eſt ita intelligi exceptionis ope quàm aliter, ꝓpter pactum.d.§.pactus.

Non obſt.ultimum,quia id uerum eſt regulariter,ſed non hic (ut dixi) propter pactum,& ratione ſubiectæ materiæ, ſecũdum quam ſemper uerba ſunt intelligenda.l.ſi uno.ff.loc.l.ſi ſtipulatus.ff.de uſur.

Secundó no.ſcriben.ſiue potius declarãt tex. iſtum,dum dicit fideicommiſſum non iniquis rationibus inter fratres conuentione finitum fuiſſe,ut non ipſo iure,ſed ope exceptionis hoc idẽ
28 dici debeat † ex natura pacti.l.ſi unus.§.pactus, in prin.ff.de pac.ubi caſus clarus.

Et malè prima fronte, quoniam conditio fideicommiſſi non erat purificata,nec orta obligatio.l.cedere diem.ff.de uerb.ſig. ergo ipſo iure debuit poſſe tolli.l.qui autem.in princ ff.quę in fraud.credi.l.patre furioſo. ff.de his qui ſunt ſui uel alien.iur.

Et quia ſi exceptionis ope finitum eſſet dixiſſet,ut alibi in l.qui decem.in princ.ff.de ſol.& in l.1.iuncta glo.C.qui bo.ced.po.& in l.ſi fundi. in §.qui fundum.ff.de leg.1.non dixit,ſed ſimpliciter legiſlator locutus eſt,ergo ipſo iure intelligetur. imó quod hoc ipſum innuit tex. dicens finitum eſt.l.in criminali.ubi glo.C.de iur.om. iudi.eſtq́; arg.in l.prouidendum, iuncta glo.C.de poſtul.Cal.de.conſi.6.de feu.& ſecundum Deci. uidetur caſus in l.rogaſti.in §.ſi tibi. ff.ſi cer.pe. ubi ſi dedero tibi decem, pacto appoſito ut debeas nouem, non amplius quàm nouem ipſo iure debebis.

Sed ad primum dici poteſt,perinde eſſe, ac ſi fuiſſet purificata,propter ſpem,quę per pactum remitti potuit,ergo non ipſo iure, ſed ope exceptionis,& (ut diximus) ex natura pacti.& tradit Bar.in l.poſt emancipationem.in §.fin.ff.de lib. lega.& in l.is poteſt.ff.de acquiren hæred.Deci. & alii hic.

Non obſt.ſecundum, quia ſi id eſt rurſum ex natura pacti,neceſſarium non fuit exprimere.l. non rectè.C.de fideiuſſ.Ex quo tollitur ẽt aliud, quod uideatur de mente text. ex his falſum. l.ſi uno,ff.loc.cum uulg.

Non obſt.tertium,quia idem Dec. reſpondet ut ſupra ad primum,aliter dic tu ipſo iure intelligi,id eſt de ſubtilitate iuris.l.4. ff.de ſerui. uel per exceptionem.l.prætor.§. emancipatus iuncta glo.ff.de colla.bo.vel quod loquatur in caſu claro,nos autem in dubio,& ſic ſecundum diſpoſitionem iuris communis, & pacti naturam, ut ſupra fideicommiſſum finitum intelligatur.l.hæ-
29 redes mei.§.cum ita.ff.ad Treb. † Quæ autem ſit di putationis utilitas,liquet (ut dicunt Deci. &

Ripa)

Ripa) quia uno caſu oppoſito non eſt neceſſaria, alio aũt ſic, reusq; poſſet condemnari, & ſententia ualeret, & no. latius in d. §. pactus. & in l. petens. infra eod. & in l. ubi pactum. intra de trãſactio. & proximè dictum eſt ſatis, imò latius quàm hic.

Tertiò no. ſcriben. ibi, non idcirco poteſt &c. quod datum in defectum liberorum, & ex cauſa
30 remiſsionis fideicommiſsi repeti non põt, † ẽt quod liberi poſtea naſcantur.

Et minus rectè dictum uidetur, & contra tex. potius in l. ſi unquam. C. de reuo. don. ubi donatio per ſuperuenientiam liberorum facta reuocatur, ergo & ſextans hic.

Sol. facilis eſt, ſi dixerimus tex. illum loqui in donatione ſimplici, nos aũt in datione ſextantis ob cauſam, prout etiam Bal. & poſt eum Ferrarien. & Ripa ſentiunt & benè. l. 1. ff. de dona. vnumq; ex his fore contractum lucratiuum, alte-
* rum uerò oneroſum, eſtq; ſol. * communis.

Sed conſidera cum fiat in d. l. ſi unquam libertis, quod ob merita fieri uidetur, & ſic ex cauſa. l. rem legatam. ff. de adim. leg. & tenendo ſol. cõmunem poſtea replica, qđ imò in donatione remuneratoria locum non habet, ut ibi per Ang. declarat Iaſ. in l. ſi non ſortem. in §. libertus. co. 5. ff. de cond. indeb.

Secundò reſpondet etiam Socin. hic, idemq; Dec. teſtatur & refert qđ lex illa loquitur in donatione facta reſpectu iuris iam quæſiti, quod indicat uerbum reuertatur ibi poſitum, nos autẽ reſpectu quærendi, quod à nobis facilius abdicatur. l. qui autem. ff. quæ in frau. cred.

Sed contra, quia hoc attento debuiſſet etiam donationi lex reſiſtere, & tamen non reſiſtit.

Sol. non reſiſtit, quia ineſt tacita conditio niſi donans liberos ſuſcepiſſet. l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. tradit Bart. in l. Titia. in §. Imperator. ff. de leg. 2. & quod omnino alio caſu loquatᷣ, ac tertio loco (cætera enim utpote aliena à præſenti materia non refero) liquet ex eo, quia immediatè quod filii naſcuntur, donatio reuocata eſt ipſo iure, ut adhuc uerbum reuertatur indicat, ubi agenti aliàs hic obſtat exceptio pacti & remiſsionis fideicommiſsi. d. § pactus. vel id factũ ibi dicamus gratia recipientis tãtum. hic autem utriuſque, ut per eundem Bal. & benè. igitur ſtãt iſta ſimul, quod reuocetur ibi, hic autem datum repeti non poſsit.

Quartò no. quod conditio ſi ſine liberis deceſſerit, & ſic appoſita in numero plurali, uerifica-
31 tur etiam in ſingulari, † & ſic in uno tantum ut hic, & in uer. te filio eius ſuperſtite, & probatur etiam (ut inquiunt Dec. & Cur.) in l. non eſt ſine liberis. ff. de uerb. ſig. ubi non eſt ſine liberis, cui uel unus filius eſt, uel una filia, & benè.

Et propterea uult ad propoſitum Bald. in authen. ſed & ſi quis. col. 3. C. de ſecun. nupt. quod
32 † indefinita poſita negatiuè æquipolleat vniuerſali, & ſi dicatur, ſi ſine liberis deceſſerit perinde ſit ac ſi diceretur, ſi deceſſerit ſine ullo libero. & Bar. in l. ex facto. in §. ſi quis rogatus. ff. ad Treb. Io. And. in c. Raynaldus. col. 2. de teſtam. ubi ẽt But. & alii, & Alex. conſi. 55. ad fi. uol. 3. quod ſi hoc modo fideicommiſſum iniungatur expirat etiam unica filia ſuperſtite. idem Dec. conſi. 15. in princ. uolum. 1. & latius, conſi. 50. ad quod ẽt ſe remittit, & ubique per d. l. non eſt ſine liberis, & probatur etiam in l. 1. in terminis. C. de condi. inſer. & in l. pater Seuerinam. in §. 1. ubi etiã ratio aſsignatur. ff. de cond. & demonſt. & in ſimili in l. qui liberis. in §. hæc uerba. ff. de uulg. & pup. ſubſt. & non habet dubium.

Verum eſt (inquit tex. in d. l. non eſt ſine liberis) quod enunciatio ſemper fit in numero plurali, habet liberos, non habet: ſicuti pugillares & codicilli, ſed non quod ſit ſine, ille (ut diximus) cui eſt unus uel una, & uidetur d. l. ſenſus uerißimus, non quod ex hoc ſit in ea ſpecialis ratio, ut
33 dicebat † Deci. Qui tamen dum ſubiicit, quod imò in ſingulari numero ſcriptum etiam inuenitur. l. ius agnationis. ff. de pact. uerũ dicit & in §. hoc quoque, Inſti. per quas perſo. ius nob. acqu. & in l. ſi quis in ſuo. in prin. C. de inoſ. teſta. & in auth. nunc autem, & ibi Bald. no. in §. 6. C. de ſecund. nupt.

Sed iura hæc parum faciunt, adducti etiã per Iaſ. in d. l. ius agnationis, ex quo Imper. (ut dicit Idem Iaſ. ibidem) uerborum proprietatem non ſeruat, atteſtatus amplius alibi non inueniri, niſi in d. loco, quodq; malè dixit Valla elegan. lib. 3. c. 106. qđ imò apud Caium & Paulum in libris Digeſtorum liber pro filio legitur, ſine liberum pro filio legimus. ipſeq; eſt maiori reprehenſione dignus, quoniam ad idem uidetur caſus in l. nemo prædo. in §. 1. ff. de reg. iur. citatus ab Alcia. in d. l. non eſt ſine liberis. Verum eſt tamen, quod ibi auctor nõ eſt Paulus, ſed Vlpianus, & ſic errauit Valla in nomine vnius autoris tãtum. uel Iaſ. ſubſcribamus, quia in l. nemo, nõ liberũ ſed liberos legi debet. vel libertum ſecundũ gl. uel de libero homine intelligi, ut aliqui ibi ſentiunt. l. liber homo. ff. de uerbo. obl. quod tamen non placet, quia liberum hominem dixiſſet, non liberum ſimpliciter. d. l. liber homo. cum ſimil. & quia locupletior fit quis aliquando etiam ſi liberum hominem acquirat. l. liberi. ff. de contr. empt. Sed ad propoſitum redeuntes, & utcũq; ſit, Caium ſalua in d. l. non eſt ſine liberis, quod enunciatio fiat ſemper in numero plurali, ſi propriè loqui uelimus, aliàs tolerabile ſit, etiam qđ fiat in ſingulari. probatur, quoniam d. l. eſt in ti. de uerb. ſign. poſita. l. eius qui in prouincia, & ibi Iaſ. col. 9. ff. ſi cer. pet. Dec. in l. 1. lectu. 3. nu. 9 1. ff. eo. uel & aliter, quod ſemper fiat, id eſt fieri debeat, quanquam aliquando facta fuerit aliter. l. 1. §. quotidiana. ff. de aqua quot. & æſti. l. ſo ramen. ff. de ſer. urb. præd. l. 1. cum ibi no. in uer. ſemper,

ſemper.ff.ſol.mat.& quia uidemus hinc etiam,
cum plura eiuſdē generis ſignificare uolumus,
quod è contra uti ſolemus ſingulari appellatio-
ne,ut Caſſellius dicebat,idq; in uſu iuris frequē
tiſsimum fuiſſe.exempli gratia, multum hoīem
ueniſſe Romam,piſcem uilem eſſe, & alia huiuſ
modi.l.in uſu.ff.de uerb.ſig.ergo non aliter,& ſi
ſecundum propriam uerbi ſignificationem (ut
diximus) loqui uelimus.

Aliud ad intellectum d.l.non eſt ſine liberis,
adhuc dicit Dec.poſt Bal. in l.iubemus. in §.pe.
C.ad Treb.quod quando iura loquuntur de li-
beris negatiuè,uerificantur etiam in uno,ut hic,
aliàs non.l.ubi numerus.ff.de teſti.quia negati-
ua potentius negat quàm affirmatiua affirmet,
pluſque tollit negatio, quàm ponat affirma-
tio, ut per glo.in c.cum dilectus,de conſue.& ra
tionem aſsignat ultra eum idem Bald. in c.1 .in
princ.in ult.col.de prohib.ſeu.alie.per Feder.in
35 uſib. & † hinc eſt (ut legebam heri) quod in p̄-
ceptis negatiuis, ad ea tenemur ſemper, in affir
matiuis nō,ſed loco,& tempore.ita diuus Tho.
& poſt eum Arch.in c.1.de pœn. diſt.5.

Sed hoc ipſum uerum non puto, quoniā uer-
ba narratiua ſunt legis,ex quibus regulariter ar
gum.ſumi non debet,& quis uerificarentur etiā
in uno,ſi dictum fuiſſet, uolo quod hæreditatē
Licinio reſtituat Philinus,ſi cū liberis decedat.
36 & quia † in fideicommiſsis non uerba,uel nega
tiua fuerint,uel affirmatiua ſpectamus.ſed men
tem,& uoluntatem teſtatoris.d.l.pater Seuerinā,
l.3.l.cum uirum.C.de fideicom.l.in conditioni-
bus primum locum.ff.de condi.& demon. ita ut
ad regu.d.l.ubi numerus, planius poſsit reſpon
deri, & dici,illud ideo eſſe ibi,quia ſubiecta ma-
teria pluralitatem requirebat,ut reſpondet Bal.
in d.§.pen.ſignanter per d.l.ubi numerus.

Vel quod naturalis ratio non ſuadeat ibi, ut
in caſu noſtro,quia ſi ſuaderet,etiam in uno ue-
rificaretur pluralis numerus, ut hic, & declarat
Alex.ubi Bal.quoq; in d.l.iubemus. citat conſil.
109.nu.12.uol.7.idem Bald. melius quàm alibi
in d.l.1.col.2.C.de condi.inſer. vel qđ ibi agitur
de probatione non anguſtanda.l.qm̄.C.de hær.
Bal.adhuc conſi.102.col.pe.uol.3. hic aūt de te
ſtatoris uoluntate præſumenda.

Quintò & ultimò nota,qđ pater grauatus o-
nere fideicommiſsi reſtituere hæreditatem, ſcili
cet ſi ſine liberis deceſsiſſet,poteſt ipſam aliena
37 re † in præiudicium poſtea naſcentium, & non
* ab re (ut dicunt * omnes) quia eſto qđ ipſi fa-
ciant deficere fideicommiſſum, non ſunt tamen
à teſtatore uocati.l.Lucius,ubi glo.communiter
approbata.ff.de hær.inſt.nec dicta uerba operan
tur incluſionem ipſorum,prolata non per mo-
dum diſpoſitionis, ſed conditionis.l.ſi quis ſub
conditione dandorum decem.ff.ſi quis omi.cau.
teſta.l.ex facto.ff.de hær.inſti.Anch. conſi. 137.
ad fi.& conſi.74.in prin.Alex.conſi.51.col.7.&
8.uol.4.& conſi.102.ad fi.uol.7.ubi dicit, quod
per iſtam glo.ſemper ita conſuluit,quodq; ma-
ioris auctoritatis Doct.ita tenent, & quod iſta
dicitur communis opinio,non reſpectu numeri
doctorum ſecus tenentium. aliquid in l.Caius.
col.5.ff.de lib.& poſthum.& in l. ex facto. in §.ſi
quis rogatus,col.2.ff.ad Treb.idemq; Ana. con
ſil.68.col.2.qui ſimiliter teſtatur ita communi-
ter teneri,& Gerar.Pet.ſanc.ſingu.61. in princ.
& Iaſ.hic,col.5. Are.Dec.Ripa,Cur.& alii quos
longum eſſet referre.

Quibus accedat etiam quod in conditionibus
merum inſpicimus factum. l. qui hæredi. l.Mæ-
uius.ff.de condi.& demonſt.Bar.& alii in l.filiuſ
famil.in §.cum quis.ff.de leg.1.in terminis Vero
nen.conſi.49.nu.12.

Et quia teſtatoris affectio porrigi nō poterat
ad filios naſcituros.l.qui filiabus.in prin.ff.de le
ga.1.l.Publius.§.fi. ff.de cond.& demō. pulchrè
Bar.conſi.130.& ita foret tranſeundum.

Sed aduertendum eſt,quia Paul.Caſtrē. ſentit
contrarium in d.§.cum quis. ad fi.poſt Bal. in p̄-
alleg.l.1.in antiq.recollectis,quæ non habentur
tamen,C.de cond.in cr. & dicit quod requiſitus
ſæpius noluit conſulere,quodq; non uoluiſſet, ſi
habuiſſet ſocium,ex quo putat hanc eſſe meram
ueritatem,ſecundum quam conſuluit etiā Cor.
conſi.1.col.8.& 9.uol.3. & ſic ſibi ipſi contra-
rius,quia communē,de qua ſupra, ſequutus eſt
conſi.97.colū.2. uol. 1. & clarius,ubi enumerat
multos doct.eam tenentes,conſ.243.colum.pe.
uolum.præalleg.3.

Et ad propoſitum opinio hæc contra glo.prę
dictam,probatur primo per text.in d.l.Lucius,
ubi non ſolum inſtitutus ſubſtituto præfertur,
uerum etiam liberi eius,ex interpretatione Iuriſ
conſ.animaduertentia prudens conſilium teſtā-
tis fuiſſe, affectionem oſtendere ad genus hære
dis, ut inquit Bald.in l.fin.in 7.oppo.C.eo. item
Corn.ubi ſupra præciſè.ſic Barb.in l. cū acutiſsi
mi,col.76.C.de fidei om.

Et maximè ac ſecundo,quia huiuſmodi con-
ditio uidetur appoſita fauore filiorum ſecundū
glo.in d.§.cum quis,ergo ne ad eorum læſionem
retorqueatur,cenſebuntur tacitè uocati. l. cum
præponeretur, & ibi pariter no.ff.de leg.2. uul-
ga.l.quod fauore.C.de legi.c.quod ob gratiam.
de regu.iur.in 6.

Conſiderando etiam tertio; quod non uerba
ſui natura fideicommiſſum important,ſed mens
& uoluntas.l.fideicommiſſa.§.hæc uerba.ff.de le
ga.3.l.cum uirum.C.de fideicom.

Quartò, quia filius alibi in conditione poſi-
tus eſt,& tamen cenſetur uocatus ſi ſecundū cō
ſilium Galli dicatur ſic, ſi filius me uiuo moria-
tur,nepotem ex eo mihi inſtituo. l.ſi mater. §.ſi
filius.ff.de uulg.& pup. ſubſt. coniuncta l.Gal-
lus.in priu.ff.de liber.& poſthu. ergo & filii hic
pariter.

Quintò

Quintò & ultimò uidetur facere text. in d. l. ſi deicommiſſa. in §. cum eſſet, ubi uerba accepta certa quantitate inducunt fideicō. & tñ ſunt conditionalia, ſeu ablatiuorum abſolutiuorum, quę regulariter in conditionem reſoluuntur. l. à teſtatore. ff. de condi. & demon.

Et quod ex coniecturata mente teſtatoris, ēt poſiti in conditione uideantur uocati, ſicuti aliàs in l. cum auus. ff. eod. & in l. cum acutiſsimi. C. de fideicom. & in l. generaliter. in §. cum aūt. C. de inſti. tenuit quoque Benedic. de Plumbi. in l. ſi cum dotem. in prin. ff. ſolu. matr. alia adduci quoque potuiſſent, de quibus hic per doctor. & Imo. fuſius in d. l. Lucius. ſed quia hæc mihi præcipua uiſa fuerunt, & q̄ magis urgeant, tranſeo.

Et à cōi breuiter nō diſcedo, eſtq; utilitas diſputationis, qa ut ſ. dictum eſt, grauatus hæreditatē poterit alienare, deq; ea ad libitum diſponere, ex quo reſtōni non ſubiacet, ut p Bar. in l. cēturio. ff. de uulg. & pup. ſubſt. & in l. ſi ſic, & in l. Lucius. de leg. 3. uidenturq; filii uocati ab inteſtato, ſi grauatus pr̃ reſtōn non fecerit, & latius, ut per Imo. in d. l. Lucius, col. 2. & Pau. Caſtr. in fallẽ. §. cum quis. Guid. Pap. deciſio. 39. in prin. & pro iſta cōi rurſum facit qđ dicit idem Imol. in d. l. Lucius. col. 5. refert idem Gui. ubi ſ.

Nec obſ. adducta in ɜrium, non tex. in d. l. Lucius; quia gl. ibi rñdet, & Imo. poſt eā, qđ prælati ſunt ſubſtituto, ut ab inteſtato patri ſuccedāt, non ex teſtamento defuncti, ex quo ſunt in conditione poſiti, idemque Bart. in l. Centurio. nu. 37. ff. de uulg. & pupil. ſubſti. & Dec. conſil. 291. ad fin. uolum. 2. quod ex eo etiam probatur, qa inſtitutum præſupponit text. ante aditam hæreditatem mortuum, & quia glo. prædicta cōmunis eſt, tranſeo.

Non ob. ſm, qa uerum eſt, ſed dico qđ ad eorū læſionē non retorquetur, ex quo ſufficit qđ à pr̃e grauato poſsint inſtitui, ueriſimileque eſt pp naturale uotum parentum. l. ſcripto. ff. unde lib. l. nam & ſi parentibus. ff. de inoffic. teſta. l. iſti quidem. ff. quod metꝰ cau.

Non tertium, quia nec iſtud negatur, niſi ſint conditionalia ut hic.

Non quartum, quia ēt filius d. caſu debebat inſtitui, ut ibi p Alex. Arc. & alios, ergo nō ſimpliciter erat in conditione poſitus, ut hic, & clare probat̃ in d. l. ſi mater. uel & melius dicas, qđ teſtm̃ ibi eſt nullū, ex quo filius reperitur præteritus, quodq; ita cōtra Bar. in d. l. Gallus. cōiter * tenetur, ubi latè Iaſ. col. 10. & maximè mirandum eſt, quòd Corn. in loco de quo ſupra fallax iſtud arg. induxerit.

Non obſt. ultimum, quia reſpondet Alex. ɔſi. 158. uo. 2. melius Ripa hic, ut p eos: dictu qđ ſecum affert rñſionem, ut ibi per Bart. & in l. 3. in §. uidendum. nu. 2. ff. ad Tertul. qđ ablatiui abſoluti non ſolū ɔdōnem inducunt, uerum ēt diſpoſitionem, qñ referūtur ad eos, quos teſtator grauare potuiſ. & ſic, quicquid dixerit Pau. Caſt. in d. §. cum quis, ſe habet ueritas, q̄q̄ fundamētum fieri non poſsit ſolidum in tex. noſtro, ut hic per Iaſ. plenè, & alios. Niſi dicamus qđ probet hoc modo, non iniquis rationibus fideicom. conuētione finitum fuiſſe, potuiſſeq; Philinū non modo ſextantem ſoluere, uerum ēt abſolutè diſponere de tota portione ſua, q̄uis filios poſtea ſuſceperit, & in ipſorum præiudicium quidē, quoniam erant (ut diximus) non uocati, ſed in conditione poſiti.

Reformatio articuli.

Qđ pater grauatus onere fideicommiſsi, ſi ſine liberis deceſſiſſet poſsit hæreditatē alienare
38 ēt ad præiudicium filiorum † poſtea naſcentiū.

Probat̃ primo, qa eſto qđ ipſi faciant fideicō. deficere, non tñ ſunt à teſtatore uocati, neq; dicta uerba operant̃ incluſionem ipſorū, prolata non diſpoſitiuè, ſed conditionaliter, ut per glo. communem in l. Lucius. ff. de hæred. inſtitu. l. ſi quis ſub conditione dandorum decem. ff. ſi qs omi. cauſa teſtam.

Secundo, quia in conditionibus uerū inſpicimus factū. l. qui hæredi. l. Mæuius. ff. de cond. & de. glo. eſt in l. ex facto in §. fi. ad fi. ff ad Tre. Cy. in l. 1. C. de cond. inſer. Bar. in l. filiusfamilias, in §. cum quis. ff. de leg. 1.

Tertiò facit, nanq; ex uerbis elicitur mens teſtatoris, quia ſunt ſigna earū quæ ſunt in aīa paſſionum notæ. l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de ſup. lega. ſed uerba non idem ſignificant, nec ꝓpriè nec impropriè, ut ſupra. & quia prolata ſunt ad unum finem, igitur non diſponunt, nec aliud debent operari. l. legata inutiliter. ff. de adi. lega.

Quartò, qa teſtatoris affectio porrigi nō potuit ad filios naſcituros. l. Publius. §. fin. ff. de condi. & de.

Quintò, & ultimò, qa bñ ꝓferuntur ſubſtitutis, eiſq; ſucceſsio reſeruat̃ ab inteſtato, ut no. in d. l. Lucius, ad fi. & in d. §. cū qs. Corn. conſi. 146. nu. 13. uol. 1. ſed nō qđ uocati videantur, arg. in l. tutori. C. de neg. geſt. vbi ſufficit ſi ī paucis amici laboribus conſulatur, & * ita communiter tenetur.

Nihilominus multi etiam ſenſerunt contrarium, & potiſsimum per tex. in d. l. Lucius. in fi. ibi, nam prudens conſilium teſtantis animaduertitur, qui non ſolum fratrem hæredem prætulit ſubſtitutis, uerum etiam liberos, uſq; adeo ut hac ratione quoque uocari uideantur neque pater diſponere poſsit, niſi de legitima & Trebellianica.

Secundò, quia fauore filiorum ipſorum mentionem faciendo, hæc conditio adiecta uidetur, ergo ne ad eorum læſionē retorqueatur, uidebuntur uocati, uulg. l. quod fauore. C. de legi. c. quod ob gratiam, de reg. iu. in 6.

Tertiò, quia licèt uerba ipſa fideicommiſſum importare non uideantur, ut ſuprà, importat tñ

mens & uoluntas, quæ maximè in his eſt attendenda.l.cum uirum.C.de fideicom.l.3.§.conditio.ff.de adi.leg.l.cum de lanionis.§.aſinam.ad fin.ff. de fund.inſtr.

Quartò, quia filius alibi in conditione poſitus eſt,& tamen eſt etiam uocatus,ſi ſecundum Galli conſilium dicatur, Si filius meus Mæuio morietur, nepotem ex eo mihi inſtituo.l.ſi mater.§.ſi filius.ff.de vulg.& pup.ſubſt.l.Gallus.in prin. ff.de libe. & poſthu.

Quintò & ultimò,quia alibi verba ɔditionalia ſunt,in l.fideicommiſſa. in §. cum eſſet. ff.de leg.3.& tamen fideicommiſſum inducunt.

Iudicio tamen meo parum urgent, namq; ad primum dici poteſt,uerum id eſſe, ut ſupra, &, ex ipſa inductione elicitur,quo ad id,ut pferant ſubſtitutis,& vt poſsint ſuccedere pri ab inteſtato,ergo non ut uocati uideantur.

Non obſt.ſm,quia ad eorũ læſionẽ nõ retorqnetur,ex quo pût à pře inſtitui uериſimileque eſt & ſperandum.l.ſcripto.ff.unde lib.

Non tertium, quia mens ex uerbis elicitur. l. Labeo.§.idem Tubero. ff.de ſup. leg.uerba hoc idem minimè innuunt,ut ſupra,ergo.

Non quartum,quia poteſt reſpõderi, uel qđ eo caſu d.filius debebat inſtitui, ita ut non ſimpliciter eſſet ſub conditione poſitus, ut in d.l.ſi mater,uel qđ fuerit prꝗteritus,& teſtm̃ nullum, ut no.in d.l.Gallus.ubi Iaſ.lect.1.col.10.Mirandumq; maximè ſit,quod conſulendo dictũ fundamentum pro ſe induxerint aliqui partem contrariam tenentes,præſertim Corn.conſi.330.colum.2.uol.4.cum ſit (ut oſtendimus) fallax,

Non vltimum, quia uerba relata ſunt ad eos, quos potuit teſtator grauare, ergo non mirum, ſi diſpoſitionem inducunt, & non modo conditionem,ut ibi per Bar. & in l.3. in §.uidendum. nu.2.ff.ad Tertullia.

Concluſionem hanc modo cõem d. glo. limita pluribus modis,& primo, ut locum non hẽat
38 ſi ex coniecturis aliquo modo elici poſſet † cõtrarium de uoluntate teſtatoris, inter quas iſta præcipua eſſe uidetur, ſi filii in conditione poſiti eſſent granati pariter. exempli gratia, quia inſtituto filio dixiſſet,& ſi ipſe uel filii ſine liberis deceſſerint,talem ſubſtituo, ut hic per Iaſ. Dec. & alios,poſt Bar.in l.Centurio.in 11.colũ. aliàs nu.37.ff.de uulg.& pup.ſubſ.& in l.ſed & ſi ſic. ad fi.ff.de leg.3.

Et dictat ratio,quia ſi grauati ſunt, in neceſſarium antecedens etiam debuerunt honorari, l. ab eo. C.de fideicõ.l.ad legatum.l.ad rem mobilem.ff.de procu.& ita teſtatur Soc. ſe conſuluiſſe pluries,quodq; eſt opi. à multo tempore citra canonizata à Doct.Peruſinis, & qđ denique ita conſultum uidit pariter ab aliis multis I. C. totius Italiæ,in l.cum filiofam.col.2. ff.de le.1. Referunt Mod.in l.Centurio.nu.392.ff.de uulga.& pup. ſubſt.& plus Gui. Pap.deciſi.39.ad fi. quod ita fuit ſeruatum aliàs in diffinitione proceſſus Baroniæ cuiuſdam Saortonis, uentilati in curia parlamenti.

Et pro ea facit text.in l.denique.in §.interdũ. ff.de pec.leg.ubi teſtator ſeruum grauauerat,eidem libertate relicta, ut ex peculio daret centũ hæredi, inquit I. C. quod uelle uidetur peculii reſiduum ipſum retinere.

Et ut inquit Are.in §.fi.Inſti.de pup. ſubſt. refertq; Dec.hic,ita ſeruatur in pratica, eſtq; opi. multum æqua.

Quã ego quoq; ex alio confirmo, qa ſi dicat teſtator ſic,ſi ædium mearum ędificiũ altius nõ extuleris q̃ nunc extructum reperitur,uſumfructum earum tibi do lego, in neceſſarium antecedens ipſarum proprietas legata uidebitur.l.Proculus.ff.de uſufr.idem Barto. in d.l.ſed & ſi ſic. Alex.conſi.64.col.1.uol.5.ergo & idem pariter dicendum erit in caſu noſtro.

Eſt uerum,quod multi tenuerunt contrariũ, relati adhuc p Dec.& alios hic,imò qđ ẽt collegium Pap.ita ɔſuluit,conſiliumq; eius eſt inſertum in vol.conſiliorum Cur.Senio.& 46.ubi ore rotundo amplius inqt cõem opin.eſſe contra Bart.idemq; dicit Iaſ.hic.& nõ ſine ratione quoque, qm̃ adhuc commune fundamentum militat,qđ cum iſti deſcendentes non ſint in diſpoſitione poſiti,ſed in condõne,non cenſent uocati,ita ut ad hæreditatem patris ſui uenientes ueniant à caſu,& fortuna,non qđ iudicio ipſius aui fuerint uocati,d.l.ſi quis ſub conditione dandorum decem.ff.ſi quis omi.cau.teſta.

Sed ab opinione Bart.non recedendo, põt reſponderi uerum fore,quando ſimpliciter eſſent poſiti in conditione,uerum grauati ſunt ipſi pariter,ergo (ut dicebam) in neceſſarium antecedens ẽt uidebuntur honorati,& eſt arg.quo omnia facilè tolli poſſunt.

Secundò tamen uidetur,quod contra Bar.adhuc faciat reg.d.l.ab eo,& ſic retorquebitur, C. de fideicom.ubi clarè dicitur nihil poſſe per fideicommiſſum relinqui ab eo, qui neq; legatũ, neq; fideicommiſſum, neq; hæreditatẽ, uel mortis cauſa donationẽ accepit,ſed hic filii in conditione poſiti nihil accipiunt,ergo.

Ad quod dici rurſum poteſt,quod imò ſi grauatus eſt,& in neceſſarium antecedens honoratus, commodum conſequi dicetur, & nonnihil accipere,ita ut iure merito etiam grauari potuerit,ex quo perinde eſt,ac ſi à principio honoratus fuiſſet.

Eoq; magis,quod potiſsimum ponderãt ſcriben.in d.l.Centurio, & occurremus obiectioni Bald.quam facit in d.l.ab eo, de l.hæreditas. ff. de hære.inſti.quia in conditione ſunt poſiti, itẽ & grauati, & grauamen eſt fideicommiſſi uniuerſalis,plenè Corſe.conſi.272.uolum.4.& conſil.174.uolum.2.& poſt eum Bononien. conſil. 26.nume.23.

Vltimò

Vltimò facit contra Barto. quia ſubſtitutiones pońſiuium fiunt, ut inſtitutionem extinguant, & in defectum inſtitutorum ordinantur. l.quãdiu.ff.de acq.hæ.l.1.& ibi no. ff.de uulg.& pup.ſubſt.ergo non debent effectũ ꝓrium operari,qđ utiq; eſſet ſi in conditione poſiti cẽſerẽtur uocati,& malè.l.legata inutiliter. ff. de adimen.leg.& urget.

Verum & iſtud etiam tolli facilè põt,ut p Angel.in d.l.Proculus,qđ reg.uera ſit, qñ diſpoſitio nulla præcedit alicuius rei conceſsiua, ſed hic præcedit grauamen iniunctum filiis in conditione poſitis,ego.

Secundò præmiſſam concluſionem glo.præalleg. limits,qñ filii in conditione poſiti prohi-
39 biti forent perpetuò † alienare, qđ tñ intellige uſque ad quartum gradum,qm̃ tunc honorati & uocati cenſerentur,& ad ſucceſsionem anni admitti poſſent,ut in Auth.de reſti.fideicom. in §. 1.& firmat So. i.conſi.250.ad fi.uol.2.quem Bononien.in p̃alleg. nu.24. referunt & ſequuntur. & cum hoc idem quoq; ſit grauamen, efficit ut à præcedenti limitatione,iſta parum differat.

Adde ad uerbum perpetuò declarandum, ut ſupra,& obiter quidem,qđ ita Ang. & Iacob.de Belu.d.lex.notant,& ſingul.dicit Iaſ.ad idem in l.fi. col.3.C.de hære.inſtit.& in l.uoluntas. col. 2.C.de fideicommiſſ.aliquid Alexand.conſi.56. in princ.uolum.1.& in ſimili in l.2. in princi. ff. ſolu.mat.poſt Bar.in l.annua.in §.Atticia. ad fi. ff.de ann.lega.

Limita tertiò quando teſtator plures ſuſtitutionum gradus feciſſet, plures filios inſtituendo ſcilicet,& inuicem ſubſtituendo, & in defectum oĩum ultimo loco ſine liberis decedentium pro-
40 uidiſſet,† qm̃ hoc caſu uoluiſſe uiderẽt ius legitimarum hæreditatũ inter liberos confirmare, eoſq; non modo in conditione ponere, uerũ ẽt uocare,l.põt. l.uel ſingulis.ff.de uulg. & pupil. ſubſt.Soci.in l.cum auus.col.78.ff.de cond.& demon.tradit Alex.conſi.64.ad fi.uol.5. Auch. ante eum cõſ.74.col.2. Aliquid Cur.ẽt hic,& poſt omnes Bonon.conſi.64.nume.10. licet contrarium ſenſiſſe uideatur idem Socin. conſi.62. ad fin.uolum.3.

41 Quartò limitatur,† ut non procedat forte ẽt ſi maſculorum mentio facta ſit ſm̃ Bar. in l.liberorum,in pen.col.ff.de uerb.ſig.& dicit Dec. ſe ita ſæpius conſuluiſſe,quodque etiam ita conſuluit Guid.p̃p̃.deciſio.184.& tranſit. poteſtq; ex eo comprobari, quod hæc coniectura efficax ſit ad oſtendendam teſtatoris uoluntatem; quia non alia fuit,niſi ut bona in agnatione & familia conſeruarentur, ut in ſtatuto,qñ dicit quod extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant.l.1. §. denunciari.ff.de uent.inſpi.no.latè in l.maximũ uitium.C.de lib.præte.

Secundò,quia ſi maſculi uocati ſunt excluſis fœminis,oportet dicere quod ſint uocati ex teſtamento, ut in.d. deciſio. inquit Gui. Papæ, & Dec. hic, alias ita fœminæ ab inteſtato admitterentur ut maſculi, contra expreſſam uoluntatẽ teſtatoris,& latius conſi.270.col.pe.uol.2. Bonon.poſt eum conſi præall.(licet ad aliud) 26. nu.22.& conſi.29.col.ult.

Et quia deniq; ſi à ſucceſsione excluſæ ſunt, fateri oportet,qđ maſculi includantur,vt adhuc dicitur in locis præalleg.& lucrum totum ipſis applicetur.l.poſt legatum.ff.de his quib.ut ind. plenè Bar.in l.2.in §.uidendum. ff.ad Tertul. & ita foret etiam tranſeundum. ſed tñ aduertendũ
* eſt quia * communiter contrarium tenetur, ut hic dicunt doct.à regula non recedentes, qđ in conditione poſiti non cenſeantur uocati.l.ab ea parte.ff.de prob.Bart.in l.2. ff.ſi quis in ius uocat. non ier.

Et ad primum reſpondendo, quod licet ita fuerit mens & uoluntas teſtatoris, non tamẽ eſt curanda, quia in diſpoſitionem non tranſiuit.l. quidam cum filium.ff.de hær.inſti.l.unica. §.ſin autem.C.de cad.tol.l.commodiſsimè. ff.de li.& poſthu.& malè ab opin. prima non recedendo, quia ex uerbis colligitur,in conſequentiam uenientibus ad expreſſe diſpoſitum in teſtamento, facta mentione maſculinitatis,ut per Bal. in l.1. in ult.colum.C.de condi.inſer.Moderni in d.l. centurio.colum.11.ff.de uulg.& pupil.ſubſti. Et maximè,quia in fideicommiſsis uoluntas, ẽt coniecturata attenditur,& quia uerba quoq; cõditionalia plerunque diſpoſitionem inducunt. l.cum proponeretur.ff.de leg.2.l.fideicommiſſa.§.cum eſſet.ff.de leg.3.

Aliter ẽt reſpondet Soc.conſi.62.col.pe.uo. 3.quod ſatis dr̃ agnationem conſeruaſſe, ponendo maſculos in conditione, quos arbitratus eſt ſuccedere aſcendenti ab inteſtato, uel ex teſtamento.l.cum ratio.ff.de bo.damn. & rurſum malè,quia cum à ſucceſsione fœminæ (ut dicebamus) excludantur,ſui contemplatione, & à bonis ſuis,& includantur maſculi,non ea rõe,quia fuerit arbitratus teſtator eos aſcendenti ab inteſtato,uel ex teſtamento ſucceſſuros,includẽtur, & conſeruabitur agnatio,ſed ſui ipſius gr̃a: igitur uocati uidebunt,& (ut diximus) gr̃a agnationis conſeruandæ,maſculorum facta mentione.

Ad aliud rñdent, qđ expreſsio maſculinitatis benè excluſionem ſubſtituti,& fœminarũ inducit,ſed non qđ ipſi ſint uocati, & eſt rñſio Soci. in l.cum auus.col.65. ff.de cond.& dem.

Sed tutando Guid.Pap.& Dec.atq; alios, dici põt,hoc ipſum eſſe,de quo diſputamus, qđ q; reſponſio iſta confundi vr̃ per gl. ab ipſis alleg. in c.Rayn. in uer.maſculis, de teſtam.

Ad vlt.denique dicunt,maſculis lucrũ ab inteſtato applicari,non ex teſtamento.Sed replicabimus id eſſe ex diſpõne iuris cõis uerũ,nõ ex ꝓuiſione teſtõris,ergo maſculinitatis qualitas expreſſa,hoc ipſum operabit,ut uideantur uocati.

Nec ualet dicere, quod habeamus regulam, in
conditione poſitos vocatos non eſſe, quia hoc ca
ſu fallere dicemus, & procedere, quando ſimpli
citer dictum eſt ut hic, ſi ſine liberis deceſſerit,
42 †conſiderando quoque qualitatis proprium eſ
ſe, diſpoſitionem alterare. l. Aquilius regulus.
ff. de don. cogita tñ, & aliàs à cōi non recede, qa
rationes urgentes ſunt, ut ſupra.
Quintò & ultimò limitatur concluſio dictæ
gl. ultra coniecturas ƥdictas, qñ factũ fuiſſet le-
43 gatum in teſtamento, † & tunc, inq; dicto lega-
to filii adhuc in conditione poſiti, ſm Ang. in l.
in legatis. in lect. Flo. quam non habemus. C. de
lega. & hoc ſolum, qa legata ẽt ſolo nutu relin-
quuntur. l. nutu. ff. de lega. 3. exemplificando ad
propoſitum, ut hic per Iaſ. quod non eſt in hæ-
redis inſtitutione, qui poſtea dicit, quod cum re
gula d. l. ſi qs ſub ꝯditione dandorum decem. ff.
ſi qs om. cau. teſt. ita in legatis procedat, vt in hæ
reditate, limitatio erit dubia, idemq; Soci. in d. l.
cum auus. pro quibus facit qđ no. in l. regula. in
§. & licet. ff. de iu. & fact. ignor. & in terminis eſt
tex. in l. gñaliter, in §. cum aũt. in fi. C. de inſtit.
Nec obſt. text. in d. l. nutu, cui non rñdet Iaſ.
Imò qđ in d. l. in legatis, limitationem ſequiẽ, &
dicit no. qđq; nullus de ea mentionem facit, qa
dici poteſt, qđ qñ legata nutu relinquunẽ ſimpli
citer, non ponunẽ filii in conditione, nimirũ igiẽ
ſi nec ad legatum uocati uidentur, per reg. ut ſ.
& ita comperi poſtea Moder. ita ẽt reſpondere
in d. l. centurio, col. 103. at præſupponitur hic,
qđ politi fuerint. ergo.
Glo. 1. tradit duos intellectus ad text. quo ad
primum, expoſitionemq; uerbi conditionis in-
certum, ſatis dictum eſt ſupra, ſecundus uerus
44 eſt † quẽ ipſa quoq; ex hoc tenuiſſe vr. l. q filiũ.
§. Sabinus. ff. ad Treb. Bal. in auth. ex teſtamento.
col. 2. C. de colla. uitandæ abſurditatis gr̃a, qm̃
uel iſta l. uel illa, cum proponas. ĵ. eo. aliàs ſup-
flueret, & malè. §. quibus. in prima C. conſtit.
Glo. finitum, uiolat text. adeo reprehẽditur &
benè, ut per Iaſ. adde tu, qđ qñq; tolerabile eſt.
c. 1. & ibi Abb. de clan. deſpon. abſurditatis uitã-
45 dæ gr̃a, †ut proximè dicebam, & ut ibi declarat
idẽ Abb. & eſt arg. in l. nã abſurdum. ff. de bo. li-
be. ſed hic incurrerẽt potius, ſi ſic intelligereẽ
tex. ut dicit glo. ergo. eſt uerum qđ finitum eſt
tñ, non ipſo iure, ſed ope exceptionis, ut ſ. oſtẽ-
ſum eſt, nec repeto.
Glo. ſextante, tradit ſimiliter duos intellectus
ad tex. & ſm (ut dictum eſt quoque in prima) te
46 net & bene, præall. §. Sabinus. †aliàs dominiũ in
accipientem transferre non potuiſſet, ut tex. in-
nuit, ibi: dando præcipuè, quia vnius vnciæ tan-
tum erat dominus, portionis ſuæ. §. ſic itaque.
Inſtit. de actio. l. traditio. ff. de acquiren. rer. do-
mi. l. nemo. ff. de reg. iu. & declarant ſcriben. hic,
præſertim Iaſ. col. 4.
Reſtat glo. magna, quæ format aliquas oppo.
ut in ea (diuiſione enim facilis eſt, ut per eundẽ
Iaſ.) & primam ſoluit (in ceteris ẽt q̃ dicit prius
fuit expedita ſ. igitur non ſunt repetẽda aliter)
qđ licet iuri futuro renunciari non poſsit, quo
caſu loquuntur oppoſita, poteſt tamen id per pa
47 ctum remitti, †ut hic, & ita tranſit ẽt Bar. nec ſe
cus dicit gl. met in oppoſitis, id eſt in l. ſi ita ſcri
ptum. in §. ſi ſub conditione. ff. de leg. 2. & in l. q
ſuperſtitis. & in l. is qui hæres. ff. de acqui. hære.
& in l. qui poteſt. in §. 1. ff. de regul. iur. & in l. &
* hæredi. in §. filiafamilias. ff. de pact. & ita * com-
muniter tenetur, ut atteſtantur ſcriben. præſer-
tim Curt.
Sed puto ego aduertendum, ut dicebam alias,
qa gñalis rõ ur̃, aſsignata in renunciatione, quã
dici oĩno deberet nec pactum quoq; ualere, qa
ſcilicet res debita in diem, uel ſub ꝯdõne, ant q̃
dies ueniat, uel conditio exiſtat, ad nos non ptĩ-
net. d. §. ſi ſcriptum, & tamen (ut diximus) ua-
let, & fuſius Specu. in §. 1. nu. 5. & 6. de renun. &
conclu. cur ergo ſic diuerſum? quos enim ſeu q̃
nectit rationis idemptitas, quo ad diſpoſitionẽ
iuris, non ſunt ſeparanda. l. illud, & ibi Bald. illũ
tex. in princ. ita ſummat. ff. ad legem Aquil. & in
teſtamentis tradit Bar. in l. pater filium, in §. fun
dum. ff. de leg. 3. qui etiam dicit in l. metum. in §.
animaduertendum. ff. quod me. cau. qñ ratio po
nitur indeterminatè in lege, quod comprehẽdit
omnem determinationem, quæ poſsit ad eam
adaptari. & uidetur caſus contra iſtam ſol. in l.
denique. in §. ſi qui minori. ff. de minor. allega.
in glo. ubi legatum filiofamilias minori relictũ
eſt, poſt mortem patris, & ſic ſub conditione,
pater fecit pactum de non petendo, & ſic condi-
tione pendente conſenſit filius patri paciſcenti,
inquit Iureconſ. quod poterit in integrum re-
ſtitui, ergo pactum fieri non potuit, nec fa-
ctum ualuit.
Et in l. nec nos. C. de capti. ubi pactum ſuper
bonis materteræ captæ ab hoſtibus factum, ſiuẽ
tranſactio q̃ eſt pacti ſpecies nõ ualet, ergo nec
in præſenti caſu ualere deberet.
Breuiter à communi reſolutione haud rece-
dendo, dici poteſt, iſta non obſt. non primum,
quoniam eſto quod generalis ſit ratio, reſtringi
tur tamen ad terminos, ſuper quibus reperitur
poſita, ne abſurditas ſequatur & legum corre-
ctio. l. cui debes. ubi glo. ff. de ædi. edic. Modern.
in l. centurio. colum. 81. ff. de uulg. & pup. ſub-
ſtitu. ergo in renunciatione proceder, & non in
pacto, aliàs lex iſta corrigeret alias leges, ſe-
cus dicentes, abſurdiſsimum dic tu, l. prima. C.
de inoffic. dot. capitulo, cum expediat. de elect.
in ſexto. hæcque ueritas etiam patebit ex infra
dicendis.
Non ſecundum, quia pactum ualuit, ꝗq̃ mi-
nor ꝑp læſionem amplius reſtituatur, perindeq;
eſt dicto caſu, ac ſi pactum factum non fuiſſet.
l. quod ſi minor. §. reſtitutio. ff. eod. & in Barto.
&

* & * omnes ibidem declarant.

Vltimum tollitur per glo. & doct.& bñ, qđ ibi agebatur de hæreditate uiuẽtis,quæ nec re, nec ſpe debebaꝫ,hic uero mortui, igitur nō mirū ſi nō ualuit d.caſu.l.fi.ꝟ.e. & ut p eos latius, quia in his difficultatẽ fere nullā habẽtibus, laborandū nō eſt.Adde qđ d.l.nec nos,ita intellexit ẽt Bal.ꝯſ.79.col.2.uol.1.& ꝯſ.122.ad fi.eo. lib.& de hæreditate uiuentis agi dicitur, qñ nō habetur certitudo, qđ quis ſit mortuus, ut ibi probatur,& in d.l. q̃ ſuperſtitis,& in d.l. Is qui hæres.in §.1.ff.de a q.hæ.& in l.ſi quidem.ff.ſ.l. matrim.& in l.2.in §.ſi dubitetur. ff.quẽadmo. teſta.ape.& in l.multũ intereſt.ff.de condi.& de. & ubiq; not. qđque ſecus eſt in uenditione rei, quia uẽditor ſi dñs fuerit,licet emptor ſecus opinetur, ex quo cauſa erat habilis ad tranſlationẽ dominiũ,ualebit.§.per traditionẽ.Inſti.de re.di. l.tegula.§.qui ignorauit.ff.de in.& fac.igno. & in executione mandati apoſtolici deniq; extra figurā iudicij, qñ præbenda eſſe mihi collata ſic,confero ibi ſi uacat,qm ualebit pariter collatio attenta ueritate (intellige, quod uacet) licet nec executor ſciret nec ego,an re uera uacaret.Ita Io. And.& Io.Monach.in c.ſi tibi abſenti,de præben.in 6.quos refert, & ſupradicta limitando ſequitur Bal.in l.3.in fi.C.de ſen. quæ ſi.cer.quantita. & fine controuerſia ita eſt tenendū. & nota, quod licet hi duo caſus in hoc cõueniant,in alijs tñ diſcrepãt, qm ſpiritualia ſine traditione transferuntur. d. c. ſi tibi abſenti declarat Abb.in c. cū M. Ferrarien.col.9.de cõſti.c.fi.de cõceſsio.præbẽ.in 6. Ar. hid. in pœ. eiuſdem libri,col. pe.temporalia autem non. d. §.qui ignoranti.l.traditionibus,infra.eo.

Sed ad propoſitū, coq; redeũtes,unde digreſſi ſumus qritur, quæ nã potuerit eſſe rō diuerſi-
48 tatis,inter renuntiationem & pactū. †& reſpondẽt ſm glo.hic & in d.l. qui pōt.ff.de reg. iu. & Spec.in d.§.t.nu.7.de renun.& concl.& Bar. hic,iſtud ideo eſſe,quia pactum nititur cõſenſu duorum,ut ſupra, renunciatio autem unius tantum:ideo non ualet,pactum uero ſic,& eſt * cõmunis.c.1.de treu.& pa.§.ſed hodie.Inſti.de adopt.auth.itaque.C.communia de ſuc.

Contra quam tamen inſurgit Deci.motus qa in ultimis uoluntatibus, dependentibus à conſenſu unius, dominium in alium tranſit,ſine tra-
49 ditione.† l.à Titio.ff.de fur. & tamen in contractibus dependentibus à uoluntate duorum ſecus.l.traditionibus.infra eod.alleg.etiam ſupra, & fuit motiuum glo.poſitæ in l.in teſtamentis. ff.de reg.iur.

Sed poteſt reſponderi,quod tranſeat fictè nō uerè,ut ibi no.& in l.ſi tibi homo. in §.cum ſeruus.ff.de leg.1.& dixi aliàs, & nouiſsimè ita reſpondet Bar.in l.ſi quis ita. ff.de condi. inſtit. & Alex.in d.§.cum ſeruus.col.2. à morte teſtatoris,uerè autem ab adita hæreditate,ut in d.locis legitur, & duplex eſt confirmatio,primitiua & ſecundaria,inquit Bald.in l.1.lect.2.colum.ult. C.de ſacroſan.eccl.& ſicuti fingitur tranſire, ita fingitur non tranſiuiſſe ſi repudietur.l.Titio & Seio,& ibi Flor.ff.ad legem Aquil.ergo non cõcludit realiter. Imò quod nec generaliter uerũ eſt,quoniam tranſit particulare,non vniuerſale. d.l.à Titio.l.reſtituta.ff.ad Trebel.idem Bald. in l.1.column.1.ff.de legat.1.Item in legato ſpeciei non quantitatis intelligitur uerũ,puro non in diem,ſimplici non alternatiuo, & rei teſtatoris denique,non hæredis,uel tertii,ut ibidem.& no.rurſum,ut dicitur adhuc in d.§.cum ſeruus, quod fictio prædicta eſt inuenta non ad cõmodum legatarii,ſed ex neceſsitate iuris,imò quod nec tranſit,ſed ſtat in ſuſpenſo.d.§. cum ſeruus. præterea dic.m in legato fore ſpeciale, ut dicit Bar.in l.ſi ager.ff.de rei uen. & quod ſi hoc eſt ĩ legato,ſecus eſt in hæreditate tamen, quæ requirit aditionem.l.fi.§.tali.C.de cur.fu.

Secundò contra illam rationem arguit Deci. quod ſi legatum,quod à ſolo legatarii conſenſu pendet ſimplici renunciatione tolli poteſt, ut hic per Bart.col.1.dum allegat tex.in l.ſeruum filii.in §.1.ff.de legat.1.à fortiori deberet poſſe tolli qđ debetur uobis in futurum.l.ſeruus. infra eo.l.fi.de a q.poſſ.

Ad quod etiam reſponderi poteſt, & dici antecedens uerum, in quo caſu in quo loquitẽ Bar. cum ad nos non pertineat antequã dies ueniat, uel conditio exiſtat.d.§.ſi ſub conditione, & ſic non minus fallax illud eſt quàm primum.

Et ſi diceretur, quod hæc rō dicti & §. ſi ſub conditione habet quoque locum in pacto, dicam non eſſe uerum, ut ſupra, & clarius oſtendetur infra.

50 Vlterius inſtant Cur. † & Ripa, quod adhuc ratio non ſit bona,quia debet tantũ operari conſenſus unius in dependentibus à ſola ipſius uoluntate,quantum conſenſus plurium in dependentibus à uoluntate ipſorum. l. eius eſt nolle, cum ſim.ff.de reg.iu.

Et nos rurſum dicemus fore illud, de quo diſputamus,rationem ſubinde quæritantes,quare hoc idem ſcilicet inductum ſit, quod pacto ius de futuro remitti poſsit,ut hic, & non renũciatione,ut in d.§.ſi ſub conditione,& tandem reſpondentes,ut ſupra.

51 Aliā quoq; † rõem aſsignat Bal.hic poſt Iac. Bu.quis (ut dixi) cõis ſit optima,qđ renunciatio non ualeat, qa habetur reſpectus ad ſtatum præſentem,& cū de pſenti non ſit ius, cui renunciet,renunciatio non ualet,qa primario præſupponit habitum.l.decẽ.ff.de uerb.obl.ubi pactū aliàs futurum reſpicit, & obligat ad nõ petẽdū. l.ſi unus.§.pactus.ff.de pac.igitur non mirum ſi ſubſiſtit,& ſi ius futurum ẽt eo modo tolli pōt, q̃ & ſi ex aliquib.friuolis reddi poſsit dubitabilis,nō eſt tñ ĩprobanda,ut hic p Dec. & iudicio

meo probari uidetur in l.1.in §.decretalis, alle. etiam in glo.ff.de ſuc.ed.& in d.§.quod quis, & eſt arg.in l.fi.infra eo.dic tu de pacto eſſe caſum in l.ſi quis in conſcribendo.in prin. ibi, ſeſe non uſurum fori præſcriptione, infra eod. & ſi benè conſideretur, quod dicit Bald. idem eſt qđ dicit in d.§.ſi ſub conditione.

Tertia & ultima ultra alios, aſsignatur ratio, quod renunciatio ſiue repudiatio non admittatur, in qua ſignanter loquitur glo. quia forma à lege tradita, fi.poſt prin.C.de iur.delibe.ſeruari non poteſt, ubi aliàs ex conuentione partium legem accipit pactum.l.1.§.ſi conueniat. ff.depo. l.legem.infra eo.intelligendo tamen prout in l. pacta quæ contra.infra eo.& in l.iuriſgentiũ. in §.prætor ait.ff.eo.& quod de renunciatione dictum eſt, intelligi rurſum debet de ſimplici, quã do facta eſſet in præſentia teſtium, uel etiam abſenti, aut præſenti, & tacenti, ut hic per Dec.nu. 19.contra Bal.Saly.& Mod.qui uolebant qđ eſſet pactum, & ut per eum malè.

In ea.gl.ibi, ſecundo obſt. format vnã aliam oppo.qđ pactum non ualeat de l.1.§.qđ ait prætor.ff.quo.leg.ſciendum enim eſt, † interdictũ
52 quorum legatorum dari hæredi, ſi legatarius legatum occupauerit ꝓpria auctoritate, ut rei legatæ poſſeſsionem reſtituat, eſtque interdictum adipiſcendæ, & ſenſus tituli quorum legatorum, quis poſſeſsionem occupauerit, hæredi reſtituat, in quo etiam quomodo formetur libellus pulchrè docet Petr. de Bellapert. q. 113. modo dicit tex.in d.§.quod ait prætor, ſi hæres conſenſerit legatario ante aditam hæreditatem, ut rem legatam poſsideat, qđ non ob id interdictum prædictum, quod ſibi competit, ceſſabit.

Huic contrario glo.accomodat duas ſol.prima eſt quod ibi potius renunciatio quàm pactũ eſſe uideatur, & malè, ex quo hæres conſenſit legatario occupanti legatum, & ideo omnino uidetur pactum.l.1.ff.de pact.l.pactum.ff.de pollicita. Niſi replicetur ſaluando eam, quod ibi (ut dicunt doct.Alex.& Iaſ.) pactum eſſe nõ poſsit, ex quo conſenſus non eſt diſpoſitiuus, ut dixi ẽt in euidentialibus, & quomodo text. in l.1.ff.de pac.intelligitur, ſed permiſsiuus, ergo potius repudiatio ſiue renunciatio eſſe dicetur. Inſtat tñ adhuc contra d.ſol.Dec.quod licet non ſit conſenſus diſpoſitiuus, ſufficit tamẽ ut excludat hæredem conſentientem ab interdicto quorum legatorum, quod ueriſsimum eſt, ſi cõſentiat poſt aditam hæreditatem. ſed iterum replicabo ego, licet ſufficiat, qđ non tamen erit pactum, quia (ut dicebatur) conſenſus permiſsiuus eſt, non diſpoſitiuus.

Secunda eſt ſol.glo.quod ibi, id eſt in d.§.qđ ait prætor, inuitabatur legatarius ad relinquendum legatum, hic non: quam referri à nemine comperio, nec uideo quomodo poſsit ſubſiſtere, maximè quia non eſt ueriſimile quod ipſum reliuquat ſi iam occupauit, conſentiente hærede, & hoc quando conſenſiſſet adita hæreditate; quoniam aliàs (ut dictum eſt) conſenſus ipſi hæredi non præiudicat. & plus qđ hoc ſtante uideretur hic etiam inuitari Licinius ad remittendũ fideicommiſſum, cum ſextantem ſibi promittat Philinus, & ideo prima melior.

Tertiò ſoluit Bar. quod ibi eſſet pactum, ſed quod non ualuerit, ex quo ante aditam hæreditatem, nec ſpe, nec re competebat hæredi interdictũ quorum legatorum, hic autem ſpe iua cõpetebat Licinio, ideo pactum ualuit, & fideicõmiſſum remitti potuit.

Et malè ſecundum Dec. quia ea attẽta, nec etiam poſt aditam hæreditatem, conſenſus hæredi præiudicaret, & tamen præiudicat. Replica tu præiudicare, quia interdictum competebat ſibi re, propter hæreditatis aditionem: & miror quod tam facilè improbarit hac ratione ſol.Bar.

Ex alio tamen non placet, quia præſupponit quod ibi fuerit pactum, & malè ut ſuprà: prima igitur (ut dixi) tenenda eſt. Aut dic quarto loco, uel fuerit repudiatio, ſeu renunciatio, uel pactum, non ualuiſſe, quia nondum adita erat hæreditas, ſeu bon.poſ.agnita. l.qui poteſt.§.quod quis.ff.de reg.iur.l.1.§.decretalis. ff.de ſuc.edi. & aliis alleg.ſupra in prin.glo.

Quintò ſol.Dec.non attendi conſenſum hæredis d.caſu ante aditam hæreditatem, quoniam nec in eo uerba interdicti, poſita in l.1.ff.eo. pñt uerificari, quæ adita hæreditate intelliguntur, & benè, eademq; eſt cum proxima.

In ea.glo.ibi, tertio obſtant. habes aliud contrarium, quod pactum non ualeat, quia futuræ ſucceſsionis non ualet pariter.l.fi.infra eo.cum aliis ut per eam.

53 Soluit poſtea † & clarius Bar. quod hic teſtator erat mortuus, ibi uiuus, & ſic de ſucceſsione defuncti hic agebatur, ibi uerò uiuẽtis, & eſt no. in hoc, quod in fideicommiſſo iniuncto fratrib. teſtatori ſucceditur, & non frater fratri. l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de uulg.& pup.ſubſlit.Alex. hic, & in l.ex facto.in §.ſi quis rogatus.colum.4. ff.ad Trebel.

Secundò dici poteſt non ualere pactum, in d. iuribus, quia eſt contra bonos mores, hic non: ideo dicitur, non iniquis rationibus conuentione fideicommiſſum finitum eſſe.

Tertiò quod ibi inducat uotũ captandæ mortis, hic auferat, & ut dicemus fuſius in d.l.fi.

In ea.glo.ibi quarto opponitur, ſentit aliam oppoſitionem, quod cum ſit contra uoluntatem teſtatoris, quę eſt lex.§.diſponat, in Auth.de nup. uidebitur adhuc eſſe contra legem, & conſequenter non ualebit. l. pacta quæ contra. infra eodem.

54 Sol.nec contra legem eſt, † neque contra uoluntatem teſtatoris, cum non prohibuerit. Quã reprehendit Bar. quia ualuit pactum, etiam ſi ꝓhi-

hibuiſſet teſtator, cum factum ſit īter eos, ī quo
rum fauorem, diſpoſitio quoq; facta fuit, & ideo
non dicetur contra legem, nec conſequenter cō
tra uoluntatem teſtatoris factum.

Dicerem ego clarius non obſtare, quia non
eſt neque contra legem, neque contra uoluntatē
teſt toris, ex quo in hoc dubio uidetur uoluiſſe
ſe conformare cum diſpoſitione iuris commu-
nis. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. q̄ eſt qđ
fideicommiſſum per pactum remitti poſsit. l. cū
proponas. intra eodem. l. de fideicommiſſo, de
tranſactionib.

In a. glo. ibi, quintò hoc pactū. f rmatur alia
oppoſitio, quod cauſa ſecuta, ſuſceptiſq; à Phi-
lino liberis, deberet ceſſare pactum & non uale
re. Sed in ea non inſiſto, quia dictum eſt ſupra,
oretenus recitando glo. in prin. Noto etiam tñ
dum ſubiicit, qđ hoc uerum non eſt hic, ex quo
cauſa impulſiua fuit, non finalis quomodo intel
ligitur regula, quodq; finalis fuit remiſsio fidei
commiſsi, eumq; ea tranſitēt Bar. & eſt argu. in
l. 2. in §. fi. ff. de do. ubi ceſſante cauſa impulſiua
55 non ceſſat effectus, † adde glo. in c. cupientes. in
uer. periculoſis, de elect. in 6. & in c. duæ, in uer.
commendatitiis. 19. q. 2. Feli. latè in c. nonnulli.
in §. ſunt & alii. col. 15. de reſcrip. quomodo au-
tem cognoſcantur declarat, & exemplificat idē
Feli. in c. poſtulaſti. col. 4. eo. tit. melius Bal. in l.
56 1. in §. fi. ad fi. ff. de do. dicens † quod in lege po
ſita, ſemper præſumitur finalis, ſi uerò ab homi-
ne idem, dummodo ſit ad utilitatem dātis, deq;
eius intereſſe agatur: ſi aūt ad utilitatem recipiē
tis ut hic, quando dictum eſt ſi ſine liberis deceſ
ſerit, impulſiua.

In ea. glo. ibi, ſextò opponitur. adhuc oppo-
nit, quod cum hic ſit p tius tranſactio quędam,
debuit hæc lex collocari in tit. de tranſac. l. Impe
ratores. (adde tu) ff. de in di. ad. glo. in c. ne inni
57 taris. † de cōſti. friuolaq; oppoſitio eſt, ex quo
pacti & conuentionis mentionem facit, non trā-
ſactionis. & quia (ut ſubiicit poſtea ſoluendo)
nō eſt de re dubia & lite incerta, uti natura trā-
ſactionis eſt. l. 1. ff. de tranſac. & plus dicit Bart.
qđ etiam ſi loqueretur de tranſactione, benè ſta
ret hic, ex quo titulus iſte eſt generalis, & tranſa
ctio pactum. uerum cogita tu, quod hac ratione
attenta non debuiſſet etiam fieri titulus de tran
ſact. & tamen factus eſt. & quanquam tranſactio
ſit pactum, nō eſt tamen pactum ſimpliciter, ſed
ſecundum quid, non gratuitum ſcilicet.

Poſt hæc modo (& nunc ſum in glo. ibi, item
an poſſet agi) dubitatur, ſi ſextantē Philinus non
58 ſoluiſſet, an peti poſsit à Licinio. † & breuiter
dicit gl. & clarius Bar. hic ad fi. nu. 7. ſi dictum
fuiſſet do ut des, ſeu ut facias, fideicōmiſſumq;
remittas, quod ſic, quia remitti poteſt incontinē
ti, & ſic pro parte remittentis, ut eſt regulare in
contractibus innominatis, ſi quis uult agere ſci-
licet, ut prius pro parte ſua impleat, & poſtea a-
gat. l. naturalis. §. 1. ff. de præſc. uer. l. ex placito
C. de re. permu. l. Iulianus. §. offerri. ff. de ac. em-
pti, ubi qui uult agere, prius contractum obſer
uet, quiq; nō implet, neque obſeruat, non mere-
tur quoque ſibi promiſſa ſeruari. l. cum propo-
nas. ſecundo, infra eo. l. quæro. §. inter locatorē.
ff. loca. Corn. conſi. 40. col. 1. uol. 4. & ſi contra-
ctus innominatus eſt (ut dixi) ſiq; ſic dictū eſt,
actione præſcrip. uerbis ad dictum ſextantem a-
get Licinius, præal'eg. §. 1. l. 2. C. de pact. int. em
pt. & uen. plenè in l. ſiue apud acta, infra de tran
ſac. ubi ad dicendum ſe Bar. remittit.
59 Subiicit tamen glo. † quod per acceptilationē
& Aquilianam ſtipulationem fideicommiſſum
hic erat remiſſum ſecūdum Azo. (quid enim ſit
Aquiliana ſtipulatio, & acceptilatio, habetur in
§. item per acceptilationem, Inſti. quib. mo. tol.
obl.) licet Hugo tenuerit contrarium, de quo in
d. l. ſiue apud acta, & quia nec in hoc eſt dubita-
tio, ſcq; remittit Bar. tranſeo.

Sed ad idem quæro, quid ſi dictum fuiſſet ſic,
dabo tibi ſextantem, ut non petas fideicommiſ
60 ſum. † inquit adhuc glo. & Bart. qđ ſextans peti
non poterit, ex quo promittens, puta Licinius,
pro parte ſua non poteſt implere contractum
ex quo non petendo hodie poſſet petere cras, &
ideo ſummopere aduertendū eſt, quomodo uer
ba concipiantur. eſt uerum (ut inquit Dec. poſt
Imo. in l. Mutianæ. col. 2. ff. de cond. & demon.)
ſi in ꝓmiſsione iſta interueniſſet ſtipulatio, qđ
poſſet implere pro parte ſua, eo modo quo poſ
ſet uirtute ſtipulationis, præſtando cautionem,
ſcilicet, de non petendo fideicommiſſo, & hæc
cautio differret à cautione Mutiana, quia illa ha
bet uim implementi, & facit oriri actionem nō
natam, iſta uerò iam natam coadiuuat, ut idem
Imo. declarat in loco præallega. quo ſtante non
modo in contractu ſtricti iuris, eadem ratione,
uerum etiam & multo magis locum habere t in
contractibus bonæ fidei.

Vltimo quæro, an hoc caſu habeat locum cau
tio Mutiana, dabo tibi ſextantem ſi fideicom. nō
61 petieris † de eo non petendo. Concludit gloſſ.
Bar. & omnes hic & in d. l. Mutianæ, quod non,
ſed in relictis tantum, & aſtruunt omnes hanc
* eſſe opin. * cōem, adhibita tamen diſtinctione
ut ſupra, quo ad contractus, & fuſius quo ad ul-
timas uoluntates, ut per Imo. in loco præallega.
& pro nūc (aliàs eſt materia d. l. ſiue apud acta)
62 fauore † ultimarum uoluntatum. l. in teſtamen-
tis. ff. de reg. iu. & ita ſignanter dicit Alex. in l. ſi
apud. infra de tranſac. quod in contractibus non
ſuccedit loco implemēti, quo ad creditorem, in
ultimis uoluntatibus autem ſic, ratione prædi-
cta, & eſt ratio communis.

Quam tamen impugnat Dec. motus, quia fa-
uor conſideratur quo ad inſtitutionē. §. ante hæ
redis. Inſti. de lega. l. proximè. ff. de his quæ in
teſtam. delen.

Scđo

Scdò,quia in legatis ſit ſtricta interpretatio.
Tertiò,quia ſtipulatio ſub conditione negatiua,ſi quis Romę non erit,impletur in uita promiſſoris. l.ſi quis ſtipulatus. ad fin. ff.ex quibus cau. maior.

Ego tamen ab ipſa ratione non diſcedo,& ad primum dico non eſſe uerum,imò quod tollit generalitatem.d.l.in teſtamentis, & c.cum dilecti.de don.& eſt arg.in l.de precio. ff.de public.

Non obſt.ſecundum,quia eſto quod dicto caſo de minimis intelligatur,quia præſumitur teſtator uoluiſſe hæredem ſuum grauare minus q̃ ſit poſsibile,non propterea ſequitur quod legatum non ſit fauorabile in genere,argum.in l.qui iure militari.ff.de mili teſta.

Non tertium denique & ultimum,quia conditio erat certa,& nata ſuperinde actio,uſque adeo,ut impleri potuerit uirtute ſtipulationis p̃ſtando d.cautionem coadiuuantem (ut dixi ſupra) actionem iam natã.ex quibus ſumus de glo. omnibus etiam expediti.

Modo extra glo. pro declaratione materiæ, quærit Bar.an & quando iuri nobis competenti poſsit renunciari: & multa dicit conſiderando tria membra,ut per eum.ex cuius dictis,collige primo,& in primo quidem membro,quod iura nobis competentia re & ſpe,ex diſpoſitione legis,uel teſtatoris, abſque ſacto noſtro, poſſunt
63 repudiari,& per pactum remitti, † & eſt exemplum in hæreditate,quę quæritur filio etiã ignoranti,& in legatis quæ ſimiliter quærunt̃ ignoranti,à die mortis teſtatoris,& probatur ſecun-
64 dum eum in † l.ſi.Infra de repud.hær. ubi caſus clarus de hæreditate,quia ſi dubitatio eſt ibi, an ſuus abſtenſionem reuocet, omni alio caſu præſupponitur habilitas,hoc eſt quod poſsit abſtinere,& (ut dicit tex.) paternam hæreditatem recuſare.& de legato in l.ſeruum filii.in §.1.ff.de le.1.ubi ſimiliter dubitat I.C.ſi legatarius ignorans.rem legatam, legauerit, an ualeat legatum, & dicit quod ſic,cum primum uoluerit ad ſe pertinere,quia (ſubdit tex.) ubi non repudiauit, ipſius retro fuiſſe uidetur. & not. etiam in l.ei qui ita.ff.de condi.inſti.ubi glo.alleg.text.ſignanter in d l.ſeruum filii.
65 Addit † rationem tertiò Dec quia ſine facto noſtro nobis acquiſita,perfectè acquiſita non dicuntur,niſi ſubſequatur ratificatio, quia beneficium non confertur in inuitum.l.inuito.ff.de regul.iur. Et quia etiam iure ſpeciali acquiſitio facta uidetur, quo caſu debet quoque facile tolli repudiatione uel pacto.l.eius militis.§.ſi militia miſſus.ff.de mil.teſta.

Quarum neutra placet, quia imò acquiſitio perfecta dicitur,ex quo ad finem deducta eſt, & in hæreditate ſtatim facta,& in legato pariter,ex quo ipſo iure in legatarium dominium tranſit. l.à Titio.ff.de fur.eſt benè uerum ſi noluerit filius uel legatarius,quod & hereditas & legatum poterit repudiari, & per pactum remitti, ſed de rebus perfectè acquiſitis & repudiatio, & pactũ facta dicentur, quandoquidem in re ſua quilibet ſit moderator & arbiter.l.in re mandata. C.mã.

Non ſecunda,quia imò facta eſt acquiſitio de iure communi, d.l.ſi.præalleg.l.ſeruum filii, & ideo niſi leges haberemus,iſtud dicẽtes, non ita facile deberet (ut dicebatur)tolli.
66 Adde igitur tu † & quintò aliam rationẽ,idcirco poſſe repudiari,& per pactum remitti, quia qua facilitate acquiruntur filio & legatario, eadem debent poſſe tolli,argu. in l.ſi quis ui.in §. differentia.ff.de acq.poſſ.

Et ſic ex his concluſio dubium habere non uidetur,quam firmat etiam idem Bar. in l.Pomponius.1.nu.3.ad fi.ff.de neg.geſt.

Tamen aliqua obſtant,& primo Bart. ineptè loquit,dum dicit ſpe & re, iura nobis competere re hoc caſu,quandoquidem, ſpe de futuro ſit, de præſenti uerò re,acquiſitio facta,ita ut hæc duo ſimul ſtare nõ poſsint,arg.in l.ubi repugnantia. ff.de reg.iur.

Cui difficultati reſponderi poteſt in primis, quod Bar.ſit corruptus,& re tantum dicere uoluerit,quia ſtatim primum membrum declarare incipiens,de acquiſitione re tantum facta meminit. Sed nõ refert,quia debet intelligi re & ſpe, ut prędixerat,& quia etiam in ſecundo membro principali dicit quædam eſſe iura,quæ nobis cõpetunt ſpe & non re. vnde reſpondeo aliter q̃d re & ſpe intellexit,ad actum deducta,quia filius eſt in ſpe dum uiuit pater, ut ei ſuccedat,& legatarius propter merita,quod ſibi legatum relinquatur.l.nec adiecit. ff. pro ſocio. uel & aliter quòd uoluerit dicere aliqua eſſe,quæ nõ ſolum ſpe,ſed etiam re,ipſoq; iure nobis acquirantur, ut in exemplis præpoſitis,& ita eſt tenendum.

Secundò obſt.aliud contra Barto. quia in l.ſi ita ſcriptum.in §.ſi ſub conditione.ff.de lega.2. ſine facto noſtro ius nobis acquiritur, & tamen repudiatione tolli non poteſt. ſed nihil facit, quia (ut tex.met ibi dicit) legatum eo caſu erat relictum ſub conditione uel in diem.nec erat acquiſitum ius legatario re & ſpe, ſed ſpe tantum, & quia nec ad eum pertinebat legatum antequam dies ueniſſet,uel extitiſſet conditio. & plus, q̃d licet hac ratione tolli non poſsit repudiatione, poteſt tamen tolli pacto,ut ſupra dictum eſt ſæpius. & ſic parum obſtat, mirandumq; eſt maximè, quomodo ſic contrarium iſtud turbauerit ſpiritum Aret.in §.idem iuris. colum.19. Inſti. de except.quod atteſtantur etiam aliqui hic, cũ meo quidẽ iudicio (iterato dixerim) ex his non ualeat obolum.

Tertiò obſ.quia ſunt aliquæ actiones,quę nobis ipſo iure & abſque facto noſtro acquirunt̃, & ex diſpoſitione legis,& tamen pacto tolli nõ poſſunt,ut condictio furtiua, legis Aquiliæ, & negotiorum geſtorum,ſi quæſita ſit furioſo, uel abſenti,

abſenti,& ignoranti,ut in l.ſi tibi. in §.quædam.
ff.de pact.& in dicta l.Pomponius, & ibi glo. &
in l.u abſentis.C.ſi certum petatur, latè Matheſi
la.ſingu.162.

Iaſ.& Deci.reſpōdent etiam huic obiecto,ut
per eos.ego dico aliter,quod imò tollant, qd'q;
perinde erit ac ſi nobis acquiſitæ non fuiſſent.l.
ſeruum filii.§.1.ff.de leg.1.ſenſit Paul.Caſtr.hic,
col.3.& benè nec contrarium probatur in locis
ad idem alleg.

Vel & aliter,dato quod id uerum ſit,non ob-
ſtare dicamus, ex quo loquimur in his quæ no-
bis acquiruntur re & ſpe,inq; ultimis u luntà-
tibus.iura uerò prædicta in actionibus,deſcen-
dentibus ex delictis, uel quaſi contractu, q̃ duo
ſunt longè diuer a à caſu noſtro.

Secundò collige ex dictis Barto.ſi iura nobis
competant ex aliquo facto noſtro,& perſonalia
ſint,quod renunciatione tolli nullo modo pote
67 runt,† pacto autem ſic,dummodo fiat parte p̃-
ſente,quod probat Bar.ex eo, quia nemo poteſt
alteri ſtipulari.l.ſtipulatio iſta.§.alteri. ff.de uer
bo.oblig.ſed iudicio meo non probat hęc ratio
concluſionem Barto.ad quod aduertit etiā Cur.
& benè,quia aliud eſt dicere,quod nemo poſsit
alteri ſtipulari,aliud uerò quod ius perſonale no
bis acquiſitum facto noſtro tolli non poſsit re-
nunciatione,pacto uerò ſic. ideo & melius De-
ci.aſsignat rationem, hoc ideo eſſe, q̃a ſicut ius
duorum conſenſu acquiſitum eſt, & obligatio
contracta,æquè conuenit, ut etiam eodem mo-
do tollatur.l.prout quiſque.ff.de ſolu.l.1.C.qñ
li.ab emp.di.c.1.de reg.iur. quomodo arguit e-
tiam Bal.& ſignanter per d.l.prout quiſque.in l.
cum mulier.col.9.ff.ſol.mat.& Iaſ. in l.ſi unus.
in §.pactus.col.4.ff.de pac.

Tamen aduerte,quia gl. in d.l.prout quiſq;,
dicit,non tolli ex hoc propterea, quod reſolui
aliis modis,ſine tolli non poſsit, & replica uerū
fore dummodo modi ſint ſimiles, non renuncia
tione ſimplici, iuxta glo.in l.ſi fugitiui. C.de ſer
uis fugitiuis.

68 Secundò † dicit Dec.probari, quia ſi confitea
tur creditor debitorem ſuum non teneri eo ab-
ſente,ſibi non præiudicat poſt Bart.in l.non ſo-
lum.in §.ſi liberationis uerba,ad finem. ff.de li-
ber.legat.

Quod etiam tutum non uidetur liberationis
fauore.l.pactum.in princ. ff.de pact. ſed adhuc
nihil eſt,quia ualeret facta debitore præſente,ut
in pacto quanquam nudo,liberatorio, loqui ut
tex.in d.l.tale pactum,& ut infra.

Tertiò addo ego benefacere,quia niſi ſic dice
remus,iam non diſtingueretur actus iſte acqui-
ſitionis,mediante facto noſtro,ab actibus acqui
ſitionis ſine,non dicendum,& maximè, quia di-
uerſitatis ratio ex ſ.dictis aſsignari poteſt. l.ſi li
bertus minorem.ff.de inrepat.

Tertiò collige ſi ſit ius reale quod adhuc (in
telllige) competat nobis ex aliquo facto noſtro,
& ſit poſſeſsionis, quod ſimplici renunciatione
69 perdi poterit,† dominii uerò non Quæ conclu
ſio etiam minus dubitationis habet, probaturq́;
in l.ſi quis ui.in §.differentia. ff.de acqui.po.ubi
caſus clarus.

Et ratio eſt (ut dicebam etiam ſupra,licet ad
aliud) quia ut poſſeſsio facile acquiritur,facile
etiam amittitur,& no.in d.§.differentia.

Niſi (ut inquit Dec.hic,ſed eſt deciſio Bar.in
l.non ſolum.in § ſi liberationis uerba.ff.de libe.
leg.) uelimus habere rem pro derelicto,q̃a tunc
ſola uoluntate fieri poteſt, & benè: nec uideo
quod ſit contra Bar.urgens contrarium,ut inq̃t
Cur.faciens de culice elephantem, & probatur
in §.fi.Inſti.de re.diu.ubi ad idem no.tex.

Tamen conſidera tu quantum ad iſtud opor-
tere uoluntatem hāc declarare facto uel uerbo:
facto ut in d.§.fina.uerbo uero, ſi confitear rem
meam eſſe tuam ſine cauſa,ut per Feli.in c.ſi cau
tio.col.2.de fi.inſtr.& confeſsio hæc idem ope-
rabitur quod renunciatio,cogitabis.

Quartò collige,& nūc ſum in ſecundo mem-
70 bro, ſi ius nobis ſpe tantum competat, † quod
pacto remitti poteſt,renunciatione autem non,
ut hic, & in d.§.ſi ſub conditione. & quia dictū
eſt ſupra, ſatis in hoc non inſiſto.

Quod tamen de renunciatione dicitur, limi-
71 tatur primo,quando eſſet facta parte † præſen-
te,quoniam tunc (dicit Bar.) iſtoq; in caſu habe
ret uim pacti.l.tale pactum.in prin. ff. de pac.pa
cto remitti poteſt,ergo.

Imo.nihilominus in l.1.in §.ſi quis ante. col.
2.(ut etiam hic Dec.refert) ff.à quib.ap. non li.
inquit tex.ī d.l.tale pactum,nihil facere,ex quo
loquitur in iure competenti alicui de præſenti,
Bar.uerò hic de futuro.

Sed nihil eſt, quoniam ſufficit quod renun
ciatio uim habeat pacti,uel ius de præſenti, uel
de futuro ſit,maximè liberationis fauore, ut ibi
no.quo caſu arg. concludit qd' renunciatio ua-
* leat.ea de re cum Bart.tenet Alex. & alii * cōi-
ter & bene.l.qui patitur.ff.mand.

Verum inſtat Dec. quod idcirco repudiatio
non ualeat, quia habetur reſpectus ad præſens,
& cum non habeat rē repudians,repudiatio non
ualeat,quia priuatio præſupponit habitum.l.de
cem.ff.de uerb.obl.l.qui poteſt. §. quod quis.ff.
de reg.iu.l.1.§ decretalis.ff.de ſuc.edic. pactum
autem ſic,quia futurum reſpicit,ex quo promit
tens promittit non petere,quæ ratio tamen (in
quit ipſe) non uidetur militare,ſi pars ſit præ-
ſens & taceat, quia uidetur acceptare repudia-
tionem ſimpliciter factam,ex qua nec induci ui
detur obligatio non petendi in futurum, prout
in pacto conſideratur.

Dictū meo quidem iudicio abſurdum, quia
imò etiam quod taceat pars promiſsionem acce
ptare uidetur eo modo quo fit,cū de ipſius uti-
litate

liſtare agatur, uerum ſit pactum de fideicommiſ
ſo non petendo, quod non aliter intelligi poteſt
niſi in futurum, & ratione ſpei, quam habet de
præſenti, igitur vim pacti habebit (ut diximus)
q. ualebit. & ſi hoc eſt uerum facta renunciatio
ne parte præſente, infertur (ut inquit Bart. in-
fra) qđ non ualebit facta ea abſente, & benè. d. §.
ſi ſub conditione.

Se undò limitatur, ſi facta ſit quanquam ab-
ſente parte in iudicio, quia tunc ualebit pariter,
72 † ut §. l. 1. cum ibi not. ff. de cur. bon. dan. ubi hæ
res inſtitutus ſub conditione, conditioni parere
cogitur, ſi poteſt: ſi uerò reſponderit ſe non adi-
turum, etiam ſi conditio extitiſſet, uendi debe-
bunt bona defuncti.

Tamen dicit Dec. ibi hoc non probari, quia
refert ſe ad futurum. & malè (reſponde tu) quia
refert ſe ad futurum in iudicio, ideo ſibi præiu-
dicat, & renunciatio ualet, & eſt arg. in l. cũ oſtẽ
dimus. in §. fi. ff. de fideiuſſ. tut.

Inſtat tamen adhuc Deci. quod ratio d. §. ſi
ſub conditione, militat ẽt in iudicio, quod de pͥ-
ſenti ius non competat.

Sed cogita, quod cum renũciatio uim habeat
pacti, quoniã in iudicio eſt iudex, ſiue notarius,
qui partis perſonam repræſentat, argum. in l. bo
norum. C. qui admi. & in l. ſi ob cauſam. C. de eui
ctio. glo. in l. de pupillo. in §. meminiſſe. ff. de no.
ope. nun. Bar. in l. 3. in §. idem ſcribit. num. 11. ff.
de pec. & pactum ualeat, quod futurum reſpicit,
non eſſe uerum, quod ratio d. §. ſi ſub conditio-
ne, militet etiam in iudicio.

Tertiò limitatur, quando renunciatio foret
73 iurata, † ut Doct. hic dicũt, & maximè Iaſ. poſt
Cuma. in l. is qui hærea, alleg. in glo. ff. de acqui.
hæred. Moti quia natura iuramenti eſt, ut ad ius
de futuro porrigatur, & quia (ut ibi declarat ẽt
Alexan. hoc ipſum confirmando) facit ualere a-
ctum eo modo quo poteſt. l. cum pater. §. filius
matrem. ff. de le. 2. 2. aliàs (adde tu) nihil opera
retur & malè, l. ſi quando. ff. de leg. 1. c. ſi Papa.
de priuileg. in 6.

Sed obſt. unum (ut ſentiunt Dec. & Cur. hic)
nam certum eſt quod iuramentum ad plus non
extenditur, quàm extendatur actus cui adhæret.
l. fi. C. de non nu. pec. renunciatio non trahĩ ad
ius de futuro, ergo nec iuramentum.

Quòd meo quidem iudicio, non eſt uerum,
imò plus dico, quod ſemper aliquid addit actui,
& ipſum facit ualere (ut diximus) omni melio-
ri modo quo poteſt. d. §. filius matrem, ut ſcili-
cet ad ius de futuro porrigatur: ex quo tollitur
reſponſio tradita hic ab eodem Deci. ad d. §. fi-
lius matrem. Et maximè quia ſic iurata uim pa-
cti habere uidetur, & ſtipulationis, ut no. in l. ſi
pecunia n. ff de cond. ob cau. Bald. pulchrè con-
ſil. 291. cõl. pen. uol. 2. pactum autem futurũ re-
ſpicit, vt dictum eſt ſupra, ergo.

Nec obſt. text. in l. fi. C. de non nume. pec. q̃a
eo in caſu deficiebat conſenſus in principali di-
ſpoſitione, quo fit ut neque mirum ſit, ſi nõ ex-
tenditur, & ſi non ſupplet defectum ipſius con-
ſenſus, & ut fuſius declarat idem Iaſ. in l. ſi con-
uenerit. colum. 3. ff. de iuriſd. omn. iudic. hic au-
tem aderat, ergo.

Quartò limitatur adhuc, eodemque Iaſ. teſte,
74 conclu. hæc, in renunciatione † geminata, fuitq;
limitatio (ut dicit) glo. poſitæ in c. ſi cautio, &
ibi no. Abb. de fide inſtr. & benè quidem, ut ge-
minatio aliquid operetur, ſicuti de iuramẽto di-
ximus, arg. in l. Baliſta. ff. ad Trebel. & fuſius, ut
idem Iaſ. declarat.

Sed adhuc inſtat Dec. quod nõ ſit uera, ex quo
ratio, quare renunciatio non ualet, nec ad ius fu
turum porrigitur, quia ſcilicet agitur de iure,
quod de præſenti competebat, militat etiam in
* ea geminata, & rurſum malè, quanquã oẽs * fe-
rè cum eo dubitent, quia cum geminatio arguat
deliberatam uoluntatem renunciantis. c. ſi quis
iratus. 2. q. 3. perinde eſſe uidetur ac ſi iuraſſet:
ſed quando iurata eſt ualet, & ad ius futurũ por
rigitur, ergo & quando eſt geminata. cogitabis.

Quintò & ultimò limitatur, quando iſta re-
nunciatio eſſet facta in ſcriptis, & alteri miſſa, q̃a
75 iſto quoque caſu ualeret, † ut poſt Bart. in l. nu
da. ff. de don. inquit Scyſe. nec aliter declarat, ſed
ſe remittit ad plenè dicta per Alex. conſi. 90. co-
lum. 1. uol. 4. Igitur dic tu uerisſimam fore, & ĩ-
dubitatam, quia ſi perueniat ad eum, ad quẽ mit
titur, & illi conſentiat, uim habebit pacti, pactũ
autem porrigitur ad ius de futuro ut s̃. ergo & re
nunciatio, & conſequenter ualebit.

Quintò collige in tertio & ultimo membro,
76 ſi ſit ius nobis non competens, nec re, nec † ſpe,
uerbaq; renunciationis ſeu pacti ſapiant diſpo-
ſitionem de præſenti, quod ad aliud ius futurum
non porrigetur.

Quam concluſionem probat Bart. per tex. in
l. nec non. C. de capt. & in l. 1. in §. qđ ait prætor.
ff. quo. leg. alleg. etiam in glo. s̃.

Sed aduertendum eſt, quia ſi non re, ſpe ſaltẽ
paciſcenti ſeu renuncianti competebat, & ideo
licet renunciatione tolli non poſſit, uidetur ta-
mẽ quod collatur pacto, ut ſupra dictum eſt pa-
riter, & fuſius. imò & renunciatione, ſi fiat parte
præſente, ut ibi. cogita.

Sextò & ultimò collige, ſi uerba pacti in futu
77 rum porrigantur, quod ualebit. † exemplum ſi
quo tempore res ad me pertineret, etiam ex cau
ſa de futuro, promitto tibi eam non petere, ſeu
facio tibi pactum de non petendo. & meo qui-
dem iudicio, indubitata eſt. & probatur ſecun-
dum Bar. per text. in arg. tamen, in l. ſi rem meã.
ff. de uerb. obl. ubi ſi rem meam ſub conditione
ſtipuler, ualet ſtipulatio, dummodo poſtea tem
pore exiſtentis conditionis res non ſit mea.

Cui tamen alius contrariari uĩ, in l. nemo. ff.
eodem. ubi nemo rem ſuam utiliter ſtipulatur.

Sol.

Sol. uerum eſt purè, ut ibi: at ſub conditione ſecus, ut in d. l. ſi rem meam. & ratio diuerſitatis eſt, ut ibi per ſcriben. ſic igitur in propoſitum pactum ualebit in caſu noſtro, exemplificãdo ut ſupra, & maximè quia contractus ex conuentione partium legem accipiunt. l. legem. C. de pact. l. 1. §. ſi conueniat. ff. depo. l. contractus. ff. de reg. iur. & cum uerba paciſcẽtium ſint clara, inq; eis nulla difficultas, non eſt admittenda uoluntatis quæſtio. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. ff. de lega. tertio. ea de re dixi concluſionem indubitatam eſſe.

Sed quid in dubio ſi ſimpliciter dictum ſit,
78 † ſi quo tempore res ad me pertinebit facio tibi pactum de non petendo; an ualeat, & an iſta uerba ius futurum comprehendant, qđ ex noua cauſa ſuperueniret?

Deci. hic, uidetur tenere quod ſic, quia ſunt generalia, & generaliter debent intelligi. l. emptor. §. Lucius. ff. de pac. aliàs nihil operarentur, nec pactum ipſum pariter. & malè. l. ſi quando. ff. de leg. 1. c. ſi Papa, de priuil. in 6. & eſt ad propoſitum, arg. in l. hæc uerba. ff. de lega. 1. & in l. non rectè. C. de fideiuſſ. quorum uerborum tamen appoſitio, non eſt ſpernenda, non (ut dixi) quod ſint neceſſaria. l. non ſolent. l. quæ dubitationis tollendæ gratia. ff. de reg. iu.

Dubium nihilominus facit, qđ dicit Bar. in l. poſt emancipationem. in §. 1. ff. de lib. leg. quod quando remittitur ius de futuro, quod remittẽs habere ſperat, intelligitur ex cauſa de præſenti (ſic enim propriè eſt ſperare. l. cum uerò. in fin. princ. iuncta glo. ff. de fideicom. lib.) & ꝓpterea exprimi omnimodo debent uerba ſupradicta, aliàs pactum non ualeret.

Sed reſponderi poteſt hoc idem uerum fore propriè loquendo, at cum aliàs conſtet hãc fuiſſe mentem paciſcentium, ex generalitate uerborum (ut diximus) omnino ius futurum comprehenditur, etiam ex noua cauſa, licet non exprimatur, & pactum ualebit. l. in cõditionibus primum locum. ff. de cond. & demon. l. cum uirum. C. de fideicom. l. 3. §. conditio, ad fi. ff. de adim. lega. & ex his finis impoſitus ſit huic no. difficillimęq; l. 1. C. de pact. die 15. Maii 1563. Patauii.

Laus Deo opt. maximo.

SVMMARIVM.

1 *Pactum quid ſit, & multa de exornatione diffinitioni poſitæ in l. 1. ff. eo.*
2 *Pactum unde dicatur.*
3 *Pactum quid differat à conuentione et à cõtractu.*
4 *Conſenſus quotuplex ſit.*
5 *Pactum quid differat à pollicitatione, & aliud expreſſum, aliud tacitum. nu. 6.*
7 *Obligatio ex pacto in l. 1. C. de pact. qua oriatur.*
8 *Conſenſus fictus obligationem naturalem non parit, nec tollit.*
9 *Pactum quare efficacem actionem non producit, nec obligat ciuiliter, & naturaliter.*
10 *Donatio eſt contractus nominatus.*
11 *Intellectus ad l. ſi unquam. C. de reuo. don.*
12 *Intellectus ad l. non eſt ſine liberis. ff. de uerborum ſignification.*

Prouerbio xxiii.

In auribus inſipientium ne loquaris, quia deſpicient doctrinam eloquii tui.

Additiones nouiſsimę ad l. 1. C. de pact.

Additio 1.

Præmitte primò quid ſit pactum,
1 † quia de pacto agebatur hic inter Philinum & Licinium, & qa etiam poſita eſt lex iſta in titulo de pactis.

Et reſponde breuiter, quod eſt duorum, pluriumve in idem placitum & conſenſus. leg. prima. ff. eodem.

Exinde notando & primò, quod non pactum ſed pactio dicta eſt ibi à Iureconſ. quæ tamen à pacto prouenit, ut deriuatus à deriuante, inquit Bal. in tract. de pac. col. 3.

Secundò quod dixit duorum, ad differentiam pollicitationis, quæ eſt ſolius offerentis promiſſio. l. pactum. ff. de pollicita. & teſtamenti, quod in ſola uoluntate teſtatoris cõſiſtit. §. diſponat. in Auth. de nup. l. ſi quis. in princ. teſtamenti. ff. de leg. 3. & iuramenti, quia eſt actus ſolius iurãtis & uolũtas. c. Quintauallis. & ibi Bal. colum. 2. de iureiur. & idem in lege dicimus, quæ à ſola uoluntate principis pendet, l. fi. ad fi. C. de legi. et quia ex conſenſu unius tantum non oritur actio, uel officium iudicis, ſed plurium, ſiue duorum. l. Pomponius. 1. ff. de neg. geſt.

Tertiò dixit pluriumve, quia duo non ſunt plures. §. fi. Inſti. de iu. perſ. l. 1. §. hoc reſcriptũ. ff. ad Sillan. Bart. in l. licet Imp. in prin. ff. de leg. 3. unde eccleſia, quæ eſt collectio fidelium, non ab Adam cępit, quia unus: nõ a Cain, quia duo, ſed ab Abel, ut ſacræ dicunt literæ, & legitur Gene. 4. & eſt argumentum in c. in omni negocio. de teſtibus.

Quartò dixit in idem, quod exponi debet, dãdum uel faciendum, certum uel incertum. l. 2. in princip. ff. de uerbo. oblig. l. unica. C. de ſentent. quæ pro eo.

Quintò & ultimò dixit placitum, & conſenſus, exponiq; rurſum debet. i. placitus conſenſus, quia ſunt duo ſubſtantiua, quæ reſoluũtur, ut unum ſit adiectiuum alterius, iuxta doctrinã Bar. in l. 1. nu. 2. ff. de iuſt. & iu. idẽ in l. 1. ibi uis, atq; poteſtas. ff. de tute.

Et

Et eſt figura quæ à Grammaticis nocatur en
diadis, qualis illa, Arma uirumq́; cano. i.arma-
tum uirum. Pateris libamus & auro.i.pateris au
reis,& ut latius no.in d.l.1.ff.de pact.

Et placitus,id eſt ſpontaneus,ac uoluntarius
non coactus , quanquam ipſe quoque cõſenſus
ſit,ſed impropriè.c.ſacros,quod me.cau. l.ſi mu
lier.§.ſi metu.ff.eo.

Et ad propoſitum ſcias , quod iſte conſenſus
intra nos eſt,uſquequo perueniat ad labia, nec
eſt interim obligatorius,nec obligat.l.ſi repetẽ
di.C.de condi.ob cau.at poſteaquàm uerbo uel
facto declaratus eſt , tunc incipit eſſe obligato-
rius.l.ſicut.C.de act.& obl.Bald. in rub. de præ-
ſcrip.nume.2.

Additio 2.

2 Præmitte 2.unde dicatur pactum. † & decla-
ra,quod à pactione dicitur,ut effectus à cauſa. l.
licet.§.ea obligatio.ff.de procu. unde poſtea no-
men etiam pacis appellatum eſt , & quia de hoc
quoque habemus tex.clarum in d.l.1.ff.de pact.
tranſeo.

Additio 3.

Præmitte 3.quid differat à conuentione, & à
3 contractu,† & dic,ut dicebam aliàs, qđ differt í
hoc ex quo conuentionis nomen , generaliſsi-
mum eſt.l.1.§.adeo.ff.eo.Bald.in l.1.col.2. C.de
uſu.& in l.2.C.de pact.int.emp.& uen. pactũ ge
nerale.l.ſi unus.§.pactus.ff.de pact. & cõtractus
denique ſpeciale.l.Labeo.§.cõtractum. ff.de uer
bor.ſignifi.l a Gulіel.Accur. in diſputat. incip.
ſtatutum.colum.1.

Et quia pactum,de quo hic in conſenſu potiſ-
ſimum conſiſtit,ut ſupra, ſcias etiam , qđ triplex
4 eſt licentiatiuus,† & de illo in l.1.in §.quia autẽ.
ff.quorum legatorum , qñ teſtator conſenſit ut
legatarius propria auctoritate legatum capiat ,
non eſt manu hæredis,ut eſt regulare.diſpoſiti-
uus, qñ obligat ut hic,& repudiatiuus , ut in l.ſi.
ita ſcriptum.in §.ſi ſub conditione.ff.de leg.2.&
de hoc etiam infra,ubi Odof.& Sal.col.1. Eſt ẽt
auctoritatis. .obligari.§.tutor. ff.de auct.tut. &
confirmationis,de quo in l.ſi quis mihi bona.in
§.iuſſum.ff.de acq.hær. argu . in l. Pomponius.
1.alleg etiam ſupra,licet ad aliud.ff.de neg.geſ.

5 Differt ẽt pactum † à pollicitatione ut ſuprà,
& quia pactum eſt quando quis promittit alicui
roganti,animo paciſcendi,aliàs eſſet ſtipulatio,
pollicitatio uerò quando promittit non rogan-
ti.l. uriſgentium.§.quod ferè. ff.de pact. uel di-
camus,quod inter ſtipulationem,& pollicitatio
nem pactum ſit medium,ut dicit Bal.in tract.de
pact.ut ſup.col.3.

Additio 4.

Præmitte 4.qđ pactum, aliud eſt expreſſum,
6 aliud eſt tacitum:† expreſſum quod fit parte prę
ſente,& de iſto hic,& in d.l.1.ff.de pact.tacitum
uerò ſi ſubintelligatur,exempli gratia in credi-
tore ſolutionem recipiente ab uno ex pluribus
obligatis,qui ſibi tacite pactum feciſſe uidetur
de non petendo.l.ſi creditores. l.2.& utrobique
no.infra eo.latius in d.l.1.

Additio 5.

7 Præmitte 5.quod ex iſto pacto † oritur natu
ralis obligatio , propter conſenſum. l.cum am-
plius.§ is natura debet.ff.de reg.iu.ubi ego latè.
hinc dicit Bal.in l.ex hoc iure.colum.4.ff.de iu-
ſti.& iu.quod obligatio naturalis eſt de iure gen
tium,& ciuilis de iure ciuili, quodq́; eſt regula,
quæ nunquam fallit .

Dic melius, quod in pacto oritur, ex natura-
li quadam ratione,quodq́; ſolis hominibus con
uenit,quia bruta rationem non habent.l.1.§.cũ
arietes.ff.ſi quad.pau.fe.di. & conſiſtit in obſer
uatione pactorum ut hic,& in d.l.1.ff.de pac. &
pactum ipſum populi orientales olim pactum
ſalis appellabant,quoniam paciſcentes,ſal come
debant,ut perpetuo duraret,ex quo nec ſal cor-
rumpitur, unde 1.Eſdre.c.4.nos autem memo-
res ſalis,quod in palatio comedimus, alia eſt ob
ligatio naturalis,quæ oritur ex inſtinctu natu-
ræ,quæ antidoralis appellatur, ut benè facienti
benefaciamus,& de iſta in l.ſed ſi lege.in §.con-
ſuluit, ff de pet.hære.dora enim Græci munera
uocant,quod manu dentur : unde antidora , il-
ludque etiam prodiit,homo homini Deus. l.ſer
uus ea lege.ff.de ſer.expor. & iſta communis eſt
cum brutis , pactumq́; illud ſiue obligacionem
Theologi,obligationem charitatis uocant. quæ
licet actionem nõ producat , parit tñ laudabiles
effectus,enumeratos in d. l. ex hoc iure , ubi in
ſpẽ Iaſ.ff.de iuſti.& iur.

Verum ad id, quod de conſenſu dictum fuit
obſtat,quia qui à ſententia non appellat conſen
tit. l.ab eo.C.quomodo & qñ iud.& eſt conſen-
ſus tacitus, qui deberet idem operari quod ex-
preſſus.l.cum quid.ff.ſi cert.peta.& tamen ex eo
non oritur naturalis obligatio , ut dicit Bart. in
d.l.ab eo. Sol.non eſt cõſenſus uerus,ſed fictus,
quia fingit lex ipſum non appellantem conſen-
tire,nos autem loquimur in uero, & ita Iurecõ.
in d.§.is natura debet,ergo nimirum, ſi nec obli
8 gationem naturalem parit † nec tollit, ut p eun
dem Barto.in d.l.ab eo, & in l.a. numero.quin-
to. ff.de iureiur.

Sed quare eſt, quod pactum actionem effica-
cem non producit,nec obligat ciuiliter & natu
raliter ? Solu.quia obligationes, ſui natura ſunt
9 odioſæ,† & ne paciſcens inconſultè uideat uo-
luiſſe ſe obligare, ut no in l.1.in §.ſi quis ſimpli-
citer. ff.de uer. obl.

Additio 6.

Scriben.hic in not.difficultatem mouent, qđ
ita reuocetur ſextans hic,datus per ſuperuenien
tiam filiorum , ſicuti reuocatur donatio in l. ſi
unquam.C.de reuoc.don.datus dico Licinio , à
filiis Philini uerò reuocetur . Cui poteſt reſpon
deri, ut hic dixi in lect.multis modis : adde no-
uiſsimè

uiſsimè adduci non meruiſſe, & nihil penitus fa-
10 cere, † qm̃ loquitur in donatione, quæ eſt contractus nominatus olim & hodie, ut per Bart. in l. in ædibus. in §. 1. ff. de don. nos autem in pacto qui eſt contractus innominatus ſecundum glo. in l. 1. ff. de act. & obli. uſque adeo, ut ex diuerſis illatio fieri non poſsit. l. Papinianus exult. ff. de minorib.

Vel dic quod ſextans hic, Licinio adhuc datus ſit, quia Philino antedicto, fideicommiſſum remiſerat, & ſic in remunerationem, deciſio aũt d. l. ſi unquam, non procedit in donationè remune-
11 ratoria, † ut p Bald. ibi, & Ro. in l. ſi uerò. in §. de uiro, fallen. 48. ff. ſol. mat. ergo.

Additio 7.

Dec. hic, in 4. no. dicit qđ tex. in l. non eſt ſine
12 liberis. ff. de uerb. ſig. loquitur negatiuè, † idq; etiam Bal. ante eum in auth. ſed & ſi quis. col. 3. C. de ſecun. nup. & nimirum ſi in uno etiam uerificatur, quia negatiua magis negat, quàm affirmatiua affirmet. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de uerb. ſig. l. hoc genus, & ibi gl. ff. de condi. & demon. & rationem ultra eum aſsignat Bal. in c. 1. i prin. in ult. col. de prohib. ſeu. alie. per Fed. in uſibus. tamen non eſt uerum, quia imò ẽt loquitur affirmatiuè ibi: hæc enim enunciatio habet liberos, nõ habet liberos ſemper plurali numero profertur, ſicuti pugillares & codicilli, ideo not. ipſum ordinandum eſt potius, ut ego dixi hic in lectura.

Dicit item, qđ ille tex. rurſum in d. uerbis, ſpecialem habet rationem, & malè, qm̃ prolata ſunt potius ſimilitudinariè, & quaſi exempli cauſa: exempla autem non reſtringunt regulam. §. hactenus. inſti. de gradi. ergo.

SVMMARIVM.

1 *Pactum nudum quid ſit, et uerbum conuenit id importat.*
2 *Pactum nudum eſt medium inter ſtipulationem, et pollicitationem.*
3 *Pactum nudum pluribus ueſtitur modis.*
4 *Contractus, ſubſtantialia, naturalia, & accidentalia quæ.*
5 *Contractus uis extenſiua, & reformatiua quæ.*
6 *Pactum duobus modis eſt contractus, effectu ſcilicet, & effectu & nomine.*
7 *Contractus quodam ſunt ſtricti iuris, quodam bonæfidei.*
8 *Lex petens procedit in contractibus ſtricti iuris, & in contractibus bonæfidei.*
9 *Cõmuniter ignoratur, & difficilius redditur, quod multipliciter exponitur.*
10 *Pactorum utres ex quinque, de quibus in l. pacta quæ contra, duæ continetur in l. petens, C. de pactis.*
11 *Informare quid ſit.*
12 *Contractuum quidam conſenſu perficiuntur, quidã uerbis, quidam re.*
13 *Conſenſus interpretatiuus tribus modis colligitur.*
14 *Pactum incontinenti factum dicitur, uel ante contractum, uel in ipſo, uel poſt.*
15 *Actio præſcriptis uerbis, quibus ex contractibus oriatur.*
16 *Actio præſcriptis uerbis non concurrit cum alia actione ex eodem fonte, ſed cum alia ex diuerſo ſic.*
17 *Pactum, de quo in l. petens. C. de pac. ueſtitur cohærentia contractus.*
18 *Pactum eſt quid à ſtipulatione diuerſum.*
19 *Incontinenti quæ fiunt, cenſentur ineſſe.*
20 *Petens uerbum, intelligitur in iudicio, & extra.*
21 *Pactum appoſitum iuxta contractum ſtipulationis ueſtitur cohærentia contractus.*
22 *Contractus plures quando fiunt incontinenti, uidẽtur reciproci & correſpectiui.*
23 *Pactum actionem informat, & nouam parit præſcriptis uerbis.*
24 *Litis & belli, ſemper dubius eſt euentus.*
25 *Teſtium dicta publicata in una inſtantia fidem faciunt in alia inter eaſdem perſonas.*
26 *Concluſio generalis in libello procedit.*
27 *Generalitas obſcuritatem parit.*
28 *Ius & iuſtitia, eſt quod iudici uidetur.*
29 *Pactum nouam parit actionem præſcriptis uerbis, & ueterem informat.*
30 *Actionũ pluralitas odioſa eſt, nec præſumi debet.*
31 *Stipulatio in contractu emp. & uendi. appoſita, an habeat uirtutem informatiuam.*
32 *Libelli concluſio generalis, an procedat.*
33 *Libellus ineptus ſubſtinetur ex clauſula, quare ſtantibus prædictis, peto ius & iuſtitiam miniſtrari.*
34 *Petens uerbum ad id, quod in pacto deductum erat refertur.*
35 *Rectitudo ad iuſtitiam pertinet.*
36 *Promiſſio nudo pacto facta, & id poſtea ſtipulatũ peti poteſt.*
37 *Clauſula, quæ omnia, in inſtrumẽto appoſita nouat præcedentes obligationes.*
38 *Pactum quod uenit ad implementum ſtipulationis an poſsit interponi ex magno interuallo.*
39 *Sermonis unitas diuiſionem non recipit.*
40 *Seruus tutor eſſe non poteſt, niſi ſit incontinenti futurus liber.*
41 *Incontinenti, & mox quomodo exponatur.*
42 *Quandocunque uerbum, an habeat relationem ad futurum.*
43 *Forma conſiſtit in uerbis, & eſt indiuidua.*
44 *Argumentum de ſtipulatione ad contractum procedit.*
45 *Ratio generalis reſtringitur ad terminos, ſuper quibus poſita eſt.*
46 *Stipulatori an poſsit imputari, cur pactum incontinenti non appoſuit.*
47 *Ius declarandi, an præſcribatur.*
48 *Declaratio an admittatur ex interuallo, quando de*

tertij præiudicio agitur.
49 *Libellus poſt litem conteſtatam declarari poteſt.*
50 *Pactum de retrouendendo quandocunque, an præſcribatur ſpatio 30. ann.*
51 *Ius offerendi non præſcribitur.*
52 *Præſcriptioni an renunciari poßit.*
53 *Pactum declaratiuum ſtipulationis continetur in l. petens. C. de pact. ſecundum ſecundam lect.*
54 *Promißio de ſoluendo quicquid declaratum fuerit, promittentem eſſe debitorem, morte extinguitur.*
55 *Declarari non poteſt quod non eſt, aut eſt, & non ualet.*
56 *Promißio de ſoluendo omne totum, quod creditor declarauerit, morte debitoris extinguitur.*
57 *Hæres facto defuncti contrauenire non poteſt.*
58 *Adminiculo alicuius, qui utitur, cũ ſua cauſa uti debet.*
59 *Promittẽte aliquo quid per ſtipulationẽ pacto appoſito ante, uel poſt, agi poterit ex ſtipulatione ſecundum tertiam lecturam l. petens. C. de pac. & præſcriptis uerbis.*
60 *Contractus ſtricti iuris, excludit qualitatem bonæfidei.*
61 *Actio præſcriptis uerbis oritur ex contractibus innominatis.*
62 *Subſtãtia quorum una eſt, eadem ſunt ſimilia, quorum una eſt qualitas: diuerſa uerò quæ in qualitate, nec in ſubſtantia conueniunt.*
63 *Pactum cohærentia contractus ueſtitum, fingitur ineſſe.*
64 *Stipulatio ſtrictè debet interpretari.*
65 *Promittente aliquo ſibi decem abſq; uſuris mutuo data, per ſtipulationem reddere, atq; incontinenti per creditorem pacto de Romam eũdo pro debitore appoſito, an hoc informet ueterem actionẽ.*
66 *Pactum in contractu ex interuallo appoſitum, an producat actionem.*
67 *Pactum de uſuris in contractu appoſitum, an ipſum contractum informet.*
68 *Vſuræ quo caſu ſint permiſſa.*
69 *Pactum nudum principale, an ueſtiatur, an ſtipulatione pœnali acceſſoria, cum exemplo.*
70 *Acceſſorium non conuenit, ut ueſtiat principale.*
71 *Præcedentia magis influunt in ſequentia, quam è contra.*
72 *Actum fruſtratorium partes facere non præſumitur uoluiſſe.*
73 *Pactum nudũ, an rei interuentu ueſtiatur, & quando, nume. 79.*
74 *Pœna maior ſorte eſſe non debet.*
75 *Intereſſe non promiſſum in obligationibus, an debeatur.*
76 *Actio nemini datur, ubi nulla res ſequuta eſt.*
77 *Contractus innominati regulantur ſecundum naturam contractuum nominatorum.*
78 *Pœnam qui ſoluit, contractum non implet.*
80 *Actus uoluntarij non extenduntur, niſi quatenus de neceßitate inferunt.*
81 *Contractibus in innominatis implementum reale requiritur.*
82 *Pactum de permutando, an ueſtiatur, ſi incontinẽti paciſcatur de eundo Romam.*
83 *Contractibus in innominatis tacita ineſt conditio, ſi altera pars impleuerit.*
84 *Obligatio naturalis impedit ſoluti repetitionem.*
85 *Modus non impedit obligationis naturalis natiuitatem.*
86 *Verba in dubio potius modalia, quàm conditionalia debent intelligi.*
87 *Pacti ad contractum relatio habita, an reſultet cõtractus innominatus, & oriatur actio præſcriptis uerbis.*
88 *Pactum nudum in contractu conditionali, an ueſtiatur cohærentia ipſius.*
89 *Pactum nudum contractu in conditionali, ſi conditio deficiat, an ueſtiatur cohærentia contractus.*
90 *Contractus ſi acceptilatione tollatur, an nudum remaneat pactum, & detur actio præſcriptis uerbis.*
91 *Obligationis pars ſublata, an altera tollatur.*
92 *Pactum conditionale, ſi nauis ex Aſia uenerit, an informetur ex pacto incontinenti appoſito de dando equo.*
93 *Actiones duæ ex eodẽ fonte competere nõ poſſunt.*

Impp. Dioclet. & Maximi. AA. & CC.
Aurelio Chrelimo.

L. Petens. Hæc lex (ut inquit Bar. Bal. & Sali. hic) breuis eſt, habens nihilominus materiam ponderoſam & ſubtilem, q̃ uix humeri ſcholaſtici ſuſtetere ualent, & ppea Doctorũ, lumenq; deſiderantes nec (ſi tñ eam attentionem mihi præſtabitis uiri ornatiſsimi, auresq; veſtras benigniſsimas, quas pſtare cum ſoletis, tum debetis) dubitabo laboribus haud parcens, me poſſe eã facilem uobis reddere, & planã. ita, ut obſcurum, aut difficile, nihil ſuperſit inde, qđ aliã exoptet lucẽ, uel rõnabilẽ aliam ĩterpretationẽ.

Præmitto igĩ, & primo, pro ipſius intelligen
1 tia, pactum nudum, nihil aliud eſſe, † niſi ꝯuẽtio
nem ſimplicẽ, ſtantem in fide placiti. i. in ſola cõ
uentione conſiſtens, abſq; alia ſolẽnitate iuris. l.
legem. l. in bonæfidei. l. eum propona. 2. l. ſi cer
tis annis. ĩ. & ĩ. eo. l. legitima. l. iuriſgent. §. ſed cũ
nulla. ff. de pac. l. ſi tibi. infr. loc. & hoc eſt qđ pó
decaĩ, & benè, in rub. ff. de uerbo. obl. ꝙ in pactũ
factum uerſaĩ, non aliud, q̃ nudi conſenſus mini
ſteriũ ſonans. l. ſi unus. §. pactus. ff. eo. & conuẽ
tionem ſimplicem dixi, loco generis, quia ea hu
iuſmodi eſt. l. 1. §. conuentionis uerbum. ff. eod.
in tñ, ut ex uerbo promiſit, ſi promiſsio fauorabilis ſit, præſumatur ſolennitas. §. ſi ſcriptum. Inſti. de inuti. ſtipu. quod ſecus, ſi odioſa. l. ſecundum ea lege. ff. de ſer. expor. & non ex uerbo ꝯuenit: qm̃ tunc pactum nudũ importat. l. lecta. ff. ſi cer. pet. ita Bal. in l. 1. in 2. col. C. de uſu. Et ad idẽ in fide placiti, ut à ſtipulatione differat, & ſimilib. & fuit etiam diffinitio Barto. in d. l. iuriſgentiũ. in §. igitur. ad fi. ff. de pact. ubi exemplum, quem

refert

ret leri & ſequitur Iaſ. ibidem, in §. ſi cum nulla.
in 5. colú. & hoc caſu actionem non producet,
ut in dictis iuribus: ita enim poſsibile eſt, quod
ex pacto nudo oriatur actio, ſicuti quod mulier
ſterilis pariat filium, inquit idem Bart. in d. §. igi
tur, quod etiam per locum à ſpeciali probatur ĩ
c. 1. de pact. in 6. forte ne paciſcens inconſultò
obligari uideatur, ſecundum Docto. in l. 1. in §.
ſi quis ſimpliciter. ff. de uerb. obl. Mediumq́; eſt
iſtud pactum nudum inter ſtipulationem & pol
licitationem, uſque adeo ut teſtea ſi de pacto mẽ
tionem faciant, de nudo intellexiſſe uideantur,
ex quo in dubiis media uia eſt ſemper eligenda.
l. antiqui. ff. ſi pars hære. pet. Bald. in tract. pacto-
rum, col. 2. num. 7.

Secundò præmitto, pactum nudũ ueſtiri plu-
3 ribus modis, † & potiſsimum (prætermiſsis de
induſtria cæteris, de quibus Inſti. quib. mo. re cõ
trahi, ob. in princip. & in d. l. iuriſgentium. in §.
quinimò. ff. de pact.) interuentu rei. l. ex placito.
C. de rer. permut. item traditione. l. traditionib.
ſupra eod. & cohærentia denique contractus. l.
in bonæfidei. ſ. co. & hic, adeo ut actionem nunc
primum pariat, quæ ex quinque pactorũ uiribus
una eſt, & præcipua quidem, ut in d. l. iuriſgent.
in. §. quinimò. ff. eo. & hic.

4 Tertiò præmitto † quædam eſſe ſubſtantialia
contractus, quædam naturalia, quædam acciden
talia, ſecundum gl. in l. pacta conuenta. ff. de con
trahen. emp. Subſtantialia, ſine quibus conſiſte-
re non poteſt, ut pretium in empt. & uendi. res,
& conſenſus. Naturalia, quæ à contractu ipſo in
feruntur, ut euict. Accidentalia, ſi ipſum non at
tingant, ut pactum de eundo Romam. Subſtan-
tialia rurſum taciiè ineſſe dicuntur, taliter ut nec
pacto etiam remoueantur, & contractus nihilo-
minus remaneat, aliàs ſic, ut infra inſunt, & na-
turalia pariter, ſed pacto tolluntur. Accidenta
lia, nec inſunt, nec pacto conſequenter poſſunt
remoueri, ut no. in d. l. pacta conuenta. & ex his
licet elicere, ſuper ſubſtantialibus aliquando pa
ctum apponi à partibus, quæ uis reformatiua
appellatur, nec iſta eſt materia noſtra, ſed l. iuriſ
gentium. §. adeo. ff. eod. & in l. pacta conuenta. in
fin. ff. de contrahen. empt. id eſt renouatiua con-
tractus, per appoſitionem pacti, continentis qd
ſimile, eadem ſubſtantia manente. exempli gra-
tia, ſi res a 20. uendita ſit, & fiat pactum de mino-
ri pretio.

5 Aliquando † ſuper naturalibus & accidenta-
libus, & hæc uis eſt informatiua, ideſt extenſiua
& ampliatiua contractus, iuxta quem apponi-
tur, dando ei nouam formam, puta (ut dixi)
de eundo Romam, quoniam tunc actio dabitur
non ſolum ad pretium uerum etiam ad id, quod
in pacto deductum eſt. d. §. quinimò. & tractatur
etiam hic.

Quartò (mitto enim quòd habeat etiam uim
elidendi, id eſt debilitandi, quando eſt de non pe
tendo, & petendo, & ſic non ſimilia, aut diuerſa,
ſed contraria, & de materia aliàs in l. ſi unus. in
§. pactus. ff. de pact. & in d. §. quinimò. & in d. §.
adeo. & in l. ſed & ipſis. ff. ut legatorum nomine
caueatur. & in l. ſcripturæ. C. de fid. inſtrument.
Et ultimo loco perimendi, actiones ſcilicet in
iuriarum, furti, & ſimiles competentes; de qui-
bus in l. ſi tibi. in §. quædam. ff. eod.) præmitto,
6 pactum ineſſe contractui † duobus modis, effe-
ctu ſcilicet, & effectu ac nomine: effectu, ſi fiat
ex interuallo, ut in d. l. pacta conuenta. ff. de con
trahen. emptio. effectu & nomine, ſi incontinen
ti apponatur iuxta contractum, ut in d. §. quin-
imò. & in l. lecta. in uer. dicebã. ff. ſi cer. pe. & hic.

Quintò præmitto, contractus quoſdam eſſe
7 ſtricti iuris, quoſdam autem bonæfidei, † q enu
merantur in §. actionum. Inſtit. de actio. & qui
non ſtricti iuris, quomodo arguit gl. in l. in bo-
næfidei. ſupra eod. & in l. in actionibus. ff. de in
litem iur. & in l. in bonæfidei. C. de reb. credit. &
Bar. in l. Cæſar. in 9. colum. ff. de public. & in l. in
ædibus. in §. 1. in fi. ff. de dona. & in l. ſi rem alie-
nam. in §. omnia. ff. de pig. actio. Item bonæfidei,
in quibus ueniunt uſuræ, à tempore moræ, ſtri-
cti iuris aũt, in quibus ueniunt à tpe litis cõte. l.
uideamus. ff. de uſu. appellati inde quoque bo-
næfidei, non φ non requiratur ẽt in contractib.
ſtricti iuris. l. bonam fidem. C. de act. & obl. ſed
quia magis illi eam deſiderãt, q̃ iſti. l. ſi dolo. C.
de reſcin. uen. l. 3. §. fi. ff. pro ſo. l. bonafides. ff. de
po. & no. Bar. in l. ſub ꝑtextu. 1. ad fi. ĩ. de trãſac.
aliquid in l. eleganter, in §. 1. in 4. col. ff. de dolo.
Bal. in l. 1. in §. adeo. in 1. lect. ff. de pact. & plura
ſunt huiuſmodi, quæ non refero.

Sextò præmitto, φ licèt lex iſta loquat̃ in ſti-
pulatione, & ſic in contractibus ſtricti iuris. d.
§. actionum. non eſt propterea quòd non proce-
8 dat † etiam in contractibus bonæfidei, d. l. iuriſ-
gentium. §. quinimò. d. l. in bonæfidei. ſupra eo.
& ut infra latius.

Septimò & ult. præmitto, hanc legem habere
plures intellectus: tres ponit gl. hic, duos Ange.
9 & unum Saly. ex quibus † ultra ſupradicta, diffi
cilior ẽt redditur, qm̃ cõiter ignoratur qđ mul
tipliciter exponit̃. l. cũ Stichus. ff. de ſo. l. quotiẽs
ff. de uer. ob. tradit Bal. in l. 1. ad fi. C. de bo. poſ.
ſec. t. ib. & in l. ꝑcib. in 7. col. C. de impube. & ali.
ſub. qui dicit ẽt in auth. nunc aũt, in §. talẽ. C. de
ſec. nup. quòd hac de cauſa, ille §. quoque, nõ fa-
cilè intelligitur, niſi ad propoſitum eõem tenea
mus, ut infra, eſtq́; interim tertius gl.

Additio.

Vel ſic aliqua ꝯgruentius ad euidentiã ꝓmit-
tamus, & primo quòd ex qnq; pactorũ uiribus,
informandi, pariendi, reformandi, elidendi, & ꝑe
rimendi, de qb. in l. pacta q̃ ꝫ. ſupra eo. duæ hic
10 continentur, † quæ ſunt præcipuæ, informandi
ſcilicet, & pariendi. aliæ uerò, in l. iuriſgentium.
in §. adeo. & in l. ſi unus, in §. pactus. & in lege,

ſi tibi.in §.quædam.ff.de pact.
11 Secundò,quòd informare, eſt pars † eioſdem
contractus fieri.l.fundi partem. ff.de contrahē.
emp.ſiue extendere,transfundere, & imprimere
formam quandam,non datam à cōtractu, at per
Doctor.hic, & Cyn.latè in l.in bonæfidei.ſupra,
eod.in quarta colum.& para eiuſdem dixi, quia
quando aut ex oppoſito diſtinguitur, aut ſepara
tur, eo tunc informari non poteſt, ex quo nec
quid informandum inuenitur. l.pacta quæ con-
tra.& ibi no.ſupra eo.parere uerò nil aliud, niſi
actionem producere.

Tertiò,quòd contractuum quidam conſen-
12 ſu perficiuntur,quidam uerbis,† quidam re.pri
mo caſu pactum incontinenti appoſitum iuxta
contractum informat,ueterem ſcilicet actionē,
ad id quod in pacto deductum eſt, & parit nouā
præſcriptis uerbis,ut in l.iuriſgentium.in §.qui-
imò.ff.eod. Secundò idem,ut hic. Tertiò, nec in
format,nec parit.l.rogaſti.§.ſi tibi. ff.ſi cert.pet.
l.ſi tibi.ff.de pact.

Rurſum cōtractuum quidam nominati ſunt.
l.iuriſgentium.in prin.ff.de pact.Quidam inno-
minati.l.naturalis.ff.de præſcrip.uerb.Quidam
mixti,ut hic.ita Bar.in l.ſi.in ult.colum. ff.de cō
dict.ob cauſ.

13 Quartò,quòd conſenſos interpretatiuus † col
ligitur tribus modis,ex præſumpta uoluntate.l.
cum oſtendimus.§.fin.ff.de fideiuſſ.tuto. ex uer
bis.l.1.§.ſi quis ita.ff.de uerbor.obliga.& ex fa-
cto, ut hic.

Quintò, quòd incontinenti pactum factum
14 dicitur, † uel ante contractum, uel in ipſo, uel
poſt. Primò caſu informat actionem naſciturā.
Secundo naſcentem. Tertio iam natam.l.duos.
§.fin.ff.de duo.re.l.ſi apud.C.de ædil.act.l.ſi uſu
ras.C.de uſur.

15 Sextò, quòd actio præſcrip.uerb.† oritur ex con
tractibus inominatis,reciprocis,ſeu reſpectiuis.
l.naturalis.ff.de præſcr.uer.Item qn̄ de nomine
contractus dubitatur.l.1.& 2.l.ſi tibi.ff.eod.Itē
& ultimò,ex pacto ueſtito cohærentia ȝctus,ut
hic,& no.glo.in l.ex placito.C.de rer.permu.&
Iaſ.in d.§.quinimò. in 5.colum.

16 Septimò & ultimò,quòd non concurrit † cū
alia actione ex eodem fonte.l.quotiens.ff.eodē.
ſed cum alia ex diuerſo fonte ſic, ut hic,& in l.
2.C.de pact.inter empt.& uend. quodq; imple-
mentum deſiderat,ut no.in d.l.ex placito.Aliàs
non faciens condemnatur ad intereſſe. l.natura-
lis.§.1.ff.de præſcr.uer.l.ſi quis ab alio. §.fin.ff.
de re iud.l.ſtipulationes non diuidūtur. uer.Cel
ſus.ff.de uerb.obl.

Iſtis ſic ad euidentiam præmiſſis,caſum in ter
17 minis figura,† & in nube quidem, ut inquit Sa-
lic.& bene,propter uarietatem, ſupra dictarum
lecturarum. per ſtipulationem enim mihi pro-
miſeras neſcio quid pacto incontinenti appoſito
amplius, dubitatum fuit hic apud Diocle.& Ma
xi.Imperatores,authores legis noſtræ, an pactū
hoc,uel præceſſerit, uel ſubiectum fuerit poſt,
incontinenti tamen,ueſtiatur cohærentia cōtra-
ctus,ita ut actione ex ſtipulatu ad utrunque aga
tur. breuiter,& prima facie quidem, dicendum
uidebatur,quòd non, rationemq; dubitandi fa-
ciebat fortaſſis,quia non datur regulariter,neq;
competit,niſi ad id,quod in ſtipulatione deduci
tur interrogatione præcedente & reſponſione
ſubſequente,ut Inſti. de uerbor.oblig. in princ.
18 l.1.ff.eod.& quia non conuenit, † cum pactum
etiam ſit quid diuerſum à ſtipulatione, ex ea agi
idq; contractus cohærentia ueſtiri, argum. in l.
naturaliter.in §.nihil commone.ff.de acqui. poſ
ſeſſ.& in l.Papinianus exuli,cum uulg.ff.de mi-
no.unde in ſimili uidemus hinc, quod inter ſuc
cedentes diuerſo iure, non habet locum colla-
tio.l.pater filium.ff.de colla.do. neque ius accre
ſcendi.l.ſed cum patrono. ff.de bonor. poſſeſſ.

Aliàs actus agentium, ultra eorum intentio-
nem operaretur,haud dicendum. l.non omnis.
ff.ſi certum per.

Quibus tamen non obſtantibus, contrarium
deciditur in lege noſtra, & ratio deciſionis eſt,
19 † quia quæ incontinenti fiunt,ante,uel poſt,cen
ſentur ineſſe,id eſt intra eſſe creduntur, & id ip-
ſum cum his quibus adiiciuntur. l. iuriſgentiū.
§.quinimò.ff.eo.l.lecta. uerſi.dicebam. ff.ſi cert.
pet.l.pacta conuenta.ff.de contrahen.emp.Feli.
in c.1.col.3.de iureiur.imò quòd non ſolum ue
terem informat (ut in euidentialibus declaraui
mus) uerum etiam nouam parit præſcriptis uer
bis, ut infra, ex quo dubitandi rationes tollun-
tur, quādoquidem ſtipulatio hoc caſu proprios
excedat terminos,arg.in l.Lucius.ff.depo.& ex-
tendat ad id,qđ in ea p modū interrogationis &
rn̄ſionis deductum non eſt,ſed pacti qđ eſt pars
ȝctus,nec quid diuerſum. d.l.fundi partē. ff. de
cont.emp. uideaturq; eſſe hoc idē ſm intētionē
agētiū,cū ſit legis, ut in ſimili in l.hæredes mei,
in §.cum ita.ff.ad Treb.& in l.ſi is qui.in §.fin.ff.
commo.Hic eſt caſus, lr̄a pro lecta habeatur.

Noto primò ex iſto tex.ibi,petēs, quòd iſtud uer
20 bum,eam habet interpretationem,† ut in iudi-
cio intelligat,non extra,p.p ſequentia, ibi, rectè
ſm ſe ferri ſententiam poſtulat.& eſt uerum.l.ſi
ſeruus plurium.§.fi.l.talis ſcriptura. ff.de leg.1.
& in ſimili per Bart.in l.ſi.ff.ad Treb. nec obſta-
bit illud poſtulat (ut dicunt Doct.ſecus ſentiē-
tes) quia id factum eſt de induſtria; ut uariarēt
oratio,non quòd alius eſſet ſenſus legis, perinde ac
ſi dixiſſet,petens ex ſtipulatione, quę placiti ſer
uandi cauſa ſecuta eſt,rectè ſm ſe ferri ſententiā
petit. & eſt ſimile ad propoſitum,in l.uinum. in
princ.ff.ſi cer.pe.& in l.amplius non petitum.ff.
rem ratam habe.& ex ſequen.indicari dixi,quia
extra iudicium hoc etiam intelligi aliquādo po-
teſt.l.item ueniunt.§.petitam.ff.de petit.hæred.
not.in d.l.uinum.

Noto

Noto ſecundo, quòd pactum appoſitum iu-
xta contractum ſtipulationis, ueſtitur cohæren-
21 tia ipſius, † & multomagis ſi fuerit bonæfidei.
d.l. in bonæfidei. ſupra eod. & maximè mirandũ
eſt, cum alias extenſionem non recipiat. l. quic-
quid aſtringendæ. ff. de uerb. obl. huiuſmodique
ſit natura contractuum ſtricti iuris. l. ſi uerò. §.
de uiro. ff. ſolu. mat. l. ſi ſeruum. §. nón dixit præ
tor. ff. de acqui. hæred. in tantum, ut Bal. alibi, in
conſi. 2. incip. uerba ſtatuti. in prin. in 1. uol. di-
xerit, adeo hoc uerum eſſe, ut à uerbis ipſius nõ
recedatur, etiam ſi æquitas ſuadeat, ſicuti nec à
uerbis ſtatuti, huiuſmodiq; eſt cõdictio ob tur-
pem cauſam, ut non extendatur, niſi ad id, quod
in ea deductum eſt. l. conſtitutionibus. ff. ad mu-
nicip. l. fi. & ibi no. ff. de condict. ob tur. cau. tra-
dit etiam Bar. in l. Cæſar. in 5. col. ff. de publica.
Sed nihil eſt, quoniam hoc idem identitas ratio
nis facit. l. à Titio. ff. de uerbor. oblig. l. 3. in fin.
princ. ff. de iniuſt. rup. irritoq; teſtam. l. fin. C. de
fideiuſſ. & hoc eſt quod idem docet, in l. de qui-
bus. in 14. colum. ff. de legi. quòd quando plura
eandem habent rationem, licet de uno fiat men-
tio, exemplariter fieri uidetur, & non reſtricti-
ne, aliàs exempla reſtringerent regulam, & ma-
lè. §. hactenus. Inſti. de gradi. l. damni infecti ſti-
pulatio pertinet. ff. de dam. infect. Conſiderãdo
etiam deciſionem d. l. quicquid aſtringendę, pro
cedere in dubio, & non ubi lex ultra diſponẽdo
proceſsit, ut hic: & dum dixi multomagis ueſti-
ri cohærentia contractus bonæfidei, addo ſimi-
le in l. 1. C. de ſacroſan. eccl. in illis uerbis, nihil
eſt qđ magis hominib. debeatur &c. quia non ꝑ
hoc excludit, ꝙ non magis debeatur Deo, ut ibi
per Barto. in princip. ex quo maior etiam eſt de
bendi ratio. l. ueluti. ff. de iuſti. & iu. & figura hy
perbole appellatur.

Noto tertio, ꝙ qñ plures actus, ſiue contra-
ctus fiunt, unus incontinenti poſt alium, uiden
22 tur correſpectiui & reciproci, † id eſt unus ꝑ
alium factus. l. ſi uentri. §. in bonis. in fi. ff. de pri
uileg. cred. l. 1. §. quæ onerandæ. ff. qua. re. ac. nõ
de. c. officii. de electio. tradit Bart. in l. poſt con-
tractum. ff. de don. declarando, ut in euidentiali-
bus. latè Iaſ. in l. naturalis. in princ. colum. 2. ff.
de præſcr. uerb. & dictu mirabile eſt, ex quo in
ſimili, ſi frater dotaret ſororem, ad quod tamen
non tenetur. l. fi. C. de dot. promiſ. l. obligamur.
§. lege. ff. de actio. & oblig. id ipſum facere uide-
retur animo donandi. l. unica. §. accedit. C. de rei
uxo. act. præterquam in caſu, quando inſtrumẽ-
tum quietationis eadem die fratri factum repe-
riretur, quoniam tunc eo prætextu & ipſam præ
ſumeretur dotaſſe. & idem in donatione dice-
mus, ſi donatarius ſe ad aliquid obligaſſet, ut ea
contemplatione hoc factum pariter intelligat,
& mille ſunt huiuſmodi, quæ non refero breui-
tatis cauſa. Verum conſidera, quòd ſic nõ actus,
aut contractus, purus erit, ſed ob cauſam, ita ut
non actio informata, uel præſcriptis uerbis, ex
pacto, ſed ob cauſam etiam dari debeat. l. ꝗ. ff. de
condi. ob cau. l. 1. C. de don. quæ ſub mo. Sol. fa
cilis eſt, ſi dixeris, in contractibus nominatis nõ
dari regulariter. l. 1. C. de rer. permut. hinc ciuile.
C. de rei uend. l. ſicut. C. de act. & obli. & in locis
præalleg. no. & ſi replicaretur, ꝙ pactum con-
tractus innominatus eſt. l. 1. ubi glo. magiſtra. ff.
de act. & oblig. reſpondeo, huiuſmodi non eſſe
ſimpliciter, ſed mixtura etiam nominati, ut in e-
uidentialibus dictum eſt, quo fit, ut nec iſto ca-
ſu dari debeat, arg. in l. 2. in princ. ff. de uerb. ob
lig. & in ſimili per Bart. in l. 1. in fi. princip. ff. de
præſcrip. uerb.

Noto quarto, quòd pactum non ſolum infor
mat ueterem actionem, ut ſupra dictum eſt in e-
uidentialibus, uerum etiam nouam præſcriptis
23 uerb. parit, † tum quia incontinenti appoſitum
eſt, tum quia reſultat contractus innominatus
habita pacti relatione ad contractum, ut decla-
rat Pau. Caſt. in l. in bonęfidei, in 2. col. ſupra eo.
& multo quidem fortius, qđ tñ in text. nec pro-
bari, nec uerum eſſe uidetur, ex quo pluralitas
actionum odioſa eſt, taliter ut fruſtra agenti da-
ri haud debeat. l. cum filiis. §. uariis. ff. de lega 2.
l. quod in hæredem §. eligere. ff. de tribut. actio.
& in ſimili per Bar. in l. naturalis. in §. at cũ do,
in fi. ff. de præſcrip. uerb. Sol. probatur ex dictio
ne ſtatim, & clarius in l. iuriſgentium. in §. quin-
imò. ff. de pact. Nec facit ſecundum, quia hoc ca
ſu permittitur, aliàs pactum nudum diceretur,
& non contractus cohærentia ueſtitum, & malè
& eſt utilitas, qm̃ ſuccumbens in una, poterit ad
aliam redire. l. ſi actor. ff. de iureiu. l. ſi domus. ff.
de ſer. urb. præd. Sed rurſum conſidera ſi ſuccu-
buerit, quia in probatione defeciſſet, quomodo
ad aliam redire poſsit, quin iterũ ſuccumbat, ex
quo ueriſimiliter deficiet ẽt nũc, niſi replicetur,
& eſt uerum defeciſſe forte prius, quia negligen
tia nihil probauerat, ubi aliàs uigilantius nunc
24 procedet. & quia † etiam dubius ſemper eſt, ut
belli pariter, litis euentus. l. eo tempore. ff. de
pecu. & ſic non erunt ex his quæ electione tol-
luntur, ut in d. §. uariis. & in d. §. eligere. & dixi-
mus in l. edita. ſupra eo. Vnum obſtat tamen, ne
detur actio præſcr. uerbis, quia non daretur ſi ue
rè ineſſet, ergo nec fictè. l. filio quem pater. ff.
de libe. & poſthum. l. qui ad certum. ff. loca. Re-
ſpondent Doct. hic. maximè Cur. collega, ꝙ da-
tur præſcrip. uerbis inſpecta ueritate: informata
uerò, inſpecta fictione, quia uere non ineſt, ſed
fingitur ineſſe: & ut per eum latius, qui ſic arg.
formaliter non reſpondet. Ideo dicas tu, id non
25 eſſe ſemper uerum, ex † quo dicta teſtium publi-
cata in una inſtantia, faciunt fidem in alia, inter
eaſdem perſonas, & tamen ſecus eſt in probatio
ne ficta. l. 2. §. 1. ff. de iur. fiſ. l. eius qui delatorem.
& ibi Barto. in fi. princ. ff. eod. aliudq; eſt enim res
uenditur, & cum uendi fingitur, ut idem met

Bar.docet, in l.ſi.in §.1.ff.de euictio. & quia de-
nique dies interpellat pro homine, cum ſolutio
ni adiectum ſit tempus, & ſic ficte. l. magnam.
C.de contrahen.& committen.ſtipul. uera autẽ
hominis interpellatio non,niſi à die litis conte-
ſta.l.uinum.ff.ſi cert.pet.ergo nec etiam iſto ca
ſu.vel & aliter,antecedens negari non poſſe,ſed
conſequẽs falſum eſſe,ex quo fictio reperiretur
inducta à lege,ſine effectu, & malè.l.1. §.ſi uir.
ff.de acquir.poſſ.quem tex.ad idem inducit Bal.
in l.lex Cornelia.in 2.col.ff.de uulg.& pup. ſub
ſti. & ſi obiiceretur effectum augeri reſpectu in
formationis,replicabo,non ſufficere, quoniam
pactum (ut dixi ſupra) ueſtitum eſt cohęrentia *
contractus. Vel & ultimò reſponde,ꝙ cum in-
uenta fuerit fictio,ut non ſolum informet,uerũ
etiam pariat, non poteſt non plus operari, quã
ueritas.l.2.§.1.ff.de iur.fiſ.l.3.& ibi no.C.de fi.
inſtr.& tradit idem Bal.in l.furti.in §.pactus. in
1.lect.ff.de his qui no.inſa.

Noto quintò & ultimò,quòd generalis con-
26 cluſio in libello procedit,† ſi dicatur, peto ſen
tentiam pro me ferri,ut hic per Doct.& fuit ori
ginale uerbum Bald.in l.edita.in 2.lectu. in 12.
colũ. ſupra de eden.ſubiicientis rationem, quia
omnia neceſſaria includit, & ſignanter per iſtũ
tex. Sed tamen prima facie dictum uerum non
uidetur,ex quo uirtus libelli (tres enim partes
habet, maiorem,minorem,& concluſionem, ut
no.in l.1.ff.de eden.& formaliter per Bar.in l.ſi
prius.in 8.col.in 5.oppo.ff.de no.ope.nunc.)in
concluſione conſiſtit.l.ſi uolũtate. C.de reſcin.
uend.c.ſuper literis. & ibi Innoc.de reſcript.&
nimirum,quia reſtringit narrata ad ea,quæ con
cluſiue petuntur, ut inquit idem Bald. in l. ne
quicquam.in §.ubi decretum.in 7.col.ff.de offi.
procon.ſed ſi concluſio generalis eſt, nõ poteſt
reus deliberare,an uelit cedere uel contendere,
27 †quoniam generalitas obſcuritatem parit.l.præ
tor edixit.ff.de iniu.& malè.l.1. ff.de eden.ergo
non admittetur, nec ſuſtinebitur.l.fin.C.de an-
na. excep.& in l.edita,dictum fuit ſatis, ſuprà de
edendo.

Sol.non parit obſcuritatem, quia ex narratis
certificabitur,aliàs obiectum procederet, & eſt
argum.in l.aſſe toto.ff.de hære.inſti. & in auth.
ſi quis in aliquo documento.eod.tit.de eden. &
in c.dilecti.de iudi.& in ſimili in concluſione ge
nerali reſcripti declarat Bald.in conſi.6.incl. an
ſi in reſcripto.de reſcrip.& non habet dubium.
Tamen ſubiicit uterque Dec.adhuc iſtud in ſe
uerum eſſe,ſed non probari hic,quoniam uerba
ſunt Imperatoris, concludentis in effectu peti
poſſe,non autem modum & formam petendi cõ
ſiderantis,quaſi dicat factum notari,non miſte-
rium iuris,& eſt ſimile in l.debitor,in prin. ibi,
ſublata naturali obligatione,ubi etiam Bart. ff.
ad Treb.& argum.in l.unica.C.quando non pe-
ten.par.& non ſine ratione,nihilominus aduer-
te,quia hoc ſtante, dixiſſet aliàs ſimpliciter, re-
ctè petit & non,rectè ſecundum ſe ſententiam
ferri poſtulat, ita ut omnimodo non aliud ſona
re uideantur,innuens ſic petitum fuiſſe, prout ẽt
peti poteſt, rationibus ſupradictis. & ſi dica-
tur,quemadmodum dici ſolet,obſeruatq; com
munis practi a, Petens ſuper prædictis oĩbus ſi-
bi ius & iuſtitiam miniſtrari longe melius erit,
& utilius, quoniã ex hoc etiam libellus ineptus
ſuſtinebitur,quod pro limitatione l.1. ff.de of.
aſſe.obſeruandum eſt:declarando tamen proce
dere ita demum,ſi aliqua narrata ſint,ſi actio cõ
petat,& contrarietas aut repugnantia non reſul
* tet,& non põt (ut oẽs * hic dicunt,& can. n.la-
tius in c.cum dilectus.de or.co.) negari.facitq;
reg.l.ſi pupilli.§.uideamus. ff.de nego. geſt. & l.
ubi repugnantia.ff.de reg.iu.& ratio rurſum,qa
iam dictum eſt, ſuper prædictis,quæ uerba,ſano
modo intelligi debent,ſi in eſſe deducta fuerint
& taliter ut ius poſsit exinde, ac iuſtitia mini-
ſtrari.l.decem.ff.de uerb.obl.c. ad diſſoluendũ.
de deſpon.impub.

Aliter tamen ad propoſitum dixit Bald. in l.
ſi.in 1.lect.in ſi.ff.de iuſti.& iur. ꝙ imò tutius
eſt dicta uerba in libello non ponere, quoniam
ſi petens non foueret ius & iuſtitiam,nec ſentẽ-
tia libello conformis eſſet,& uitiaretur.l.ut fun
dus.ff.communi diui.l.fin. C.de fideicom.liber.
28 c.licet Hely.de ſimo.Sed nihil eſt, † ex quo ius,
& iuſtitia,eſt id, qđ iudici uidetur.l.Herennius.
§.Caia.ff.de euict.c.in præſentia.de renunc. qđ
& ipſe poſtea non negat ibidem. Ex alio tamen
addas tu,inaduertenter dictum fuiſſe, quoniam
tex.noſter ſecundum communem declarationẽ
loquitur in concluſione libelli,ubi clauſula hęc
poſt eam ſolet apponi, & ſi ſine appoſita repe-
riretur, forte libellus uitiaretur, ſubſtantiali-
bus carens, ut dixi in l.edita.ſupra, de edendo.
cogita.

Additio.

Vel ſic dicere poſſumus,clarius omnia com-
plectentes.Noto ex iſto tex.quòd pactum non
29 ſolum ueterem informat actionem, † ut det ad
id, quod in pacto deductum eſt,uerum etiã no-
uam præſcrip.uerbis parit, tum quia incontinẽ-
ti appoſitum eſt, ita ut ineſſe cenſeatur. l. lecta.
uer.dicebam.ff.ſi cer.pet.l.in bonæfidei. ĩ. co.l.
fundi partem.ff.de contrahen.emp.l.duos reos.
§.ſi.ff.de duo.re.l.ſi apud.C.de ædil.act.l.ſi uſu-
ras.C.de uſu.tum quia reſultat contractus inno
minatus,mixtus ſcilicet,ut dicebam in euidẽtia
libus,habita relatione pacti ad contractum, qđ
tum ſtricti iuris,tum bonæfidei intellige, ut ad-
huc dictum eſt ſupra, & declarat Pau. in d.l.in
bonæfidei.

Quod tamen non uidetur poſſe procedere,
ex quo in tex.non dicitur, argumen. in l.ſi ſer-
uum,in §.prætor ait. uerſi. non dixit prætor.ff.
de acquiren.hæred.& in l.commodiſsimè. ff. de

liber.

liber.& poſthum.& in capit.ſuſceptum, de reſcrip.in 6.

Et quia ſi uerè ineſſet (fictè enim ineſt.d.uer. dicebam) non daretur, ergo nec fictè, q̄m tm̄ operatur caſus fictus, quantum uerus. l.filio quē pater.ff.de lib.& poſthu.l.qui ad certum. ff.loc. l.ſi filiusfam.ff.ſi cer.pet.

30 Et quia † pluralitas actionum, odioſa eſt, nec præſumi debet hic.l. cum filius.§. uarijs. ff. de lega. 2.l. quod in hæredem.§.eligere.ff.de tributo.tradit Barto.in l.naturalis.in §.at cum do. in fi.ff.de præſcrip.uerb.& in ſimili not. Bart. in l.2.C.de bo.po.ſe tabu. & Abb. in c. cum Io. in 3.col.de fi.inſtru. conſiderando quoque, quòd eſt ſubſidiaria, nec datur, ubi alia competit.l. 2. & 3.ff.de præſcrip.uerb.

Et quia dato quòd detur, non præſcrip. uerbis dari deberet, imo nec etiam uetus informata ex pacto, ſed condictio ob cām, ex quo unus actus eſt poſt alium factus, & in continenti quidem, ita ut correſpectiui & reciproci ſint. & eſt ſimile in fratre dotante ſororem, ad quod non tenetur.l.obligamur.§.lege.ff.de actio. & ob. l. fi.C.de dot.promiſſ.ut id ipſum ſi faciat, animo donandi facere uideatur.l.unica.§.accedit.C. de rei uxo.actio.niſi inſtrumentum quietationis eadem die ſcriptum reperiatur, quia tunc eo prætextu feciſſe uidetur.l.1.C. de do. quæ ſub mo. l.fi.ff.de condic.ob cau.& ſexcenta ſimilia ſunt, quæ non refero aliter.

Et quia ultimo loco habita relatione pacti ad ad contractum ſtricti iuris, non etiam bonæ fidei, dari deberet, dato (ut dixi) quòd detur, ex quo ſtipulatio huiuſmodi eſt l.quicquid aſtringendæ.ff.de uerb.ob.l.ſi uero.§.de uiro.ff.ſolu. matr.d.§, prætor ait. cum uulga. & eſt ſimile in condic.ob turpem cauſam. l. fi. & ibi glo. ff. de condic.ob tur.cau.ut non detur niſi ad id, quod in ea deductum eſt, & in ſtatuto.l. conſtitutionibus.ff.ad municipa. & hinc eſt quòd Bald. alibi conſi.2.inci.uerba ſtatuti, in prin.in 2.uol.dicebat a prædictorum uerbis haud eſſe recedendū, etiam ſi æquitas ſuadeat, dictu mirabile, pro ampliatione l.non aliter.ff.de leg.3. & limitatione l.diuus.ff.de reſt.in integ.

Sed ad primum reſpondeas, quòd imo dicitur in eo implicite, in uerbo ſtatim, ut fatētur omnes, & latius ut infra, idq; clarius in l. in bonæ fidei.& in l.debitori.ſuprà, eo.& in l. iuriſgētium, in §.quinimò.ff.eo.& in l.cū mora. de trāſac.& eſt arg.in l.nominis & rei, in §.uerbum ex legibus.ff.de uerb. ſig. & quia habuit legiſlator pro conſtanti, cum hic de mixtis contractibus inominatis loquamur, ut in euidentialibus, & in eiſdem actio præſcrip. uerbis locum habeat, nec repeto.

Ad ſecundum, quòd id non eſt ſemper uerū, ex quo dicta teſtium publicata in una inſtantia, faciunt fidem in alia, inter eaſdem perſonas, & tamē in probatione ficta ſecus eſt.l.2.§.1.l.eius qui delatorem, & ibi Bar. in fi. prin.ff. de iu. fi. Item dies interpellat pro homine, cum ſolutioni adiectum eſt tempus.l.magnam.C.de cōtrah. & commi.ſtipu. & tamen uera hominis interpellatio non niſi a die litis conteſta. l. uinum. ff. ſi cert.peta. Vel & ſecundo, quod antecedens ueriſsimum eſt, ſi ineſſet uerè quod non daretur, ſed conſequens falſum, ex quo fictio inducta a lege ſic reperiretur ſine effectu, & male.l. 1.§.ſi uir.ff.de acqu.po.Bal.in l.lex Cornelia, in 2.col. ff.de uulg. & pup. ſub. Vel & tertio, ꝙ cum fictio inuenta ſit, ut non ſolum informet uerum etiam pariat, non poteſt non plus operari, quàm ueritas, maximè pacto ipſo ueſtito cohærentia contractus.d.l.2.d.§.1.ff.de iu.fi.

Ad tertium reſpondetur, nec ipſum eſſe uerū ex quo pactum ueſtitum eſt, alias a nudo nō differret.& eſt utilitas, quia imo intereſt noſtra, habere plures actiones, quibus nobis ſuccurſum ſit.l.non eſt nouum.ff.de actio.emp.& quia ſi in una agēs ſuccumberet, ad aliā rediret.l.ſi actor. ff.de iureiu.l.ſi domus.ff.de ſerui.urba.prædio. & ſi diceretur, fruſtratorium eſſe, quia ſic uti ſuccubuit in prima, ſuccumbet etiam & ueriſimiliter in ſecunda, puta, quia defeciſſet in probatione, & ideo admitti non debet quod admiſſum non releuat.l.hæc ſtipulatio.§. diuus. ut le. uo. ca.replicatur, quòd dubius eſt litis, ut belli, euētus.l.eo tempore.ff.de pecu.& ꝙ forte non probauit, quod in ſecunda poſtea probabit. Nec facit diſpoſitio §.uariis.& §.eligere. quia procedunt in his quæ electione tolluntur, ut dixi latè in l.edita. ſupra de eden.& minus, quòd ſit ſubſidiaria, nec detur ubi alia competit, quia uerum eſt, ut pariter in euidentialibus eſt dictum, quando ex eodem fonte proueniunt, quod non eſt in caſu præſentis legis.

Ad quartum reſpondetur, dari in contractib. innominatis ſimpliciter.l.1. C.de rer.permut. l. inciuile.C.de rei uendi. Sed hic agimus de mixtis, ut in euidentialibus adhuc diximus, & eſt argum.in l.hoc legatum.ff.de lega.3.& in l.2.in prin.ff.de uerb.obli.& per Bart.in l.naturalis. in fi.prin.ff.de præſcrip.uer.& latius, ut not.in d.l. fi.ff.de cond.ob cau.in fi.

Ad quintum & ultimum reſpondetur, quòd idētitas rationis idem operatur. uulg. l.à Titio. ff.de uerb.obl. & ideo dixit Bald.& benè, in l.de quibus.in 14.col.ff.de legi. quòd quando plura habent eandem rationem, licet de uno fiat mentio, exemplariter fit, aliàs reſtringeretur regula & malè.§.hactenus.Inſti.de gradi.

Sed circa prædicta, loco aliorum not. quæritur, quid ſi iuxta cōtractum bonæfidei, puta em-
31 ptionis & uenditionis † non pactum, ſed ſtipulatio repetiretur appoſita, an habeat uirtutem informatiuam ueteris actionis, quemadmodum pactum, ut ex uendito detur ad id, quod in ſtipulatione

pulatione ipſa deductum eſt. Videretur dicendũ
quòd non, quia iura in materia alleg. de pacto lo
quuntur, & conſonat, quia nudum aliàs ſi cohæ
rentia contractus ueſtiatur, debet id ipſum abſ
que dubio aliquid operari, in ſtipulatione haud
conſiderabile, ſolẽni ſui natura, perinde ac ſi u-
num pactum nudum iuxta aliud appoſitum eſſe
reperiretur, argum. in l. ſpadonem. in §. qui iura.
ff. de excuſ. tut. Nihilominus contrarium eſt ue-
rius. l. prædia. ff. de actio. emp. per quem text. ita
dicit Alex. & Iaſ. in l. iuriſgẽtium. in §. quinimò.
in 1. no. ff. de pact.

Nec obſt. primum, quòd iura in materia lo-
quantur in pacto, quia uerum eſt exemplifican-
do, & quia ex identitate rationis, ac per d. l. præ-
dia. extendi poſſunt. l. à Titio. ff. de uerb. obli. l.
nõ eſt nouũ. ff. de legi. §. hactenus. Inſti. de grad.

Et minus ſecundum, quia multomagis hoc
ipſum operari debet ſtipulatio, alio ueſtimento
non egens.

Non denique tertium & ultimum, quia non
inuenis ultimum pactum quid, quod ueniat in-
formandum, ſicuti in ſtipulatione, ſi iuxta con-
tractum bonæfidei apponatur: idcirco nec mi-
rum ſi uno caſu uirtutem habeat prædictam ſti-
pulatio, pactum uero non, actionis alterius pa-
cti, informandæ.

Secundò quæritur, an generalis concluſio li-
32 belli procedat, † uidetur caſus hic, quòd ſic. in
illis uerbis, rectè ſecundum ſe ferri ſententiam
poſtulat. & ſenſit Bal. in l. edita. in 2. lect. in 22.
col. C. de eden. rationeq́; ſuadetur, quia tunc om
nia neceſſaria includere uidetur. In contrarium
autem facit præſuppoſito prius, libellum ex tri-
bus conſtare, maiore, minore, concluſione, & de
clarat Bart. in l. ſi prius. in 8. col. in 5. oppo. ff. de
no. ope. nunc. quia in concluſione eius uirtus cõ
ſiſtit. l. ſi uoluntate. & ibi Bald. C. de reſcin. uen.
c. ſuper literis, ubi Inno. de reſcrip. & nimirum,
quia reſtringit narrata ad ea quæ concluſiuè pe
tuntur, ut idem Bald. ait in l. ne quicquam. in §.
ubi decretum. in 7. colum. ff. de offi. procõ. ſed ſi
libellus eſt generalis, non poteſt reus delibera-
re, nunquid uelit cedere uel contendere, q̃a ge-
neralitas obſcuritatem parit. l. prætor edixit. ff.
de iniu. & malè. l. fi. C. de anna. excep. l. 1. ff. de e-
den. & dictum fuit in l. edita. C. eo. latè. Tñ à pri
ma opin. non recedas. Nec obſt. contrarium, q̃a
non eſt uerum, cum poſſit ex narratis certifica-
ri. l. aſſe toto. ff. de hæred. inſti. authẽ. ſi quis in
aliquo. C. de eden. l. 2. ff. de fide inſtru. aliàs obie
ctum procederet. & ſi diceretur, uerba eſſe le-
giſlatoris narrantis, & factum ponentis, nõ ius.
l. debitor. ff. ad Treb. l. unica. C. quando non pe-
ten. par. l. ut uim. & ibi Ang. ff. de iuſti. & iu. Re-
ſpondeo nec iſtud procedere, quia dixiſſet ſim-
pliciter, rectè petit, non autem rectè ſm ſe ferri
ſententiam poſtulat, ergo ius, & non factum im
portare omnimodo uidetur.

Tertiò & ultimò quæritur, quid ſi dictũ fuiſ
ſet, prout etiam communis practica obſeruat,
quare ſtantibus prædictis peto mihi ius & iuſti-
33 tiam miniſtrari. † Dicunt Doct. longè melius eſ
ſe, quia ſic etiam ineptus libellus ſuſtineretur, q̃d
pro limitatione l. 1. ff. de offi. aſſeſſ. no. declaran
do tamen, ſi aliqua narrata ſint, ſi actio compe-
tat, & eo tunc cum nõ reſultat contrarietas, aut
repugnantia. l. ubi repugnantia. ff. de reg. iur. l. ſi
pupilli. §. uideamus. ff. de neg. geſt. & quia ſi nar
rata aliqua non eſſent (ſingula ſingulis referen-
do) non poſſet inde ius & iuſtitia miniſtrari. l.
decem. ff. de uer. obl. & ad propoſitum no. Cano
niſtæ in c. cum dilectus. de ordi. cogn. In cõtra-
rium autem facit, ꝙ imò longe deterius ſit, quia
ſi petens ius non foueret, ſententia libello haud
eſſet conformis & uitiaretur. l. ut fundus. ff. cõi
diuid. A prima opin. nec iſto caſu recedas, q̃m
hoc ipſum fallaciam habet, & intelligitur iuſti-
tia, prout iudici uidetur. l. Herennius. §. Caia. ff.
de euict. & no. Bal. in l. fin. in fin. in 1. lectu. ff. de
iuſtit. & iur.

34 Obſerua inſuper, † & antequam ad gl. ueniamus,
ꝙ uerbum petens, refertur ad id, quod in
pacto deductum erat, ex quo principalis etiam
erat hæc dubitatio in lege, & ipſius uerba indi-
cant, ſatis clara.

Item & ſecundò, quòd uerbum ſecuta, expo-
nitur, id eſt interpoſita, ut ſic utrunque caſum
comprehendat, qui ſequitur, euitandæ etiam ab
ſurditatis gratia. l. cas cauſas. ff. de condi. & dem.
§. fin. Inſti. quibus alien. lic. uel non. c. ex parte.
de reſcript.

35 Vltimò, † quòd rectè dixit, & non ritè, ut iu-
ſtitiam ſecundum ſubiectam materiam notaret,
& non ſolẽnitatem: rectitudo propriè ad iuſti-
tiam pertinet, quæ in æquitate conſiſtit, & re-
ctus qui per lineas æquitatis procedit dicitur. l.
non putauit. §. non quæuis. ff. de bon. poſſ. con-
tratab. l. 2. ff. de inoff. teſtam. l. iuſte. ubi glo. no.
ff. de acqu. poſſ. cum ſimil. nonnihil Dionyſ. Car
tuſia. in c. 1. ſuper illis uerbis, & erat uir ille ſim
plex, & rectus, Iob. & ad idem facit etiam illud
Luc. 7. rectè iudicaſti. & Marc. ſeptimo, & loque
batur rectè.

In glo. 1. in prin. habes primam lect. ad iſtum
text. cum mihi aliquid nudo pacto promiſiſſes,
36 † & id ipſum poſtea ſtipulatus eſſem quòd abſ
que dubio peti poteris, nec ſine ratione, quoniã
placiti ſeruandi cauſa (ut ſubiicit) ſequuta eſt,
& ſic de ſtipulatione interpoſita ſuper eo, q̃d in
pacto deductum erat, loquitur, intelligendo im
mediate de actione ex ſtipulatu, ut dictio ex, in
princ. poſita, ibi, petens ex ſtipulatione &c. in-
dicare uidetur. l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iu. l. 1.
§. ex incendio. ubi & Bar. ff. de incen. ruin. naufr.
Et hinc eſt (ut hic Iaſ. in euidentialibus dicit) ꝙ
antiqui poſt pacta, generalem ſtipulationem ſu
biicere ſolebant, quodq́; ea omnia per ipſam ſer
uare

uare amplius promittebant, ut in l. Titia, in §.fi.
ff. de uerb. obl. & in l. duo ſocietatem. ff. pro ſoc.
nec noſtri temporis tabelliones omittunt, ſemꝑ
in fine inſtrumentorum ſcribentes, inquit Bart.
in l. 2. C. de condic. ob cau. ad fi.

Quæ † omnia & ſingula in præſenti inſtrumē
37 to contenta, ambæ partes promiſerunt per ſolē-
nem ſtipulationem, attendere & obſeruare, fir-
ma & rata habere, nec in aliquo cōtrafacere, aut
contrauenire per ſe, uel interpoſitam perſonam
ſub obligatione omnium bonorum ſuorum pręſentium & futurorum &c. vſque adeo addas tu,
ut ob hoc contractus firmitatis appelletur. l. 1.
ff. de uerb. obl. & Inſti. eod. tit. in prin. & nullus
ſit in iure firmior: nouat enim præcedentes ob-
ligationes, & unum contractum in alium trāns-
fundit. l. 1. & 2. ff. de noua. Inq; ea ius uerſatur,
in pactis uerò & contractibus factum. l. ſi unus.
§. pactus. ff. de pact. l. conſilio. in fi. ff. de cur. fu. l.
ſi ex pretio. & ibi Cy. (ſingula ſingulis reddēdo)
C. ſi cert. pet. & ueſtit omnes conuentiones nu-
das. & habetur etiam in l. ſiue apud acta. infra de
tranſ. & in l. ex placito. de rer. permut. & in l. cū
maritus. in §. fin. ff. de pact. dot. imò quòd nomi-
na firmitatem ſignificantia, duo hæc, ſola ſunt
in iure, ſtipulatio, & reus, non à reatu alibi di-
ctus, ſed à re & firmitate, quoniā efficaciter ob-
ligatur, & dicitur reus ſtipulandi & promittēdi,
l. 1. iuncta glo. ff. de duo. re. per quam ita etiā do
cet Bal. in l. 1. in princ. ff. de uerb. obl. & hoc for-
te quia conſenſum habet, uerba, & partium præ
ſentiam, aliàs regularetur ſm naturam eorum
ſuper quibus interponitur. l. 1. §. belliſsimè. ff. ut
lega. no. can. Alex. in l. certi condictio, colum. 3.
ff. ſi cer. pet. & non è contra, nec ſtaret per ſe, ac
* principaliter, minimè dicendum, ut * commu-
niter concluditur in rub. pręalleg. de uerborum
obligation. & ad propoſitum ſatis amica literæ
uidetur.

Nihilominus quia ipſi non conuenit, eam gl.
met, & Barto. non tenet, & probant primò, quia
uerbum ſtatim innuit, ſi ex interuallo pactum eſ
ſet appoſitum, quòd ex ſtipulatione agi non poſ
ſet, aliàs ocioſum uideretur, & nihil importaret,
haud dicendum. l. quod ait lex. ibi, non ocioſum
uidetur. in prin. ff. ad leg. Iul. de adult. l. ait pt̄or.
in prin. ff. de iureiur. cum ſimil. & eſt argum. in l.
cum prætor. ff. de iud. & ſimile in l. cum propo-
nas. infra de tranſact. ubi maioris facta eſt men-
tio, quia ſecus erat in minore. & tamen hoc eſt
falſum, quia ſi poſt, uel ante, per mille annos fa-
ctum fuiſſet, ageretur ſine dubio. Secundò, quia
ſic etiam ex pacto agi non poſſet, ſed ex ſtipula-
tione tantum, in qua pactum relatum eſt. l. aſſe
toto. ff. de hæred. inſti. l. inſtitutio. ff. de condi. in
ſti. ubi relatum eſt in referente, ex quo ſemper
agitur. & tamē adhuc iſtud falſum eſt, quia imò
ex ipſo pacto quoque agi poteſt. l. in bonæfidei.
ſupra eod. l. 2. C. de pact. inter empt. & uendito.
l. iuriſgentium. §. quinimò. ff. de pact.

38 Tertiò, † quia pactum, uel aliquid aliud, qđ
ueniat ad implementum ſtipulationis, poteſt ap
poni, etiam ex magno interuallo, poſt l. ſi ita fue
ro ſtipulatus. §. fin. & l. ſeq. ff. de noua. l. ſi ita ſti-
pulatus. ff. de fideiuſſ. l. quidam cum filium. §. fi.
ff. de uerb. obl. l. ſi uerò non remunerandi. §. ſi fi
lio. ff. man. quem uoluit & debuit allegare (ut di
cunt Docto.) loco l. duo ſocietatem. ff. pro ſoc.
l. qui pecuniam. ff. ſi cer. pet. & ad idem etiam fa-
* cit tex. in l. cum apud. ff. iud. ſol. & eſt * cōmunis
reprobatio. Quā in ſui generalitate, & quarto,
etiamnum probant iura ſupra alleg. aſſe toto ſci
licet, de hær. inſt. & Inſtitutio. de condi. inſti. di-
centia, à principio inſtitutionem incertam, ex
longo temporis interuallo poſſe certificari: er
go & ſtipulatio pariter. l. à Titio. ff. de uerb. obl.

Quinto, qa duo pacta nuda, ex interuallo etiā
facta circa idem, actionem producunt, ut not. in
l. ſi pacto quo pœnam. ſupra eod. ergo & multo
fortius ſtipulatio, & pactum.

* Ego breuiter ab iſta opin. * communi rece-
dere non audeo, per ſupradicta. Nec obſt. ſecun
dum Iaſ. ſi diceretur ad primum, ꝙ uerbum ſta-
tim, nihil importat, ſicuti nec alibi in l. cum pro
ponas. infra de tranſac. quia reſpondebo, uerum
non eſſe, ex quo fuiſſet ſatis dicere aliàs, ſeu an-
teceſsit pactum, ſeu poſt interpoſitum ſit: ergo
cum dictum uerbum appoſitum reperiatur ul-
tra, non eſt ſine effectu alicuius operationis, in
d. l. cum proponas. haud conſiderabile. innuit
igitur id, quod ſupra abſurdiſsimum (ut proba
uimus) dictu: ergo lect. omnino falſa. & propte
rea Bar. in ſimili in l. 1. in §. qui præſens. ff. de uer
bor. obl. dicebat, ſecundum diuerſitatē caſuum,
d. uerbum intelligi debere, & benè: & pariter ꝙ
in lege poſitum operetur, & non operetur, mi-
ſteriumq; iuris importet, ut hic, & non, ut in d.
l. cum proponas. Minus obſt. rurſum (ait idem
met) quòd ſi operatur, & miſterium iuris impor
tat, hoc idem eſt ſtipulatione præcedente, non ſi
ſequatur, quis uenit ad determinationem duo-
rum uerborum præcedentium, taliter ut nō poſ
ſit non utrūque reſpicere, & eſt arg. in l. fi. & ibi
Bart. C. de ſent. & inter. om. iud. & in l. contra
maiores. C. de inoffi. teſtam. & in l. iam hoc iure.
39 ff. de uulg. & pup. ſubſt. & † hinc eſt quòd unitas
ſermonis diuiſionem non recipit, ut in ſimili q.
de eo qui ſe aſtrinxerat ad probādum, teſtes cor
ruptos falſum depoſuiſſe, inquit Bald. in c. licet
cauſam. in 5. colum. de proba. ſubiiciens hac de
re non ſufficere, ſi alterum tātum probetur. Di-
ci etiam poſſet ad ſecundum, quòd agitur ex pa
cto in contractibus bonæfidei, quemadmodum
iura ad idem alleg. loquuntur, non ſtricti iuris,
ut ſtipulatione. §. actionum. Inſti. de act. ſed re-
* plicatur, contrarium communiter * teneri p ra-
tionem generalem, poſitam in l. lecta. in uer. di-
cebam. ff. ſi cer. pet. patet, quia ex eo dicit etiam

Bar.

Bar.in l.cum re.in fi.ff.quod met.cau.quòd ubi ſtatim poſt promiſsionem coactam ſit ſolutio, metus ineſſe præſumitur, & in l.ſi impuberi. in 2.col.ff.de tut.& cur.da.ab his. † ꝙ ſeruus non
40 poteſt eſſe tutor, niſi ſit incontinenti futurus liber.& in l.ſi unus.in §.pactus. in 4.ff.de pact. ꝙ pactum de non petendo, antequam opponatur exceptio, non elidit actionem, neque perimit, niſi incontinenti apponatur. & quia exempla non reſtringunt regulam.§.hactenus.Inſti.de gradi. l.damni infecti ſtipulatio pertinet.in fi.ff.de damno infe.l.regula.§.fi. in princ. ff.de iur.& fact. ignor.& tradit in ſimili Alex.in l.ſororem, in 2. col.C.de his quib.ut indig. Ad iura quoque tertio loco per Bar.alleg.idem Iaſ.reſpondebat, & primo ad tex.in l.ſi ita ſtipulatus.& ſeq.ꝙ uerbũ mox,& incontinenti,ibi poſitum, indicat aliud eſſe ſi ex interuallo ſtipulatio ſeu numeratio ſubiecta ſit. Sed replicatur ad ipſum dici, ut unus eſſet contractus, non ꝙ ex interuallo interpoſita non oriatur ex numeratione, & ſtipulatione actio pariter, ſenſitq; Cur. & malè, quoniam (ut ibidem) ſi numeratio ſit, implendæ ſtipulationis gratia, actio ex ea oriri non poteſt. Ideo Deci. reſpondet aliter, quòd caſus ſunt diuerſi omnino, ex quo ibi ſtipulatio & numeratio ſimplex eſt, ideo nimirum, ſi ponderatur etiam quòd incontinenti facta ſit, ſed hic ſecus, quia dictũ fuit, promittis mihi quod in pacto conuenies, uſque adeo ut uerba futurum reſpicientia efficiant, declarari ſtipulationem, etiam ꝙ pactum fiat ex interuallo. Nec iſta placet, quia glo. non ſolum exemplificat per uerba futurum reſpiciẽtia, ſed etiam præſens ſic, ſtipulatus ſum à te quod nudo pacto conueniſti, uel conuenies. Ideo reſponde tu aliter, quòd cum numeratio implendæ ſtipulationis gratia facta uideatur, ut ibi, hæcq; Iuriſc. ratio generalis ſit, militans, uel incontinenti, uel ex interuallo, ſtipulatio ſubiecta ſit, non poteſt non dici, niſi in d. uerbis uim non eſſe faciẽdam. Vel & aliter, quòd ex continenti poteſt intelligi etiam cum temporis interuallo.l.3.C.de error.
41 aduo. ubi † ex continenti, id eſt triduo, exponitur. nec ſecus uerbum mox, quoniam interpretationem habet etiam,& ponitur interdum ꝓ poſtea.l.ſi arrogator.ff.de adop. quod interuallum notat pariter l.pacta conuenta.in prin.ff.de contrahend.empt.

42 Secundò ad tex.in l.ſi ita ſtipulatus.† reſpondebat Iaſ.quòd uerbum quandocunq; ibi poſitum, expreſſam habebat relationem ad futurum: ideo nimirum. & Barto. re uera ita ipſum ſummat, ut Infinitas toleretur, ſi uerba ad ipſam inducendam fuerint apta. Sed replicat Dec.quòd huiuſmodi etiam ſunt hic, & malè, quia (ut ſupra dicebam) aliter etiam exemplificat glo. promittis ſcilicet mihi quod nudo pacto conueniſti, & ideo Cur.dicit aliam eſſe ſol.quòd licet uerbum quandocunque poſitum ſit ibi, non eſt tamẽ poſitum in l.quidam cum filium.in §.fi. ff.eo. & tamen idem deciditur. Sed nihil eſt, quia omnimodo uerba idipſum innuere uidentur, & habere tractum in futurum. ea de re tu formalius reſpondeas, & aliter, uerbum prædictum ibi poſitum fuiſſe ex abundanti, & gratia dubitationis tollendæ, non quòd idem non ſit, etiam ſi quis ſtipuletur ſimpliciter, ſine appoſitione ipſius. l. non ſolent.l.quæ dubitationis tollendæ gratia. ff.de uerb.ſign.l.ſeruus furioſi. ff.de manumiſ.l. 1.in prin.ff.de æſtima.l.iam hoc iure. ff.de uulg. & pup.ſubſti.& eſt ſimile in l.ſi ſeruus communis, in §.locaui.& ibi glo. & Bar. ff.de fur. ubi de expreſſa conuentione ſit mentio, & tamen tacita ſufficit.

Tertiò, ad tex.in l. quidam cum filium.in §.fi. ff.de uerb.obli.& in l.ſi uerò non remunerandi, in §.ſi filio.ff.mand. adhuc reſpondet Iaſ. quòd loquuntur in obligatione fideiuſſoria, & ſic acceſſoria, quæ bene poteſt pendere, ex quo non eſt in poteſtate partium, ut principalis. Cui tex. pli at Curt. ſed quia id, quod dicit contra illum text. eſſe uidetur, non refero.

Soluit ergo aliter Dec. quòd cum ſit neceſſaria ad principalem, ab ea etiam pendere dicetur, & rurſum malè, quia pendet, ut non plus obligetur fideiuſſor, quàm reus, nec in cauſam duriorem.l.Græce.§.illud.& §.fina. ff.de fideiuſſ. ideo dic tu aliter, pro conſtanti habuiſſe Paulum eo caſu, pactum ex interuallo apponi poſſe, ſeu qd aliud, quod (ut diximus) ad implementum ſtipulationis ueniat, & dubitaſſe ſolum, an filius qui in poteſtate patris erat ſtipulatus modo ut ibi, efficiat ſi emancipatus credat, fideiuſſorem ipſi patri teneri, & eſt argum.in l.qui teſtamento. ff.de teſtam.& in c.1. de æta.& quali.in 6. & ſic omnino probat opinio. Bartol. & intellectum uerum non eſſe.

Vltimò ad tex.in l.qui pecuniam. ff.ſi certum pet. reſpondet (ut idem Iaſ.refert) Bald.hic, in 2.col. ꝙ loquit̃ in implemento caſuali, nos aũt i formali, ꝓ ſtipulationem, quæ eodẽ contextu debet impleri.l.obligari.§.tutor.ff.de aucto.tut.

43 Replicat Dec.† ꝙ forma conſiſtit in uerbis.l. 1.l.5.§.ſtipulatio.ff.de uerb.obl.quodq; hoc eſt potius implementum ſubſtantiale, & malè, quoniam forma eſt indiuidua ſui natura, & cõtinua. l.furioſum.& ibi no.C. qui teſtam.fa.poſſ.l.cum antiquitas.C.de teſtam. ergo eodem inſtanti fieri debebit, & non ex interuallo, interrogatione præcedente, & reſponſione ſequente. l. 1. §. qui præſens.l.continuus.in prin. ff.de uer.obl.

Secundò replicat Deci. quòd eadem rõ quæ poteſt conſiderari in caſu d.l.qui pecuniam. militat etiam in iſto, ut ſcilicet obligetur promittens, ſi uoluerit, aliàs non.

Alia tamen iura pro rei ueritate melius probãt, ab obiectionibus Iaſ. defenſata, ut ſupra, quia re uera in d.l.qui pecuniam, debitor pecuniam

erat accepturus, creditoriq; futuro ſpoponde-
rat, & ſic ex aliquo temporis interuallo, & in ca
ſu claro, in quo non erat dubitandum. Ad text.
in l. cum apud. poſſet dici, etiam ſtipulationem
committi ex iudicis declaratione: ſed nihil eſt,
qm̃ iam ſtipulatio præceſſerat partium de iudi-
cato ſoluendo, & (ut inquit Barto.) dato ꝙ hoc
eſſet, non obſt. tamen, quia omnimodo alia iura
ſupra à me ſibus deſenſata ſunt idem dicentia,
nec repeto. Quartũ fallaciam habere uidet̃,
& in inſtitutione forte procedere. l. uel negare.
ff. quemadmo. teſtam. ape. Sed replicabitur, ut in
inductione, non eſſe rationem, cur idem in con-
tractibus, & maximè ſtipulatione, dicere non de
44 beamus, ex quo † etiam procedit arg. de uno ad
aliud. l. quæ de legato. cum uulga. ff. de legat. 1.
Ad quintum & ultimũ dici rurſum poſſet, ue
rum eſſe, ſi eodem inſtanti fiant, & non ex inter-
uallo. Sed nihil eſt, quoniam idem reputaretur,
taliter ut non poſsit non interpretari, niſi de pa-
cto ſecundo loco facto, ex aliquo temporis in-
teruallo. & hinc eſt, quòd deliberate tunc factũ
uidetur animo ſe obligandi, haud conſiderabile
ſi de pacto incontinenti appoſito intelligeretur.
l. ſi mulier ff. ad Velleia. c. ex literis. de diuor. &
no. in rub. de uerb. obl. & ita tranſeundum eſt, &
reſpondendum amplius ad arg. Iaſ. quamuis ge-
neralis ſtipulatio ſubiiciatur poſt pacta, contra-
ctusq́ue firmior cæteris dicatur, & incontinenti
quidem, quòd non propterea ſi fiat ex interual
lo, ex ipſa ſtipulatione etiam (ut probauimus)
non agetur.

Et ſi diſputando uelles tenere intellectum p̃-
dictum gl. contra communem reprobationem,
poſſes ad arg. ipſius, ac Bart. & ſequacium reſpõ
dere, & dicere, primum non obſtare, quoniã an-
tecedens uerisſimum eſt, conſequens uerò fal-
ſum, ut infra, nec eodem modo ſecundum, quia
ex pacto agi incontinenti appoſito dicam, non
ſi ex interuallo. l. quia ratio. ff. de condi. inſti. in
ratione ſui, uel hoc ipſum non præſupponi.

Non tertium, quia re uera tex. in d. l. ſi ita ſti-
pulatus, in fi. & ſeq. ff. de nona. (ut primitus Iaſ.
reſpondebat) eo tunc locum habere uidetur, ſi
incontinenti ſtipulatio, ſiue numeratio ſubiicia-
tur. & uerba ipſius ſunt non cauillanda. nec fa-
45 cit † de ratione generali dictum, quia reſtringi
tur ad terminos, ſuper quibus poſita eſt, & ſic ad
ſtipulationem, ſeu numerationem incontinenti
factam. l. pater filium. §. fundum. & ibi Bart. ff. de
leg. 3. l. filiusfam. ff. de uerbo. obl. & minus quòd
ex cõtinenti cum interuallo etiam intelligatur,
quia in dubio haud eſt admittendum. & hac de
re in d. l. 3. C. de erro. aduo. text. met ex continen
ti exponit, ideſt triduo, quod aliàs hoc ſtante nõ
erat neceſſarium. Nequaquã quòd verbũ mox,
capiatur pro poſtea, quia uerum eſt in d. l. ſi arro
gator, ſed non hic. Similiter in d. l. ſi ita ſtipula-
tus, reperitur uerbum quandocunque (ut adhuc
Iaſ. dicebat, & benè) tractum habens. & relatio
nem ad futurum. nec obſt. quòd id ſit ex abun
danti dictum, & dubitationis tollendæ gratia,
quia negabo, ex quo nullibi cautum reperitur,
agi, ſi pactum ex interuallo fiat.

Ad tex. in l. quidam cum filium. in §. fina. ff. de
uerb. obl. & in l. ſi uerò non remunerandi. in § ſi
filio. ff. mand. dici poteſt etiam uerba habere pa
riter relationem ad futurum, ita ut non mirum
ſit, ſi ex interuallo quid fieri poteſt, quod ſtipu-
lationem impleat. ex quo tollitur, quòd Iuriſ-
con. pro conſtanti hoc ipſum habuerit, ut dice-
batur, quia habuit dicta de cauſa. nec ſecus in-
telligitur tex. in l. qui pecuniam. ſi cer. pet. indu-
cendo, ut ſupra, & in l. cum apud. ultimo loco
alle. ex quo erat etiam iudex ex interuallo pro-
nunciaturus, nec poterat id incontinenti in ſti-
pulatione deduci.

Non obſt. igitur quartum, quia inhærebo pri
mæ reſponſioni, & ad l. quæ de legato. cum ſimi.
reſpondebo, argum. non ſemper procedere. d. l.
uel negare. cuius ratio in contractibus haud eſt
conſiderabilis.

Non quintum denique & ultimum, quia lon
ge rationabilius uidetur, duo pacta actionẽ pro-
ducere, quàm ſtipulationem hic, propter ſym-
boleitatem, argum. in l. in rem. in §. item quæcũ-
que. ff. de rei uendi. tamen (ut dixi) à communi
reprobatione non eſt recedendum, ex quo pa-
ctum, uel tale quid aliud, uenit ad ipſius ſtipula-
tionis implementum, ſeu declarationem, ut inf.
ita ut nec interuallum obſtet, quominus ex ea a-
gatur, & maximè ſi uerba ad futurum referant̃,
in quo ſtat punctus.

Additio.

46 Obſtat tamen unum in materia adhuc † ex in
teruallo pactum factum efficere, ne agatur: q̃a
(ut opponendo dicebat Barto.) ſubeſt quid, qđ
poteſt imputari ſtipulatori, cur incontinenti il-
lud non ſubiecerit. l. quia ratio, in princip. ff. de
de condi. inſtit. niſi reſpondeamus, eo caſu non
iniquum fore, quia potentia explicandi actum, à
poteſtate unius tantum dependebat. cogita.

A communi reprobatione igitur non rece-
dendo, quæro primo, an iuri declarandi præſcri
47 batur, † glo. iſta in uerbis prædictis, nam ſi poſt
uel ante, per mille annos &c. ſentit (pactum. n.
declarat ſtipulationem) quòd non, & benè ſecũ
dum Doct. quoniam non præſcribitur, niſi actio
quæ eſt ius: factum enim præſcribi non poteſt. l.
omnes. l. ſicut. C. de præſcr. 30. annor. uerum a-
ctio non competit ante declarationem, ergo.
Et quoniam quæ liberi arbitrii ſunt, non præſcri
buntur pariter. l. in re mandata. C. mand. & quo-
niam hoc caſu poſſeſsio conſiderari non poteſt,
nec ſine ea conſequenter cauſari præſcriptio. c.
ſine poſſeſsione. de reg. iu. in 6. & in hoc non eſt
difficultas. opponit tamen Dec. cum ſit facultas
competens parti reſpectu iuris de nouo acqui-
rendi

rendi, ut in iure adeundi, quòd deberet poſſe p̄ſcribi, ad differentiam facultatis competentis alicui ratione iuris iam quæſiti. l.uiam. ff.de uia pub. poſt Bar.in l.1.in 3 colum.ff.de condict. ex leg.& idem dicit Balb.in tract.præſcrip.in 4.parte.5.par.princ.in 1.q.in 2.col.ſed nihil eſt, quoniam adhuc actio non competit, antequam declaretur, quæ eſt ipſum ius competens parti, & præſcriptibile, ergo præſcribi non poterit.l.decem. de uerb.ob.& ſic à iure adeundi differẽs multũ.

Sed quid, & ſecundo, ſi de tertii præiudicio
48 † ageretur, an declaratio ex interuallo admittatur? Ang.hic dicit, ꝙ non, exemplificando in gabella ut ſi uendatur res pro centũ, declarari uenditio non poſsit ad fiſci præiudicium, pacto ꝙ minori pretio facta intelligatur. & idem dicit ĩ l.iurisgentium.in §.adeo.in princ. ff.de pact. & in ſimili habetur in l ſi mulier.in prin. & in l.in inſulam.in fi.ff.ſol.mat.& in l.ſi. ff.de pac.& per Bar.in l.ſi indebitum.in §.1.ff.rem ratam habe. decidentem ratihabitionem pari ratione retro non trahi, quando ius tertio eſt quæſitum. In cõtrarium autem facit, quòd cum ſit declaratio hæcq; quandocunque fieri poſsit.l.heredes palam.§.ſed & ſi notam.ff.de teſtamẽ. non uidetur eſſe in conſideratione, ꝙ ius tertio ſit acquiſitũ. & ideo (ut inquit Bar.in l.edita.in 4.colũ. C.de ed.n.) licèt libellus, poſt litem conteſt.emenda-
49 ri, mutariue non poſsit pariter, † poteſt tamẽ declarari uſque ad ſententiam. Tu à prima opi.nõ recede, & ad text.in d.§.ſed & ſi notã. reſponde, ꝙ loquitur de quadam demonſtratione, non de declaratione eſſentiali, ſecundum Bald. in l.1.in 8.col.in 2.lect. ff.de leg.2. quæ cum præiudicet fiſco (ut diximus) propter ius quæſitum, nõ debet poſſe fieri. ubi alias de præiudicio alicuius, in d.§.ſed & ſi notam, non agitur, niſi replicetĩ quòd agitur de præiudicio uenientium ab inteſtato, & tamen declaratio admittitur. ergo & in caſu Ang.quia non erat clarum de quibus nummis intellexiſſent contrahentes, & quia ſi de Imperialibus declaretur, fiſco prodeſt, ſi de minoribus, non nocet, quia in dubio etiam ita intelligebatur.l.nummis.ff.de leg.3. & ut infra ſtatim.

Tertio quæritur, quid ſi factum ſit pactum de
50 † retrouendendo, cum appoſitione verbi quandocunque, an ſpatio annorum 30.præſcribatur.

Videretur dicendum quòd non. & primo p tex.in l.quod ſi nolit, in §.ſi quid ita. ff.de ædili. edic.ubi ſi conuentum ſit, ut rei uenditæ redhibitio quandocunque, ſiue perpetuo fiat, ualet conuentio, ergo pari ratione pactum in caſu noſtro.

Secundò, ad idem uidetur caſus in l.2. C. de pact.inter emp.& uend.ubi ualet pactum tale, ꝙ emptor uenditori uel hæredibus ſuis quandocũque, uel intra certum tempus, pretium offerentibus teneatur eam retrouẽdere, ergo perpetuo.

Tertiò, quia emptor hoc ſciens, ſe obligatum ſcilicet, uirtute pacti, conſtitutus in mala fide uideretur, ergo non præſcribet.c.ſi.de præſcr.

Quartò, quia ſi aliàs diceremus, deciperetur uenditor, qui aliàs & uериſimiliter non uendidiſſet, arg.in l.tale pactum.in §.fi. ff.de pact.

51 Quintò, quia † iſtud eſt quodammodo ius offerendi, cui non præſcribitur, ut not.in l.cũ notiſsimi.C.de præſcr.30.ann.

Sextò, quia ſic, dictum uerbum in inſtrumento appoſitum, nihil operaretur, & malè, ſecundum Bald.in rub.C.de contrahen.empt. in 9. q. Conſiderando etiam ipſius emptoris intereſſe in hoc plerunque conſiſtere, ſi maximè res fuiſſet ſuorum progenitorum.l.lex quæ tutores. §.nec uerò.C.de admin.tut.l.ſi cui ff.de leg.2. l.in emptionem.ff.de mino.

Septimò & vltimò, quia in contractibus mẽs potius quàm uerba debet attendi. l.ita ſtipulatus.uer.Sabinus.ff.de uerb.obl.l.ſemper. l.in ſtipulationibus.ff.de reg.iur.ſed mens contrahentium fuit, ne præſcriberetur, ergo.

Nihilominus contrarium uerius eſt, & magis
✱ communiter ✱ tenetur, ut per Ang. conſi.55.in
52 cip.Gulielmus. & benè, quia † præſcriptio hæc odioſa eſt, nec eidem renunciari poteſt, ſecundũ Bart.in l.nemo poteſt. & ibi latius Alex.in pen. col.ff.de leg.1.& facit nouiſsime gl.in l. itaque. in §.1.ff.de dolo.

Nec obſt.adducta in contrariũ.& primo tex. in d.§.ſi quid ita.per eundem Alex.in d.l.nemo poteſt.alleg.& in d.l.2.ubi idem caſus, quia exponitur quandocunque, id eſt intra annos 30.vt per d.glo.& eſt arg.in l.1.ff.ſol.matr.& in l.1.ff. pro ſo.& Inſti.de perpe.& temp.act.in prin. quẽ tex.allegat glo.in d.l.1.& in d.l.itaque.& in ſimili per Alex.in l.2.in prin. ff.ſol.mat. quem latius refero & ſequor ego, in ſing.552. inci. reliquit.& ad idem facit gl. in Auth.de reſt.fideicõ. in uerbo, uoluiſſe.

Non obſt.tertium, quia (ut dicunt Doct.hic, & benè) ante oblationem pretii in mala fide eſſe non uidetur: ergo nimirum ſi præſcribitur.

Non obſt.quartum, quia non eſt uerum, ex quo iura ſcire debuit.l.leges.C.de legi. & præſcriptioni renunciari non poſſe. cap.ſi diligenti, de for.competen.c.contingit.de ſentent.excõmunic.l.ius publicum.ff.de pact.l.1. ff.de uſuca. cum ſimilibus.

Non obſt.quintum, quia imò tollitur pręſcriptione, ex quo competit per modum iuris, non facultatis, ut dictum eſt ſ.l.uiam publicam.ff.de uia pub.& no.in d.l.cum notiſsimi.

Non obſt.ſextum, quia operatur ſatis, ex quo tempus habet uſque ad annos 30.aliàs de ſuperfluitate redargui iura etiam poſſent ſuperius allegata.imò ꝙ non inconuenit plerunque, & toleratur uerba potius eſſe ſine effectu aliquid operandi, quàm quòd quis indebitè damnum patiatur.l.ſi.§.in computatione.C.de iur.deliber.nec

conſi-

conſiderabile eſt, quòd res uendita fuerit maiorum, niſi ad effectum, de quo in d.l. ſi in emptione.

Non obſt. ſeptimum & ultimum, quia antecedens ueriſsimum eſt, conſequens falſum. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. & ita eſt tranſeundum breuiter.

Et ſi contrarium tenere uelles, poſſes ad arg. quod maximè urget, reſpondere de uerbo quandocunque, ut ſupra, & dicere non reſtringi ad tempus 30. annorum, quia eſto quòd id ſit ex legis diſpoſitione, non tamen eſſe debet in caſu noſtro, ex quo contractus legem accipiunt ex partium conuentione. l. 1. §. ſi conuenerit. ff. depo. Cogita tamen, & à communi non recedas: quia & iſtud quoque, proxima reſponſione ſublatum uidetur. & nouiſsimè ita etiam tenet Alexandri. conſ. 3. nu. 4. In cæteris, quid ſi contractus eſſet uſurarius, dic ut per Doct.

In ea. glo. ibi, alii dicunt. habes ſecundam lecturam, quòd text. iſte loquatur in pacto declarati-
53 uo † ſtipulationis, quæ erat in x. quia ſcilicet pepigeram tecum, quòd in contractu quem feci, uel faciam, de imperialibus intelligeretur, de quibus loquitur etiam glo. in l. 3. in §. ſed utrum. in uerbo, patrimonium. in fi. ff. de minor. nec iſtam tenet glo. dum ad tertiam tranſit ſtatim. l. qui filium. §. Sabinus. & ibi no. ff. ad Treb. & in ſpecie reprobat Bartol.

Primò, quia dicitur hic, ex ſtipulatione agi, quæ placiti ſeruandi cauſa interponitur: pactum autem, ſecundum iſtam lectur. factum eſt gratia declarandæ ſtipulationis: ergo mala, quoniam hæc duo ualde differunt. l. hæredes palam. §. ſed & ſi notam. ff. de teſtamē. l. cum enim. in ratione ſui (ſingula ſingulis referendo) ff. de noua.

Secundò, quia relata ad text. adhuc, præſupponit pactum ex interuallo fieri non poſſe, & malè. d. §. ſed & ſi notam. & proximè ſupra etiam dictum fuit.

Tertiò quia iſtud pactum (& hoc proximum argum. confirmat) ad replicationem inducitur, ex quo ſi petiero imperiales nummos, & excipias tu, de minoribus intelligi. l. nummis. ff. de le. 3. l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. iu. replicabo, uerum eſſe, niſi aliud actum ſit, ſed pactum ad inducendam replicationem, ex interuallo & apponi poteſt. l. ſi unus. §. pactus. ff. eod. ergo. & ita eſt tenendum, quamuis dicat Bald. & ſequuntur alii hic, quòd in exemplo Bar. hoc uerum eſſet, ex quo ſtipulatio continebat quid & quantum, puta x. libras, quodque iſto caſu non adaptaretur ad text. iſtum, non in exemplo glo. quod erat omnino incerta. l. 1. §. ſed ſi filius. ff. de legat. 3. l. ſi minor. ff. de ſeru. export. l. quæ ab initio. ff. de regulis iur.

Conſiderando quoque minus quo ad replicationem prodeſſe, quoniam ſi ſtipulatio nulla fuit & incerta, replicatione inuari haud poterit. l. iuriſgentium. §. quinimò. uer. ut puta. ff. de pact. & no. in l. lecta. ff. ſi cert. pet. ſubiicientes quòd nec ualebit etiam pactum in uim confeſsionis, iuxta not. in l. tale pactum. in §. qui prouocauit. ff. de pac. ratione prædicta, quia ſtipulatio fuit incerta, & nulla. l. ita ſtipulatus. l. triticum. ff. de uerb. oblig. & quòd iſto caſu tantum poteſt lect. ſuſtineri, ut ſtipulatio ualeat, ſi fiat pactum incontinenti. Sed nihil eſt, quoniam declaratio ex interuallo facta retro mentem contrahentium fuiſſe talem arguit, à principioque eos ſenſiſſe id, quod in ipſa declaratione deductum fuit. l. quædam. ff. de rebus dub. l. ſed Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedo. per quem tex. ita etiam dicit, & not. q. determinat Bar. in l. cætera. in 5. oppo. ff. de lega. 1. & eſt argum. in l. ad rem mobilem. & in l. ad legatum. ff. de procur. & in l. illud. ff. de acquir. hæredit. & in l. ſi ſeruus plurium, in fin. ff. de lega. 1. ſed ſi à principio ita ſenſiſſent, ualuiſſet ergo non poteſt non dici, niſi quòd ſit falſa, ex quo primum et, quoniam alia non obſtarent, adhuc urget, nec tolli pôt.

Cogita tamen, & in materia aliàs unum, de quo
54 hic per Iaſ. ſingulare eſſe dicas, quòd † ſi promitto ſoluere omne & totum id quod declaratum fuerit me eſſe debitorem, debet uerum intelligi, dummodo declaratio fiat, me uiuo, quoniam aliàs hæredibus meis non officeret, caſus eſt in l. qui Romæ. in §. Augerius. ff. de uerb. obl. & exclamat Gerar. de Pe. ſanc. in ſingu. 27. incip. libero. multiplicemque rationem ponit Bald. in l. 2. C. de pac. int. empt. & uend.

Additio.

Clarius prædicta induci poſſent ſic, & ſecundo loco, dum concluditur, text. noſtrum loqui in pacto declaratiuo ſtipulationis, ut dicamus, quòd aut ſtipulatio fuit certa quoquo modo, aut omnino incerta. ſi certa, puta quia dictum ſit, promittis mihi libras x, & tunc pactum, uel incontinenti uel ex interuallo, declaratorium, quòd de imperialibus intelligeretur, factum, ualeat. d. §. ſed & ſi notam. & ita loquitur Bar. ſi incerta uerò, quia ſimpliciter dictum ſit, promittis mihi decem, ualeat adhuc ſi incontinenti fiat, & iſto caſu procedat l. noſtra, & in his terminis loquitur glo. ſi ex interuallo uerò non. d. §. ſed ſi filius. d. l. ſi minor. d. l. quæ ab initio. l. ſi expreſ-
55 ſim. ff. de appel. l. ſi tibi. §. ſi pactus. ff. de pact. † & nouiſsimè, quoniam declarari non poteſt, quod non eſt, aut eſt, & non ualet. lege, decem. ff. de uerborum obligatio. capit. ad diſſoluendum, de deſpon. impuber. & fuit opinio Bald. falſa, nulloque modo lectur. ſuſtentabilis ad text. ex quo (ut inquit Barto.) loquitur in ſtipulatione interpoſita, placiti ſeruandi cauſa, ubi aliàs ex pacto declaratur ſtipulatio hoc caſu. & quia uerbum ſtatim, indicat ſi ex interuallo fiat pactum, non ualere, & tamen ualet indiſtinctè, ſiue à principio ſit certa, ſiue incerta. dicta l. ſed Iulianus. d. §. proinde. cum aliis, de quibus ſ. ff. ad

Macedon.& eſt arg. in l.2.C communia ut.iudi.
& in d.§.qui prouocauit. nec facit reg. l. quæ ab
initio.& ſimilium, quia lex non reſiſtit hoc ca-
ſu,ut in illis. vel dic,quòd cum adminiculum cō
currat pacti declaratori,non poteſt non dici,ni-
ſi quòd ualeat. vel quòd confirmans eſt ſuperue
niens,& efficiens rurſum ut ualeat, incertitudi-
ne ceſſante,iuxta no.in reg.non firmatur,de reg.
iur.in ſexto.

Et ad materiam etiam, dum Iaſ.hic mirabile
56 dictum ponit † per text.in l.qui Romæ,in §.Au
gerius.ff.de uerbor.obli.quem alibi non eſſe ibi
dicunt Docto.ſi promittat quis,ſe ſoluturũ om
ne & totum id, quod creditor declarauerit, ut
declaratio fieri debeat uiuo debitore promittẽ
te, ex quo poſtea hæredibus non officeret. addẽ
dum eſt,hoc ideo deciſum fore,quia lex ſemper
præſumit,paciſcentem uoluiſſe non ſolum ſibi,
ſed etiam hæredibus ſuis proſpicere in eo,quod
illis eſſet utile,& non damnoſum: item liberan-
do,& non obligando.l.talem pactum.§.fin.ff.de
pac.l.ſi pactum.ff.de prob. Et hinc dicit Barto.
quanquam in inſtrumento mentio hæredis fa-
cta non ſit,quod creditor tamen pignus hæredi
debitoris reſtituere tenetur,in l.ſi uxor.C.de pi
gno.conſiderando quoque & ſecundo obliga-
tiones ſui natura odioſas eſſe, non minus quàm
ſit liberatio fauorabilis.l.obligationum ſubſtã-
tia.§.1.ff.de actio.& oblig.l.Arrianus.ff.eo.l.fa-
uorabiliores.ff.de reg.iu.l.damni.ff.de dam.in-
fect.& no.Ang.in l.ſi certis annis,in repeti.in 6.
colum.infra eod.Soc. in l.eius qui in prouincia.
in 4.not.ff.ſi cer.pet.Alex.conſi.174.ad fi.uol.
6.quodq; migrabiles non ſunt (& tertio) de u-
na perſona in aliam.l.quis ergo caſus. ff.de pec.
l.3.ff.pro ſo.& eſt argu.in l.unum ex familia. in
§.ſi rem.ff.de leg.2.& in l.quia ratio.in princ. ff.
de condi.inſti.t. latè Iaſ.in l.eum qui ita.in §.qui
ita.nu.1.ff.de uerb.obl.

Additio.

Niſi haberemus text.in d.§.Augerius. dicerẽ
57 ego prima facie contrarium in q.iſta. in † pri-
mis,quia hæres facto defuncti contrauenire nõ
poteſt.l.cum à matre.C.de rei uendica.l.1.& 2.
C.de hær.ac.maximè quando eſt obligatorium,
inquit Bar.in l.Lucius.ad fi.ff.ſol.mat.imò dici-
mus, quod ipſum repræſentat in iure actiuo &
paſsiuo.§.t.in Auth.de hæred.à mo.præl. Are.
conſi.122.col.2.

Deinum & ſecundò,quia iua erat creditori ac
quiſitum,quod ſibi auferri non debet.l.fin. ff.de
pac.l.id quod noſtrum.ff.de reg.iu.aliàs cum ip-
ſius iactura debitor locupletari uelle uideretur,
non dicendum.l.nam natura. ff.de condi.inde.c.
locupletari,de reg. iu.in 6.

Tertiò quia ſi diceret hæres ſe eſſe liberatum
morte debiroria, & non teneri,utique factum ip
ſius tacite impugnaret, quod tamen facere non
poteſt,ex quo lucrum ſentit ex pſona eius. l.ex
qua perſona.ff.de reg.iu.l.ſi cum dotem.§.ſi pa-
ter.ff.ſol.mat.

Quartò facit in argum.text.in l.Pomponius.
58 in §.cum quis.ff.de acquir.poſſ. † ubi qui utitur
adminiculo alterius, uti debet eo cum ſua cau-
ſa,cumque ſuis uitiis, hoc eſt ſi ſentit commo-
dum, quod utique etiam incommodum ſentire
debet, & onus. l.ſecundum naturam. ff.de regu
lis iuris.l.unica.§.fin.ibi, neque enim ferendus
eſt. C.de caduc.tollend.pulchrè Anchar. conſil.
ducenteſimo ſeptimo,colum.ſecunda, & in ter-
minis inque debitis hæreditariis ita ſignanter di
cit Bald.per text.in d.§.cum quis.conſi.180. co
lum.1.uolum.2.

Quintò & ultimò uidetur caſus in l.epiſtola.
in fin.princip.ff.de pac. ubi ad litteram dicitur,
quod hæres tenetur pręſtare fidem pacto defun
cti, quod fecit, hoc eſt ad ipſius obſeruantiam.

Vel ſic tenendo poſſet etiam reſponderi ad
text.in d.§.Augerius,id quidem eſſe,ex quo uer
ba ibi fuerant prolata conditionaliter, & condi-
tio debet præciſè & in forma ſpecifica adimple
ri.l.qui hæredi.l.Mæuius.ff.de condition.& de-
monſt.& ſic debitore uiuo, non autem mortuo,
fieri declaratio.

Et quia ſi conſtat eo adhuc mortuo,non debe
re, ut uerbum in ſtipulatione appoſitum innuit,
ſed debuiſſe dicemus,& conſequenter quod nec
ſtipulatio commiſſa ſit,& ut ibi fuſius.

Et plus dico,quod illatio inepta eſt,nec ex p̃-
miſsis,& malè.l.Papinianus exuli. ff. de minor.
namque lect.eſt,pactum ſtipulationem declara-
re,illatio uerò an declaratio hæredi promitten-
tis officiat deducendo ut ſupra, ergo (ut aiunt)
nihil ad rumbum.

Et idem ſi ex illis uerbis fiat, quod ex ſtipu-
latione agitur,quamquam pactum poſt eam, e-
tiam per mille annos interpoſitum ſit, ut per Ia
ſo.hic,& Dec.Senio.allucinatos, quia dicta uer-
ba ſunt in prima lectur. inque ea declarationis
mentio nulla.

Nec facit, quod dicebam ego,quod non pre-
ſumitur paciſcens uoluiſſe proſpicere hæredi-
bus ſuis, niſi in eo quod ipſis foret utile, quia
in dubio uerum eſt, & caſu quo non ſit alteri
ius quæſitum ut hic, præallega. lege finali. ff.
de pactis.

Minusque ſecundum, quia & id quoque ue-
rum eſt, quo ad ipſum debitorem promittentẽ,
non quo ad creditorem, cui promittitur, arg.eo
rum,quæ in ſimili not.in l.maximum uitium. C.
de liber.præter.

Non ultimum denique,quia imò migrãt de-
bitore mortuo, ex ſupra dictis, & in ſimili in l.
1.ff.ad Trebellia.& ideo quibus uerbis promiſ-
ſio fiat, aduertendum eſt,quia ſi ſimpliciter quã
tum declarauerit creditor fiat promiſsio à de-
bitore de omni, & toto eo ſoluendo, tunc te-
nebitur etiam hæres,ut ſupra quãquã declaratio

fiat

ſiat poſt ipſius debitoris mortem. Si uerò illis uerbis, de quibus in præalle. §. Augerius non. & ultra alleg. ſupra. ita etiam tenuiſſe uidetor De-ci. Sen. hic, colum. 2. & Cuma. colū. 4. & Fulg. 3. & Imo. t 5. & Bal. in c. ſignificauit. nume. 7. de reſcript. & in cap. ad uoſtram. uume. 10. de iurciuran. cogita.

Iu ead. glo. ibi, tu dic, habes tertiam lectur. ad
59 text. ſi promiſiſti mihi † aliquid per ſtipulationem, pacto incōtinenti appoſito ante, uel poſt, de eundo pro me Romam pariter; quòd ex ſtipulatioue informata agi poterit ad id, quod in pacto deductum eſt. & præſcr. uerbis etiam ex co, & ita communiter ✻ tenetur.

Sed contra, quia (ut inquit Bar.) ſi ſtipulatio interpoſita eſt, placiti ſeruandi cauſa, in antedicto uerificari haud poterit, in quo aliud coutinetur, quàm in ipſa ſtipolatioue, & propterea debet eſſe acceſſorium, & de appendiciis ſtipulationis, puta quia promiſeris mihi librum ſcribere, pacto appoſito, de eo etiam miniando.

Secundò, quia tot ſuur ſtipulationes, quot ſunt res, quæ in ea deducuutur. l. ſcire debemus. ff. de uerbor. oblig. ergo actio ex ſtipulatu uetus non informabitur, ſed dabitur noua. qood & latius etiam deducit Alexā. in l. in bonæfidei. in 2. col. ad ſi. ſupra eo.

Tertiò, quia natura ſtipulationi repugnat, ex quo habet certam ſormam, & debet ſtrictè interpretari. l. quicquid aſtringendæ. ff. de uerbor. oblig. unde etiam uerba attenduntur in ea, ex quibus obligatio oriatur. l. ita ſtipulatus. §. Griſogonus. ff. de uerb. obl. & vt ſupra latius.

Conſiderando rurſum, iura ubique, maximè in d. l. in bonæfidei. ſ. eo. & iu l. iuriſgentium. in §. quinimò. ff. de pact. & in l. 2. C. de pac. int. empt. & uen. & ſimilibus, loqui in coutractibus bonæfidei, hoc ipſumque ſæpe & ſæpius repetere, quod ſine miniſterio factum non uidetur, argu. in c. ſi quis ratus. 2. q. 3. & iu clement. 1. in glo. diœceſanos, de iur. patron. & in l. Baliſta. ff. ad Treb. & qualitatem iſtam bonæfidei expreſſam
60 excludere contractus † ſtricti iuris, quia ponuntur tanquam contraria. §. actionum. Inſti. de act. & eſt arg. in l. cum prætor. ff. de iud. & iu c. nonne. de præſump.

Quartò probatur in d. l. iuriſgentium. in d. §. quinimò. ff. de pac. dom dicit, quòd interdum informat actionem in bonæfidei iudiciis, arg. planè apertiſſimum, regulam eſſe in couttarium. l. interdum. ff. ſol. mat.

Quintò confunditur per text. in l. 1. iu §. ſi ſtipulanti. ff. de uer. ob. ubi ſi dixero, promittis mihi x. tu uerò dixeris, promitto xx. ualet ſtipulatio duntaxat in x. & tū fuir pactū in aliis x. cum uideat tibi conſentire, ex quo de utilitate mea agebatur. l. qui patitur. ff. mand.

61 Sextò. † quia actio præſcriptis uerbis oritur ex contractib. innominatis. l. quotiens. l. naturalis. ff. de præſcrip. uer. l. ex placito. C. de rerum permut. & qn̄ reſultat coutractus innominatus, habita relatione pacti ad contractum, puta ſtipulatioue de codicibus uoſtris permutādis interpoſita, & pacto, ꝗ tuum mihi dares ligatum, incontinenti appoſito, uel ut per Bart. d. l. in bonæfidei. ſ. eo. d. §. quinimò. l. frumenti. C. de uſur. ſed hic reſultat, quia ſtipulatio & pactū erāt pro eodē. ergo.

Septimò & ultimò, quia cum utruuque dicatur in d. §. quiuimò. quòd ſcilicet actionem informet, & quòd ex pacto agatur, iutelligendo neceſſario de actione præſcriptis uerbis. d. l. in bonæfidei. l. debitori. ſupra eo. l. cum mota. ſ. de tranſact. hic autem neutrum, impoſsibile uidetur, ꝗ uim informandi actioucm ueterem, & pariendi nouam, habeat.

Quibus tamen nou obſtantibus (ut quoq; dictum fuit in figuratioue caſus) ab ipſa lect. uon eſt diſcedēdum. nec primum facit, quia ipſemet Bart. reſpondet, quòd pactum præceſsit, poſtea ſtipulatio ſequuta eſt, ſeruandi placiti cauſa, ut antiquitus fieri ſolebat. l. Titia. §. fin. ff. de uerb. oblig. l. duo ſocietatem. ff. pro ſoc. deinde aliud pactum ſubiectum eſt, ut in exemplo ipſius Bar. & huc modo ueterem actionem informabit, ut detur ad illud quod in pacto deductum eſt, & actionem nouam pariat.

Quæ ſolu. (ut etiam inquit Deci. & benè, nec ab eo diſſeutio) eſt de directo contra tex, noſtrū loquētem de uno tantum, perinde ac ſi dixiſſet, ſeu anteceſsit, ſiue interpoſitum ſit abſq; uerbo pactum, quod habet relationem ad verbum placiti, proximum, & idem eſt.

Aliter igitur reſpondeamus, quòd licèt quid diuerſum contineat, incontinenti tamen adiectum, efficit, ut ſtipulatio non alia de re interpoſita uideatur, niſi ipſius placiti ſeruandi cauſa. & eo tempore de pacto quoque cogitatum. ex quo ceſſat quòd de appendiciis ſtipulationis eſſe debeat. l. fuudi partem. ff. de contraheud. empt. l. tenetur. §. 1. ff. de act. emp.

62 Et eſt ueriſsima ſolu. quam confirmo † ego, quia eadem ſunt, quorum una eſt ſubſtantia. ſimilia, quorum una eſt qualitas: diuerſa uerò, quę nec in qualitate, nec in ſubſtantia conueniuut, ſecundum Bald. in l. ſi unus. in §. pactus. iu 2. lect. in 2. column. ff. de pac. & probatur in l. eum qui ædes. ff. de uſucap. & in l. non poſſunt. ff. de legi. & in l. ſi maritus. (ſingula ſingulis referendo) C. de don. inter uirum & uxo. uerum ſi pars contractus eſt, ut ſupra, neceſſario ſtipulatio & pactum eadem & non diuerſa dicentur, uel ſtipulatio ſaltem interpoſita placiti ſeruandi cauſa.

Minus facit ſecundum, quia uerum eſt id ſtrictè & in ſpecie, uon largè & iu genere totalē ſtipulationem cōſiderando, qm̄ una eſt. l. cū illud. ff. qn̄ di. leg. ce. & ſenſit Alex. in d. l. ī bonæfidei, in 3. co. in prin. ſ. eo. Quam ſol. mordet Dec. dicens à uerbis legis non eſſe recedendum. l. non

aliter.ff.de leg.3.& malè, quoniam ratio hæc mi
litat etiam in caſu d. l.cum illud. ut plura ſint le
gata,& tamen non eſt niſi unum. præterea reg.
d.l.non aliter.ff.de leg.3.limitatur inter cætera,
gratia euitandæ abſurditatis,ut no.tradit Bar. in
l.1.in repe.in 2.col.C.de ſacroſan.ecc. ſed abſur
ditas eſſet maxima hic,ſi diceremus nouam actio
nem dari ea ſtipulatu,cum ueterem informatam
à pacto habere poſsit. l.dominus teſtamento.ff.
de condi.indeb.clem.auditor. de reſcript.arg.in
l.cum quis,in §.ſi quis pro reo, ubi gl. magiſtra.
ff.de ſolu.ergo.

Secundò etiam reſpondetur per Iaſ. ꝙ tex.in
l.ſcire debemus, intelligitur in rebus æquè prin
cipalibus, non in pacto, quod ſtipulationis eſt
acceſſorium. Quam ſimili modo mordent Do-
ctor. & benè,quoniam re uera confunditur per
tex.in d.l.fundi partem, & quia in exemplo Bar.
procedere non poteſt.Item confunditur p teat.
in l.ubi autem non apparet.in §.pe. ff.eo. & in l.
centum Capuæ. ff.de eo quod certo loc.loquen
tibus in ſorte & uſuris,& tamen plures ſunt ſti-
pulationes.

63 Tertiò † reſpondetur regulam prædictã pro
cedere in pluribus rebus in ſtipulatione uerè de
ductis,ſed pactum ex quo contractus cohærẽtia
ueſtitum eſt,fingitur ineſſe: ergo alia fictio ad-
mitti non debet,quòd plures ſtipulationes repu
tentur.l.1.C.de do.prom.l.cum poſt.§.gener.ff.
de iu.dot.l.1.ff.de uſuf. Nec iſta placet,quia ple
runq; non inconuenit, ſecundum Bart. in l.ſi is
qui pro emptore,in pe.col.ff.de uſucap.

Quartò reſpondetur, quòd quamuis quo ad
iuris intellectum plures reputen ur,non eſt pro
pterea ꝙ non informetur contractus,vt detur a-
ctio ad id,quod in ſtipulatione deductum non
fuerat. Nec iſta placet,quia replicabo,iſtud eſſe,
de quo diſputamus:& ſi plures reputantur, dari
actionem etiam de nouo ea ſtipulatione, non ꝙ
uetus informetur,adeo ut prima melior ſit cæte
ris,& tenenda.

Vel & quintò, dic,eritq; no.declaratio ad d.
l.ſcire debemus,quòd licet tot ſtipulationes de-
beant reputari,una tamẽ eſt, ea quo coniunctim
pactum,& ſtipulatio facta ſunt,ut in ſimili inq̃t
Bar in l.ſi ex toto.in §.ſi.in prin.ff.de leg.1.& in
l.Modeſtinus.in fi.ff.de donat. quòd idem eſt in
donatione, ut ſint tot, quot res quæ donantur:
una tamen quo ad effectum inſinuationis, ergo
& hic vna pariter,quo ad effectũ informationis.

Ad tertium etiam,in no. reſponſum eſt ſatis,
63 & nouiſsimè uerũ eſſe dicas,† ꝙ certã hẽat for
mam ſtipulatio,quòd debet ſtrictè interpretari,
iuraq; in contractibus bonæfidei loqui,& id ip-
ſum amplius ſępe ac ſæpius repetitum fuiſſe,ſed
non ut non idem diceremus quoq; generaliter
& in contractu ſtipulationis, ea quo rõ genera-
lis eſt,& legem noſtram poſtea ita determinan-
tem habemus. qđ aliud etiam tollit, qualitatem

bonæfidei ſcilicet excludere, aliam ſtricti iuris
cõtrariam,quia uerum eſt in dubio, & ubi idem
non reperiret à lege determinatum,ut hic.

Nec obſt.quòd ſuper iſta lege, fundamentum
fieri non poteſt propter uarios intellectus:quia
ſatis eſt,dummodo habeamus communem. l.1.
ff.de offi.quæſto.c.capellanus,de fe. & ſentit im
plicite Bar.in l.ninum in 3.col. ff.ſi cer. pet.

Quartum fallaciam habet, quoniam ſtatim q.
dixit interdum pactum contractum informare,
exemplificat in bonæfidei iudiciis,& rõnem ge-
neralem ſubiicit:ergo idem in ſtricti iuris, quia
exempla non reſtringunt regulam. §.hactenus.
Inſti.de gradi.& (ut dixi) generalis ratio efficit,
ut dictum ad illam extendatur, quanquam parti
culare ſit.l.metum.§.animaduertẽdum. ff.quod
met.cau. Vel reſponde, factum, non miſterium
iuris notari ex eo,ſicuti & in d.l.metum,in §.ſed
qđ prætor ait.ff.eo.& in ſimili de uerbo ſtatim,
in l.cum proponas.infra de tranſact.

Vel & ultimò,quòd interdũ dixit pactum in
formare,non quòd hoc nõ eſſet generale, ſed ex
alio,quia reformat etiam, trãſformat, parit,pe-
rimit, & elidit, quemadmodum in euidentiali-
bus diximus.

Ad quintum reſpondetur,nimirum eſſe,quia
partes nolebant paciſci,ſed ſtipulari tãtum, hic
autem ſecus.l.non omnis.ff.ſi certum petatur.
Vel & aliter,id ibi fore deciſum,quia lex reſiſte
bat,cum non eſſet reſponſio congrua interroga
tioni,hic haud conſiderabile, idcirco nimirum
ſi extẽditur ſtipulatio ad id quoque, qđ in pacto
deductum eſt.l.1.ff.de uerb.obl.

Sextum quoq; falſum eſt (ut inquit Bar.hic)
quia imò oritur ex pacto incontinẽti appoſito,
etiam quòd habita relatione pacti ad cõtractũ,
innominatus inde non reſultet.d.l.in bonę fidei.
d.§. quinimò. cum ſimilibus, & eſt communis
opinio.

Non obſt.ſeptimum, quoniam implicitè ſal-
tem hic dicitur,ponderando uerbum ex ſtipula
tione, & uerbum ſtatim, quorum primum (ut
adhuc declarauimus ſupra) actionem ex ſtipu-
latu dari indicat:ſecundum uerò pręſcriptis uer
bis. Alios intellectus Angel.& Salyce.non refe-
ro,quia reprobantur, & benè, ut per Alex. hic.

In ea.igitur glo.ibi,ſed quid quæritur. & pri
mò ſi quis alicui mutuo dediſſet x. ſine uſuris,
eaque ſibi per ſtipulationem reddere promiſiſ-
ſet,& poſtea creditor pacto incontinenti appo
ſito,ſe pro debitore iturum Romam, an iſtud ip
65 ſum ueterem actionem informet,† ut detur ad id,
* qđ in pacto deductum eſt? Cõiter * concludũ,
quòd non,& hoc potiſsimũ,quia non æquè con
uenit, aliàs repugnantia manifeſta eſſet,quòd cõ
tractus,fauore creditoris factus,informetur,ex
tendaturq; actio ad id,quod in pacto deductum
eſt,contra eum.l.quod fauo.e.C.de leg.c.quod
ob gratiam.de reg.iur.in 6.

Imò

Imò quòd ratione iſta, nec præſcriptis uerbis orietur, nec ipſum pactum contractus cohærentia ueſtietur, ut tradit glo. in l. iuriſgentium. in §. quinimò. ff. de pact. ex quo etiam tria neceſſaria ſunt, quòd det legem contractui, ſit pars ipſius; & ab ipſo dependeat, ne nudum à cauſa dicatur. d. §. quinimò. l. fundi partem. ff. de contrahen. emp. l. 2. §. circa. ff. de except. do. Sed hic pactum, eſt ſeparatũ penitus ab ipſa ſtipulatione: non eſt ipſius pars, nec pendet ab ipſa: ergo nec informabit ueterem, nec nouam pariet, nec cohęrentia contractus ueſtietur. & probatur in l. ſi tibi. C. loca. ubi pactum non ueſtitur niſi ad utilitatem eius, cuius gratia contractus celebratus eſt, ſed pactum hic ueſtiretur contra creditorẽ: ergo. & quia actio contraria nunquam datur, niſi in caſibus à lege prouiſis. l. omnino. ff. de impen. in re. dota. fac. ubi glo. magiſtra. Et ult. loco, quia ſi uel uetus actio informaretur, uel nouam pareret, & cohærentia contractus ueſtiret, abſurdum reſultaret maximum in propoſito exemplo, creditorem elegiſſe uiam ad impugnãda ſua iudicia ſuoq; gladio ſe iugulare uoluiſſe, non facile præſumendum. l. 3. ff. de mili. teſt.

Sed tamen contrarium ex aliquibus etiã ſuaderi poteſt. & primò, quia quemadmodum non inconuenit, uni dari actionem directam & aduerſario contrariam, ut in depoſito, commodato, tutela, & ſimilibus, iura notiſsima ſunt, pari modo, nec inconueniet hic, dari actionem creditori ex contractu, pactumq; ueſtiri aduerſario.

Aliàs, & ſecundo, nihil operaretur, nec ueriſimiliter ſe debitor creditori per ſtipulationẽ obligaſſet, niſi ſibi illud feciſſet.

Tertiò, quia ſubeſt quid, quod creditori põt imputari, cur id ipſum incontinenti promiſerit, arg. in l. 2. in §. ſi quis tamen, ubi glo. not. ff. ſi q̃s cautio. & in l. quia ratio. ff. de cond. inſti.

Quartò facit tex. in l. ex morte, in fi. C. de pac. con. & in l. unica. in §. accedit. C. de rei uxo. actio. ubi ſi promitto tibi centum per ſtipulationem nomine dotis pro muliere, pacto incontinenti appoſito, ut ea ſoluto matrimonio mihi reddas, ueſtitur, & nihilominus id ipſum pro uno eſt, ſtipulatio uerò pro alio.

Quintò & ultimò, uidetur caſus in l. lecta. ff. ſi cer. pet. ubi contractus principalis mutui, erat in fauorem creditoris: pactum uerò debitoris commodum reſpiciebat, & tamen ueterem actio nem informat, ut detur ad id, quod in pacto deductum eſt.

Et hæc pars, diſputatiuè, uidetur uerior: con
ſiderando amplius generalitatem rationis d. §.
66 quinimò. & ſimilium, põderantium ſolum, † an
pactum incontinenti iuxta contractum appoſi-
tum ſit, uel ex interuallo, ut primo caſu agatur,
ſecundo uerò non, cum actione informata, tum
præſes. uerbis, ex quo ipſius contractus cohærẽ
tia ueſtitum eſt. quòdq; æquũ id putare debuit
in perſonam alterius. cui pacto ſe obligauit, quẽ
admodum in ſe ipſo, ut nedũ ſibi actio detur, ue
rum etiam aduerſario, uirtute pacti, cohærentia
contractus (ut diximus) veſtiti arg. in rub. & to
to tit. ff. q̃d quiſq; iur. & ꝙ denique ſibi lex ſuc-
currere non debet, ne debitori det actio, ex quo
obligatio & actus uoluntarius eſt. arg. in l. ſi fi-
deiuſſor. in §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſd. cog.

Nec obſt. adducta in contrarium, & maximè primum, quia ex his ſublatũ uidebitur, ſentitq; Dec. hic, dicens, non ſimpliciter contractum in mei ſtipulãtis fauorem factum fuiſſe, ſed etiam debitoris, pacto incontinenti appoſito, diſtinguendo an actio informetur, uel contractus, ut per eum, quod ego non curo.

Vel & ſpecialius reſponderi poteſt; inducta unius fauore, ad odium eiuſdem, & læſionem pariter retorqueri, quando id in ipſius fauoris cõſequentiam uenit. l. cum ex oratione. §. fi. ff. de excuſ. tut. & tradit Bal. in d. l. quod fauore. in 7. oppo. C. de legi. & ad iſtum caſum poteſt commodè adaptari.

Obſerua quintò præſcriptis uerbis dixiſſe, tũ quia relationem habet ad uerbum actio pcedẽs, & ut malus uerborum ſonus uitaretur, iuxta no. in procе. Inſti. in prin. tum etiam quia certa & pſcripta quidem uerba erant, à quibus denominata fuit, cũ deficerent uulgaria, atq; uſitata actionum nomina, quanquam in factum & condictio quoque appelletur, ut in rub. & l. 1. & 2. ff. de pręſcrip. uerb.

15 Modo notandum eſt, & primò ex iſto tex. † ſi creditor ſucceſſerit debitori, quòd actiones regulariter confunduntur, rationibus de quibus ſupra non repetendis aliter. adde (ut dicunt Docto.) quòd hoc idem etiam procedit, quanquam hęreditas non ſit apud ipſum adeuntem remanſura, annotatu certè dignum. l. deducta. & ibi Ang. Imo. & Alex. in princ. ff. ad Treb. ex quo granatus eſt, & cogi poteſt. l. cohæredi. §. cũ filiæ. ff. de uulg. & pup. ſubſt. l. cogi. ff. ad Treb. ſoloq; noie remanet hæres, ut in ſimili inquit Bald. per illum tex. in l. cum hæreditate patris, in prin. ff. de acq. hær. l. & ſi ſine. §. ſed quod Papi. ff. de mino. & nimirum, quoniam poteſt detrahere creditũ ſuũ, & Trebellianicam amplius, quam non perdit, ut Falcidiam, ſi inuentarium haud faciat, iuxta ea, quæ habentur in l. Marcellus. ff. ad Treb. l. in imponenda. l. irritum. C. ad legem Falc.

Ex quo habetis inferre (ſubiiciunt adhuc) q licèt confundantur iura hæredis adeuntia (ut dixi) ipſa aditione, quo ad actionem & obligationem, non tamen confunduntur, quo ad retentionem, & benè: cum non ualeat fideicommiſſum uniuerſale, niſi quatenus in hæreditate reperiat. d. l. cohæredi. d. §. cũ filiæ. ff. de uulg. & pup. ſub.

Verum hæreditas non dicitur, niſi quæ reſtat, deducto ære alieno. l. fi. §. in computatione. C. de iur. deliber. ergo. & retentione intellige, reſpectu crediti ac Trebellianicæ, ut ſupr. d. §. cum filiæ. hoc idem ex alio quoque confirmando, uerum eſſe, quia retentio fauorabilis eſt ſui natura, ex quo alibi, pactum non ualet, quo ad actionem, & tamen ualet quo ad retentionẽ. in l. quanuis. & ibi Bar. in prin. ff. de ſolu. l. 1. C. de par. pi.

Qui dicit etiam alibi, quòd in pari cauſa potior eſt ſemper retinentis, quàm petentis conditio, in l. ratis. ff. de incen. rui. nauf. & benè. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de uerb. obl.

Et hinc eſt, quòd in l. 1. in §. diuus. ff. de uar. & & extraord. cog. ſalarium aduocati repeti nõ poteſt, quodque petitio aliàs eo caſu impediretur, ut no. in l. diem functo. ff. de offi. aſſe. & ad idem eſt bonus text. in l. & poſt rem. in §. 1. ff. de tranſac. & in l. per procuratorem. ff. de procu. nec poteſt negari.

Nihilominus tamen illatio iſta mihi bona nõ uidetur, ex quo non eſt ex præmiſsis, nec de terminis, ex quibus infertur, ut no. in l. 1. in §. q mandatam. ff. de offi. eius, cui mand. eſt iur. argumẽ. in l. Papinianus exuli. ff. de mi. quoniam beneficium hoc habet, ut hæres, non ut creditor, qui ſemper retinet, qualiſcunque fuerit: ex quo aliàs fideicommiſſa extinguerentur, nec inuenirẽtur hæreditatem reſtituentes, & malè. Inſti. de fideicòm. hær. & de leg. Falc. in princ. ita tene, eſtque argum. in l. ſi paterfam. in §. 1. ff. de adop.

Imò nec ampliatio, quia ſi ſupradicta deducere poteſt, & maximè debitum, effectualiter actiones confuſæ non uidebuntur, de quo etiam ĩ. qñ inuentarium conficitur.

Interim tamen, & ſepoſitis his, ac conſultius quicquid arguendo dictum ſit, de pluribus dubitare contingit: & primò, quid in ipſo fideicommiſſario uniuerſali, Res expedita eſt, idẽ dici debere, quoniam loco hæredis habetur. l. ſi filius. §. 1. ff. quod cum eo. l. poſtulante, ad fi. ff. ad Trebel. adeo ut filius, ita relictus, nec directo inſtitutus, haud dicatur præteritus, ita glo. in l. ſcimus. in §. cum autem. C. de inoffi. teſtam. non firmandum tamen, quia Bal. dubitat ualde in l. inter cætera. ff. de lib. & poſthu. ut per eum.

Verum ad propoſitum ſi loco hæredis habet. d. §. 1. & in hærede adeunte dicimus, actiones cõfundi, confundentur pari modo in fideicommiſſario. & quod dicatur in effectu hæres poſt reſtitutionem ſibi factam, probatur etiã in l. ex facto. ff. ad Treb. & in l. ſi neceſſe. in §. fi. ff. ad Treb. Iacob. de Aret. Petr. & Bald. in l. qui teſtamento. in princ. ff. de teſtam.

16 Secundò dubitatur, quid in † hærede granato reſtituere, ſi coactus adiuiſſet, an confundatur actio in totum.

Docto. hic concludunt, quòd non, ex quo debitor ſaltem remanet naturaliter obligatus. l. debitor, & ibi no. Bart. in prin. ff. ad Treb. (cogi. n. poſſe non eſt dubium. l. 2. §. interdum. ff. de uulg. & pup. ſubſt. l. nam quod. §. qui compulſus. l. cogi. ff. ad Treb. ne fideicommiſſum euaneſcat, & eſt differentia, quia hoc caſu etiam quòd pœniteat, quartam non detrahit, ut in locis præalleg. & in l. pe. in §. fin. C. ad Treb. not. alio autem, ſi ſpõte ſcilicet reſtituat, ſic. & nota quòd coactio præciſa eſt, quia ſi cauſatiua foret, utique quarta

non priuaretur.l.1.& ibi gloſ. C.ut ne.inui.age.co.) & ratione comprobari poteſt, quoniam conſenſum non habet.l.Iulianus.ff.de condi.inde.unde ſicuti obligatio naturalis ſententia nõ tollitur, quæ eſt de iure ciuili, ut ibi, pariter tolli non debet aditione, quæ eſt huiuſmodi. Item q̃a ſi in l.2.in §.fi.alleg.etiam ſupra.ff.de hær.uel actio.uend.hæredi uoluntariè reſtituenti hæreditatem titulo oneroſo conſeruatur actio, qui de tranſlatione hæreditatis cogitare nõ potuit, multomagis conſeruabitur hic reſtituenti coactè titulo lucratiuo, qui hoc ipſum cogitare potuit, ex quo eam habebat neceſſariò reſtituere.

Vltimò, quia grauatus in hoc, ex quo (ut ſupra etiam dicebã in 1.no.) coactus adiit, debuit in alio releuari.l.eum qui.ff.de iureiur.

Conſiderando maximè (ut dicebam pariter in prima lect.) ſuccurri potius facienti actũ ex neceſſitate, quàm ex uoluntate.l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria.ff.qui ſatiſd.cog.

Verum contrarium ſuadetur etiam facile, q̃a coacta aditio, aditio eſt, arg.in l.ſi mulier.in §.ſi metu.ff.quod met.cau. ergo ea neceſſariò actio confuſa dicetur, & ſic obligatio, cum naturalis, tum ciuilis.

Item quia ſi naturalem inducit. d.§.ſi metu. æquè conuenit, iuxta reg.l.fi.ff.de le.3.quod tã tum operatur oppoſitum in oppoſito, quantum propoſitum in propoſito, ut eam etiam tollat, & quia text.in d.l.debitor, ad literam dicit, ſublatam fuiſſe.

Breuiter à prima opi.non recede ex ſupradictis: nec obſ.adducta in contrarium, quia primũ fallaciam habet, & uerum eſt coactam aditionẽ eſſe huiuſmodi, ſed non propriè.l.1.ff.de don.l.hoc legatum.ff.de leg.3.imò quòd diſſenſum ẽt habet, & fit permixtio contrariorum in eodem ſubiecto, reſultatque mixtum quoddam in aĩa, cuius libertas diſſentit, ſed ſenſualitas conſentit, ne maius detrimẽtum pariatur, ut inquit gl. in c.cum inter, & ibi Bald.in 2.col.de elect.& eſt no.tex.in c.ſacris. quod met.cau.ubi pati potius dicitur, qui aliquid coactè facit, quàm agere. & dato quòd aditio ſit, confuſaq; actio, de æquitate tamen reuiuiſcit, ut in ſimili, in d.§ ſi metu. & eſt arg.in l.deferre, in §.fi.ff.de iu.fi.melius in l.2 in §.fi.ff.ſi ex noxa.cau.aga.& in l.hæredem.ff.de his quib.ut indig.

Ex quo tollitur etiam ſecundum.

Non obſt.tertium & ultimum, quia idipſum dicit Iuriſcon.arguendo, non determinando, ſecundum Barto.ibi, in princ.& benè, quaſi dicat, uerba narratiua ſunt, non diſpoſitiua.l.unica.C.quan.non peten.par.& ita eſt tenendum.

Tertiò dubitatur regula enim iſtius legis (ꝓ
1 cedit in perſonalibus actionibus) quid† in realibus. Bal.in l.ſi uxor.C.de bon.auth.iudi.poſſ.in princ.dicebat, per aditionem hæreditatis non cõ
* fundi, & ita communiter * cæteri, moti quia ceſſat ratio legis noſtræ, & ſimiliũ, ex quo poſſum habere dominium rei poſſeſſæ à teſtatore, taliter ut adita hæreditate non confundatur, ſed potentia duret apud hæredem, intentanda quandoque contra tertium, poſſeſſionem occupantem. l.fi. & ibi not.C.de hær.uel actio.uen.in actione perſonali haud dicendum, nec etiam quod bona hæredis ſint obligata pro debitis defuncti, aliaque ſunt bona defuncti, & alia hęredis. l.Paulus, in princ.ff.de pign.l.aſſiduis. C.qui po.in pig.hab. & nimirum, quia ſi uidemus alio caſu differre.l.ſi in rem.ff.de rei uend.§.omnium. Inſti.de act.l.1.§.ſi hæres.ff.ad Treb.l.fi.§.fi.ff.de contrahen.emp.l.1.§.illud.ff.quo.leg.l.cum notiſsimi.l.ſicut.l.omnes.C.de præſcrip.30.uel 40.anno.& no.in l.2.C.de lui.pi.utique nouum non erit, ẽt ſi differant iſto: & per dictam theoricam Bald.in d.l.ſi uxor.ita etiam tenuit Salic.in l.fi.in §.ſi uerò & ipſe.in fi.C.de in.delib.& quòd in actionibus perſonalibus intelligatur text. noſter, ſatis expeditum uidebatur, faciens debitoria mentionem, cuius appellatione non uenit is, qui actione reali tenetur.l.Aurelius.§.Mæuia.ff.de libe.lega.per quem text.dixit Bald.alibi, in l.cum neceſsitatem.C.de fideicom. quòd ſi teſtator legat liberationẽm omnibus debitoribus ſuis, non ueniet poſsidens res teſtatoria, & quòd largo ſum pro uocabulo debitor eſt. in l.dominium.C. quod cum eo, & alii in l.1.ff.ſi cer.pet.

18 Quartò dubitatur, quid in actione † hypothecaria.idem Bald.in d.l.ſi uxor.in princ.C.de bo.auct.iud.poſſ.tenuit, non confundi pariter, nec immerito. primò quia ipſa quoque realis eſt.l.pignoris.C.de pigno.l.pignoris.ff.eod.adeo ut in libello cõcludatur hoc caſu, quemadmodum in reali ſecundum Bar.in l.rem alienam, in pen.colum.ff.de pign.act.& ad propoſitum ac ꝓpriè
19 nil † aliud eſt hypotheca, niſi res obligata, non uendita, nec tradita creditori, ad quam deuenire non poteſt, etiam ſecũdum iſta tempora, niſi debitor ſit in mora.l.ſi res obligata.ff.de leg.1.l.creditor.& ubi obique idem Bart. (ſingula ſingulis
* referendo) ff.de diſtra.pigno.& ita cæteri * cõmuniter moti ex pluribus maximè per text. & ſecundo, in l.debitor.ff.ad Trebellian.ubi uidetur caſus ad literam, aditione non confundi. Tertiò pro iſta ſententia facit text. in leg.cum quis.in §.fi.ff.de ſol.ubi ſi fideiuſſorem tibi dedero, obligantem hac de re etiam pignus, meq; hæredem inſtituiſſet, non teneor ex cauſa fideiuſſoria, ex quo ut principalis eram obligatus: ſed tñ pignus obligatum remanet, habens hanc conditionem, donec ſoluatur: ergo manebit etiã in caſu noſtro, nec per cõfuſionem actionis principalis tolletur hypothecaria.

Veruntamen contraria opin. ex multis etiam ſuaderi poſſe uidetur, & primò per text. in l.ex ſextante, in §.Latinus.ff.de excep.rei iud.ubi ad literam dicitur, quòd creditore domino conſtituto,

tuto, pignus perſeuerare non poteſt, ex quo re
ncra res ſua nemini poteſt eſſe obligata. l. neque
pignus. ff. de reg. iu. l. 2. ff. de pig. act. Bart. in l. 1.
in ult. colum. ff. de le. 1. & in ſimili, in l. Vranius.
ff. de fideiuſſ. ubi ſi debitori ſucceſſerit creditor,
ueluti ſolutionis iure ſublata obligatione, etiam
mandator liberatur, quia non poteſt (ſubiicit Iu
riſcon.) pro eodem apud eundem quis manda-
tor eſſe.

Secundò, quia ſublata actione principali, im-
poſsibile eſſe uidetur, acceſſoriam ſubſiſtere. l.
cum principalis. ff. de reg. iur. quod per locum à
ſpeciali etiam probatur in d. l. 2. proximè allega.
C. de lui. pign. & in ſpecie hanc conſequentiam
facit tertio loco Barto. in l. 1. ff. de Sal. inter. & in
l. edita. in 7. colum. ſupra, de edend. taliter ut ab
ſolutoria in una pariat exceptionem rei iudicatę
in alia, l. ſi deferente. ff. quibus mod. pigno. uel
hypothec. ſolu.

Et hæc opin. placet breuiter ex prædictis.

Nec obſ. primum pro communi, quia uerum
eſt: nec poteſt negari, eam ſcilicet realem fore,
ſed non, ut non tollatur ſublata perſonali, quo-
niam ad eam neceſſaria eſt: & idem debet iudica
ri, quod de ea. l. & an eandem. §. fin. ff. de except.
rei iud. tradit Bar. in l. ſolutum. in §. per liberam.
ff. de pign. actio. & eſt ſimile, quia actio aliàs iudi
catur etiam mobilis uel immobilis, ſecundũ na
turam rei, quæ in ea deducitur. ita idem Bart. in
l. 1. C. ſi aduer. tranſac. & in l. ſi conuenerit, in
princ. ff. de pign. act. & in l. ſi ſic, in §. fi. de leg. 1.
vel dic, quod etiam ſit perſonalis uno reſpectu,
licèt alio ſit realis, ut per Bartol. in d. l. pignoris.
C. de pignor.

Non ſecundum, quia ſpeciale eſt (ut ibi glo.
dicit) ponderando uerbum plerunque, appoſi
tum in d. l. cum principalis. quod apparet etiam,
quia exemplo ſpeciali d. l. 2. C. de lui. pign. id ip
ſum probat: & ratio ſpecialitatis eſt, quia hæres,
& ſic creditor, alteri hæreditatẽ reſtituerat, haud
conſiderabile in caſu noſtro, nec in d. §. Latinus.
eoq; magis etiam, quia propter pignus obliga-
tio naturalis remanſit. nec dicatur (ut ibi dicit
Bar.) quòd imò remanſit naturalis & ciuilis, ex
quo aliàs ſi naturalis tantum, actionem nõ pro-
duceret. l. naturalis. ff. de act. & oblig. quia in pi-
gnore ſecus eſt. l. ſi tibi. §. de pignore. ff. de pact.
quaſi dicat, ſolo conſenſu contrahitur, taliter
ut ibi propter ipſum naturalis obligatio cauſa-
ta haud confundatur, & eſt uerisſimus intellẽs.

Alii etiam aliter reſpondent, quòd imò ibi nõ
ſolum conſeruatur hypothecaria, ſed etiam per
ſonalis, de directo contra illum text. ideo proxi
mè dictum melius, & tenendum abſque dubio.
uel dic, ut infra ad l. cum quis. §. fin. de ſol. quòd
ibi ceſſat ratio, propter reſtitutionem, quæ ĩ ca-
ſu noſtro militat, ne detur iam (ut diximus) adi
tione confuſa.

Non denique tertium & ultimum, quia re-
ſpondet Paul. de Caſt. ibi illud ideo eſſe, q̃a ſub-
iectum actionis perſonalis, eſt perſona: ſubiectũ
uerò hypothecariæ, res. modo ſi debitor fideiuſ
ſori ſuccedat, extinguitur fideiuſſoria, ne ambæ
in uno eodemq; ſubiecto reperiantur, in hypo-
thecaria haud conſiderabile: ergo nimirum, ſi pi
gnus obligatum manet.

Vel & aliter dicamus, quòd iſtud in graue dã
num creditoris cederet, cui per talem ſucceſsio
nem præiudicium fieri non debet, nec mutari
obligatio, ex mutatione perſonæ. l. 2. §. ex his,
ff. de uerb. oblig.

Sed prima melior, q̃m ſic ẽt non deberet mu-
tari fideiuſſoria, & tamen mutatur, ut ibi.

Niſi replicetur, præiudicium non fieri, cum p
principalem tantum conſequi poſsit, quantum
per acceſſoriam: quod non eſſet, ſi extinguere-
tur hypothecaria, quæ plus conſequitur, q̃ perſo
nali: exempli gratia, ſi res apud tertium poſſeſſo
rem reperiatur, quoniam contra eum habet hy-
pothecariam, & non perſonalem. l. ſi fundus. §. in
uendicatione. ff. de pign. & ſentit Pau. de Caſt. in
d. §. finali.

Vel & tertio dicamus formalius, quòd cum
ceſſet ratio, qua dicimus actiones confundi, etiã
ſi ſit hypothecaria, eo caſu non mirum erit, ſi pi-
gnus obligatum manet, extincta etiam actione
principali. l. adigere. §. quanuis, de iure pa. c. cum
ceſſante, de appel. & ita tranſeundum eſt.

Quintò & ultimò dubitatur, quid ſi creditor,
20 eſſet hæres pro parte? † Reſpondent omnes, q̃
pro parte etiam fiet confuſio, per text. etiam in
glo. alleg. in l. ſi adulta. C. de hær. act. qui cauilla
ri non poteſt, & idem ſentit Bald. in d. l. ſi uxor.
de bon. auth. iud. poſſ.

Adde tu rationem, quia pro ea parte etiã eſt
hæres, & perſonam defuncti repræſentat, pro
alia extraneus. ita Barto. in l. 2. in §. Cato. in ult.
colum. & in §. item ſi in facto. in 1. ff. de uerb. ob.
& procedit etiam ſi debitum indiuiduum ſit, q̃m
ſuppleri poterit, ut per glo. in l. 1. C. de hær. act.
& eſt ultra eam, arg. in l. 2. 3. & 4. ff. fin. regund.
& Inſti. de offi. iud. in fi. Ex quibus textualia ſint
expedita, q̃m cætera nihil habent.

In glo. confuſa. in princip. quam per modum
oppoſitionis etiam reaſſumit Bart. habetis, quòd
21 licèt actio per aditionem hæreditatis † confuſa
ſit, & extincta in ſubſtantia: durat tamen eius ef
22 fectus, ut debitum deducat creditor, † propter
inuentarium, quod ipſum reponit in eſſe, & ſta-
tu, in quo erat ante aditam hæreditatem, ut in lo
cis infra alleg. not. & non immeritò durare eius
effectum dixi, quia ſemel extincta amplius non
reuiuiſcit. l. qui res. §. aream. ff. de ſol. l. poſtquã
liti. infra eod. & quia inuentarium fit poſt aditio
nem communiter, ut in l. fin. in §. ſin autem. & in
§. donec. & in §. ſin uerò. C. de iure delib. & quia
ſi in ſubſtantia duraret, actiuè eſſet in hærede,
& paſsiuè in hæreditate, quæ quo ad hoc haberetur

tur

tur pro non adita, & ſic teſtator reperiretur mortuus pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, contra tex. in l. ius noſtrum. ff. de reg. iu. & quia in d. l. fi. in §. in computatione. C. de iure delib. dicitur, ipſum hoc caſu ſimilem fortunam habere debere cum cæteris creditoribus: ergo quo ad effectum omnino, quia ſimile, non eſt idem. l. qđ Nerua. ff. depoſi. & quia denique uidemus, ſm Bar. idem, ſi hæres transferat hæreditatem ad alium ſine dolo, quòd durat actionis effectus adhuc, ut ſibi debitum deducat. l. debitor. ff. ad Trebel. cuius intellectum tamen, quia dictum eſt ſatis ſuprà, non refero nunc aliter. l. hæredem. ff. de his quibus ut indign. l. propter. §. neptis. ff. ad Syllanianum.

Sed (ut dicebam ſupra.) quæſtio uidetur inutilis & uana, an actiones confuſæ ſint, necne: qm̃ omnino effectus durat. & dato quòd utile quoquo modo eſſe poſsit, ut hic per Paul. & Ale. aut quia agere, quàm officium iudicis implorare, expediat magis, arg. l. in cauſæ. ff. de minor.

Cogita, ſi tenendo contrarium, quòd imò reuiuiſcat, ut uidetur innuere text. in d. l. fi. in §. in computatione. de iure delib. & in d. l. hæredem. ff. de his quib. ut indig.

Ad primum dici poſset, id uerum eſſe, niſi cauſa ſubſit, ut hic, & no. Ang. in d. §. neptis.

Ad ſecundum uerò, nihil referre, quia id ipſum loco cauſæ eſt, ex quo facto poſtea inuentario ueriſimile uř, hac mente tunc adiuiſſe.

Ad tertium, plerunq; non inconuenire. l. circa. ff. de inoffic. teſtam. & not. in d. l. ius noſtrum. & idem in ſententia, & tutela, inquit Bart. in l. ſi quis ſub conditione. in 2. col. ff. de teſta. tu.

Quartum ſecum reſponſionem habet, ſi expoſuerimus ſimilem fortunam, ideſt æqualem. l. non omnes. in princ. ff. de re mili.

Quintum & ultimum iam ſublatum eſt, quia imò dicitur in d. l. hæredem. ſi dolus hæredi, necem defuncti haud uindicanti, imputari minimè poteſt, eidem actionem iam confuſam reddi, nec ſecus in d. §. neptis. & hæc ſatis ſint diſputatiuè

* dicta, quia aliàs à communi * opin. non erit recedendum.

23 Et ad propoſitum inuentarii, † qm̃ materia quotidiana eſt, non ab re Bald. hic, in 2. colum. dicebat, quòd hæres iſto caſu citatis creditorib. & legatarijs poterit officium iudicis implorare ſuper ſeparatione bonorum, ut pro eius debito aliqua res ſibi aſsignetur, & bene, ꝑ titu. de ſepa. bo. & habetur etiam in l. ſi adulta. C. de hær. act. & hoc uirtute inuentarii, qm̃ aliàs ipſi adeunti ſimpliciter dictum beneficium haud competit. l. 1. §. præterea. ff. de ſepa. præterquam in caſu §. ſed ſi quis ſuſpectum. ea. l. & officium iudicis dixi, qm̃ actio erat confuſa, ut ſupra, ipſumq; non actio vel obligatio, ſed ſubſidiarium remedium, qđ loco deficientis actionis datur. l. deducta. in princ. ff. ad Treb. & ibi no. Alb. & ſi diceretur (ut dicit Deci. hic) eſſe aduertendum, qm̃ inuitis creditoribus hoc facere non poſſet, ſimilem cũ illis habens fortunam. d. §. in cõputatione. utiq; non negabo: ſed bene dicam, intelligi ſano modo, prærogatiua temporum ſeruata inter ipſos: aliàs citatio nihil operaretur. d. §. in computatione. ergo poterit hoc idem ipſis etiam inuitis facere. cogita.

24 Dicebat etiam Sali. alibi † in l. fin. in §. ſi uerò, & ipſe, in fi. C. de iu. delib. ſi ſtatutum diſponat, executionem inſtrumenti fieri debere ita cõtra hæredem, ſicuti contra defunctum, quòd contra hæredem fieri non poterit, qui inuentarium fecit: dictum ſanè prima facie non tutum, quia ſic nihil operaretur, ex quo certum eſt, & indubitabile, non confecto inuentario fieri poſſe, & malè. l. 4. §. prætor. ff. de dam. infe.

Sol. facilis eſt, ſi dixeris, id non eſſe in conſideratione, qm̃ hæres indebitè damnum pateretur, ita Barto. in l. etiam. in 2. colum. ff. de minor. & propterea, ut ibi, interpretationem reſtrictiuam patietur. l. 2. C. de noxal. capit. cum dilectus. de conſuet.

25 Tertiò dicebat † Bald. in l. qui ſe patris. in 10. colum. C. unde lib. ſi pater renunciet feudo antiquo, & filius eius hereditatem adeat, quòd facto inuentario poterit uenire contra factum patris; notandũ ꝓ limitatione l. cũ à matre. C. de rei uẽ.

Qđ etiam procedere non uidetur, quia hæres ſemper tenetur habere ratum factum defuncti, qñ obligatorium eſt, ex quo contra ipſum competat actio, uel exceptio, ſm Bart. in l. Lucius. ad ſi. ff. ſolu. matrim. ſed hic competeret actio, ſiue exceptio, propter renunciationem, ergò.

Sol. facilis eſt, ſi dixeris, iſtud procedere, qñ inuentarium factum non eſſet.

Et ſimilis q. quarto loco, decidi põt, quam ponit idem Salic. in d. §. ſi uerò & ipſe in 2. col. quã non refero aliter.

Quintò & ultimò dicebat idemmet ibidem, in prin. poſt glo. tamen, & eſt quotidianum, ſi pater filii fundum uendidiſſet, hæreditatemq; patris ipſe adiuiſſet cum beneficio legis & inuentarij, quòd poterit ipſum ab emptoris manibus uẽdicare, nec ſibi obſtabit exceptio, quem de euictione tenet actio &c. de qua in l. uendicantem. ff. de euict. & benè, cum declaratione tñ, ꝗ filius nil, ultra bonorum ſubſidium habeat, qm̃ aliàs dicta exceptione repelleretur, quæ eſt impeditiua litis ingreſſus, ſm Bald. in l. & ſi inſtrumenta. C. de fid. inſtr. & iu. hal. fiſca. lib. 10.

Et ex his, quia aliæ partes gloſſ. difficultatem non habent, uidendæ aliàs, ſi quiſque cupiat, ut per Doctor. ſumus de lege iſta expediti die 21. Aprilis. 1543. Patauij.

SVMMARIVM.

1 *Creditor ſi debitori ſuccedat, actiones cõfunduntur.*

2 *Papa an ſeipſum deponere poſſit.*

3 *Filiusfa-*

3 *Filiusfamilias conſul, an poßit ſe ipſum apud ſe ipſum emancipare.*

4 *Creditor ſi debitori ſuo ſuccedat, & hæreditatē ſit reſtituturus, an confundantur actiones.*

5 *Cauſa ceſſante, non ceſſat effectus, quando eſt conſumatus.*

6 *Factum non dicitur, quod non durat factum.*

7 *Creditore debitori ſuo ſuccedēte per fideicōmißum uniuerſale, an actiones confundantur.*

8 *Creditor pro ea parte, qua debitori ſuo ſuccedit, actiones confunduntur.*

9 *Creditor, q coactè debitoris ſui hæreditatē adiuit, quā reſtituturus erat, conſeruat actionem.*

10 *Rei uendicatio per aditionem hæreditatis à creditore de hæreditate debitoris non confunditur.*

11 *Potentia ad actum deducibilis actus eſt.*

12 *Hypothecaria actio nō confunditur per aditionem hæreditatis, à creditore facta debitoris.*

13 *Exceptio intentionis, & facti non eſt exceptio ſimpliciter.*

14 *Renunciatio generalis in iudicijs ualet, ſecus extra.*

15 *Actiones, an reuiuiſcant, ſi creditor hæreditatem debitoris ſui in alium transferat.*

16 *Verba non ſunt ad literam, prout iacent intelligenda.*

17 *Actiones confecto inuentario, effectu durāt, licèt in ſubſtantia confundantur, quando creditor debitori ſuccedit.*

18 *Hæres contra factum defuncti uenire poteſt, ſi fecit inuentarium.*

19 *Fideiuſſores an liberentur, ſi creditor ſuccedat debitori ſuo.*

20 *Obligationes duas, in unius perſona concurrere poſſunt.*

21 *Fideiuſſor, an duabus actionibus eiuſdem pecuniæ teneatur.*

22 *Obligatio principalis cum ſit plena, an fideiuſſoria uideatur ſuperflua.*

23 *Caſus, qui deuenit ad eum actum, à quo incipere non poteſt, ſi tendat ad euadem finem, non uitiatur actus.*

24 *Perſona in una, duæ qualitates non inconuenit concurrere.*

25 *Obligatio principalis, & fideiuſſoria, an in una eademq; perſona concurrere poſſint.*

26 *Stipulatio alteri facta quomodo ualeat in l. debitori. C. de pac.*

27 *Arg. de contractu ad iudicium bonum eſt.*

28 *Actio ex ſtipulatu exponi debet in l. debitori. C. de pac. certi condictio.*

29 *Taciti & expreßi, an ſit par eademq; uirtus.*

30 *Fictio non minus operatur in caſu ficto, quàm ueritas in caſu uero.*

31 *Tranſactio eſt de re dubia, & lite incerta, per quā recedimus à lite.*

32 *Specialia duo circa idem concurrere non poſſunt.*

33 *Actio per aditionem confuſa, iterari non poteſt.*

34 *Debitor effectu, & non nomine tantum, & uerbotenus, conſiderari debet.*

De pactis.

Antoninus A. Maximo.

L. Debitori.] Summa, diuide, & caſum figura, ut hic per Docto. Et nota primo id, ad quod communiter allegatur, quòd ſi creditor ſucceſſerit debitori, actiones ſtatim & in-
1 continenti adita hæreditate † confunduntur: & minimè mirum, quoniam aliàs eſſet creditor ſui ipſius, ut in ſimili dicitur in l. hæres. in §. quod ſi ſtipulator. ff. de fideiuſſo. cum defunctus, & hæres, una eademque perſona reputentur. §. 1. in Authen. de iureiur. à mo. præſti. l. mortuo. ff. de
* iudi. l. legato. ff. de cond. & dem. & malè, ut *oēs, poſt Bald. tamen, in l. ſi uxor. in princ. C. de bon. aucto. iudi. poſsid. declarant, ex quo actio & paſſio in eodem ſubiecto concurrere non poſſunt. l. ubi repugnantia. ff. de reg. iu. l. cum is. §. 1. ff. de condict. indeb. & propterea inde eſt quòd perſonarum diſtinctio, adhibenda eſt. l. 2. ff. de ſtipul. ſeruo. d. §. quod ſi ſtipulator. c. fin. de inſti. & melius quàm alibi in l. ille à quo. in §. tempeſtiuum. ibi, ipſe ſe cogere non poterit. ff. ad Treb. in tantum, ut nec ipſe legiſlator, imò nec Deus facere poſsit, quòd concurrant, & fuit uerbum Alex. in conſi. 15. incip. uiſo proceſſu. in 2. colum. in 3. uolum. & maximè quando eſt repugnantia unius actus ad ſe ipſum, ut hic, & ſenſit Bald. in l. 1. in repe. in 3. col. C. de ſacroſan. eccl.

Sed conſidera, contra prędicta facere tex. in l. qui ſine. & in l. diuortio. ff. de neg. geſt. ubi creditor à ſemetipſo exigit. Item quia hæc ratio habet locum confecto inuentario, & tamen actiones non confunduntur. l. fina. §. ſi uerò. C. de iure deliberan.

Nec diſtinctio perſonarum ſemper neceſſa-
2 ria uidetur, † quandoquidem legamus, Papam poſſe ſe ipſum deponere & deſtituere. c. nos ſi incompetenter. 2. q. 7. & in manibus ſuis Papa, qui renunciare. c. 1. de renun. in 6. cuius contrarium tamen in alijs deciſum eſſe reperitur. c. admonet. c. quod in dubiis. de renun.

3 Item † quia filius quoque fam. poteſt ſi cōſul fuerit ſe ipſum apud ſe ipſum emancipare. l. ſi cōſul. ff. de adopt.

Quibus tñ pōt breuiter reſponderi, non obſtare primum, quia loquitur in eo, qui à ſe ipſo exigit alterius nomine: unde id quod facit, dicit facere non tanquam ipſe, ſed tanquam alius, ut in ſimili habetur in l. ſi paterf. in §. 1. ff. de adop.

Vel dic, ꝙ non propriè exigere eſt, ſed retinere alterius noīe, à materia noſtra longè alienū.

Ex quo tollitur etiam ſecundum, quoniā imò in ſubſtantia actio extinguitur, ea ratione, licèt effectu duret, ut debitum deducatur. l. hęredem. ff. de his quib. ut indi. l. propter ueneni. §. neptis. ff. ad Silla. & dicemus infra, in glo.

Non obſt.tertium & quartum,quia poſſet di
ci,id ſpeciale eſſe in Papa,qui ſuperiorem nō ha
bet,& ſenſit glo.in d.c.t .de renun. in 6.& Bald.
in l.Barbarius.in 1.lect.in pen.colum.ff.de offi.
prætor.ſed alio modo reſpondetur , id eſſe,quia
non eſt contrarietas,quæ non poſsit tolerari,ut
in ſimili dicitur ad l.ſi conſul.ff.de adop.

Vel aliter & tertiò,non eſſe uerum, nec pro-
bari in d.c.nos ſi incompetenter. in illis uerbis ,
ueſtro cuncta uolumus emendare iudicio . conſi
derando etiam quòd renunciatio in d. c.t . præ-
ſentibus Cardinalibus facta fuerat, ut ibi quoq;
Archid.not.

Non obſt.quintum & ultimum, qm̄ (ut dixi
ſupra.) eo caſu non uidetur contrarietas,& re-
pugnantia,quæ non poſsit in eodē ſubiecto con
currere,ut ibi Docto.declarant,& eſt argum.in
l.ſi reus.ff.de duo.re.in l.ſi duo.ff.de ſolu. & in l.
hæres.in §.non eſt nouum.ff.de fideiuſſ.

Et ad propoſitum redeundo,prædicta etiam
4 locum habent † in caſu,quando ſucceſsio nō eſ
ſet remanſura penes hæredem adeuntem,ut pu-
ta quia eā alteri reſtituere teneretur . l.deducta.
& ibi Ang.Imo.& Alex.per illum tex.ff.ad Tre-
bel.quos ēt refert,& ſequutus eſt Dec.hic,à qui
bus neque ego diſſentio, qm̄ cōſiderandum eſt,
quòd actus confuſionis momento conſumatur,
ita ut non amplius agi poſsit, cum dici etiam ſo
leat , quòd à priuatione ad habitum impoſsibi-
lis eſt regreſſus.l.homo liber. ff.de ſtat hom.l.q
res.§.aream.ff.de ſolu.l.quæritur.§.fi. ff.de ædil.
edic.cum ſimil. † & eſt argu.in l.fi. ff.unde libe.
5 ubi ceſſante cauſa , non ceſſat effectus , quando
ille idem eſt conſumatus, qđ pro limitatione re
gulæ l.adigere.§.quamuis. ff.de iur.patr. & c.cū
ceſſante.de appel.notandum eſt.

6 Sed † & iſtud quoque periculoſum uidetur,
& confundi per tex.in l.hæredem.ff.de his quib.
ut indi.ubi hæreditas apud adeuntem non remā
ſit,& tamen actiones non confunduntur , & idē
dicitur in l.propter ueneni.in §.neptis.ff.ad Syl-
la.& in l.debitor.ff.ad Treb.Vlterius id non di-
citur factum,quod non durat factum. l.ſi pro pa
tre.§.uerſum.ff.de i rem uer.ſed hæreditas apud
hæredem non eſt remanſura: ergo non deberet
dici adita,ad effectum ut actiones confunderen
tur. & ferè ī terminis uidetur caſus in l.aliud eſt
capere.ff.de uerb.ſig.ubi non uidetur capere qs
rem,quam alteri reſtituturus eſt, & in l.non ui-
detur.ff.de acqu.poſſ.ubi poſſeſsionem adeptus
non uidetur,qui eam non retinuit. Quibus etiā
facilè reſpōderi poteſt , quoniam in d.l.hæredē.
& in d.§.neptis . actiones dubio procul dicimus
confuſas eſſe in ſubſtantia,ſed effectu durare,ut
debitum deducatur,& declarat Bart.infra.

Nec obſt.text.in l.debitor.quia eodem modo
poſſet reſpōderi,ut idem Bar.ſenſit in loco ꝑall.
& uerum eſt,conſiderando ſemp aditionem , ut
hic: ſed ſolidius reſpōnde , u[illegible]tim dicemus .

Et minus etiam facit ultimum,qm̄ cum effe-
ctus de præterito conſideretur ſatisfactum fuiſ-
ſe,licèt factum non durauerit , quod ſecus ſi de
præſenti,ut hic,& in l.cum ſponſus.in §.fi. ff.de
Publicia.& eſt materia brocardica. de qua aliàs
me remitto ad not. in d.§.uerſum. & in ſumma,
ubi Arch.latè,8.q.4.Vel dic,quòd quo ad actum
confuſionis,factum dicetur,id eſt adita hæredi-
tas, licèt adita non durauerit , quia alteri poſtea
reſtituta fuerit,ubi aliàs regulæ ſtandum eſſet.d.
l.deducta,ad Treb.& aliis, ut hic per ſcriben. &
hoc eſt quod poſtea dicunt , quòd licèt quo ad
actiones prędicta ſint uera,non tñ procedunt re
ſpectu retentionis,& bene,ut per eos: qm̄ uide-
tur etiam eſſe caſus apertus in l. in imponenda.
& in l.irritum.C.ad legem Falc.

7 Secundò locum habent etiam † in fideicom-
miſſario uniuerſali , in quem tranſeunt actiones
actiuæ & paſsiuæ,ut in l.reſtituta. ff.ad Treb. &
quia ſi hæres non eſt propriè,eſt tamē ſimilis hæ
redi.l.ſi filius.§.1.ff.quod cum eo . l.1. §.de illo.
& ibi Bart.ff.ad Treb.licèt non per omnia, ut de
clarat Bald.in auth.ex cauſa.in t o.colum.in fin.
& princ.ſeq.C.de lib.præter.& in l.fin.in §.t . C.
de iur.deliber.etiam (ad iſtud enim Docto. non
animàduertunt) quòd aditio non ſit conſidera-
bilis,niſi in perſonam hæredis inſtituti, & roga-
ti reſtituere hæreditatem , quoniam cum primo·
teſtatori ſuccedatur,ut diximus in l.t . ī.eod. in
glo.te filio.in 3.oppoſi.2.partis , & quidem per
text.qui ad hoc ſolet allegari in l.cohæredi. in §.
cum filiæ.ff.de uulg.& pupil.ſubſtit.eſt perinde
ac ſi adiuiſſet . & uidetur quoque probari,in ar-
gumen.tamen, in l.ſi.C.de hære.inſti. quod ma-
ximè notabis .

8 Tertiò & ultimò,ſiue hæres ſit in totum,† ſi-
ue pro parte,quoniam ſemper pro ea parte , pro
qua hæres eſt , confunduntur abſque dubio.l.ſi
adulta.C.de hær.actio.l.licèt.C.ad legem Falc.l.
ſi debitori creditor.ff.de fideiuſſ.alleg. in glo. &
aliis,ut hic per Doct.& non ab re etiā ultra eos,
quia bonum eſt argumē.de parte ad totum, & è
contra,ubi eadem eſt ratio partis & totius.l.quę
de tota.ff.de rei uendi.l.ſi duo.ff.de adminiſt. tu
to.cum ſimilibus.ſed dubium eſt quomodo pro
parte confundi poſſent, ſi quidem debitum indi
uiduum eſſet, ut puta ſeruitus.Deci.Seni.hic,ſe
remittit ad glo.in l.1 .C.de hæred.act.

Reſolutio uera eſt,eam æſtimari,& partē æſti
mationis deberi,ubi alia aliàs per aditionem cō
fuſa eſt.l.cum filius. ff.de leg.2. l.cum in fundo.
§.ſi fundus. ff.de iur.dot. l.ſi is qui quadringēta.
§.fin.ff.ad legem Falc.

Verum qm̄ diximus,prædicta locum habere,
etiam in eo apud quem hæreditas non eſſet re-
9 manſura, limita ita demum eſſe uerum,† & pro
cedere,ſi uoluntariè adiuerit,non ſi coactè,quo-
niam tunc debitor naturaliter remanet obliga-
tus.d.l.debitor.ad Treb. ubi eſt caſus notabilis,
& eſt

& eſt uera intelligentia illius text.ut Alexã. hic
dicit,& bene.

Adde tu, poſſe ratione comprobari, id mini
mè mirum eſſe,quoniam lex magis fauet facienti
actum ex neceſsitate,quàm ex uoluntate. l.ſi fi-
deiuſſor.§.ſi neceſſaria.ff.qui ſatiſda.cog.l.ſi di-
ctum.§.ſi compromiſero.per locum à cõtrario.
ff.de ædil.edic.Item quia ſi grauatus fuit in hoc,
ut coactus adiret, in alio debuit releuari.l.eum
qui.in princ.ff.de iureiuran.& ita tranſeundum
eſſet. Sed Dec.dicit,aduertendum,quoniam na-
turalis obligatio ibidem remanſerat propter pi
gnus,aliàs & naturalis quoque fuiſſet extincta,
& minus rectè quidem, quoniam ſi coactus non
adiuiſſet,in quo ſe fundat potiſſimum legiſlator
ſublata actione principali, & acceſſoria quoque
propter pignus ſublata fuiſſet,ut dicam infra,&
propterea intellectus uerißimus eſt.

10 Secundò limitantur prædicta in caſu,†quan-
do creditori competeret rei uendicatio,non au-
tem actio perſonalis, quoniam tunc per aditio-
nem hæreditatis non confunderetur, ſm Bal.in
d.l.ſi uxor.C.de bon.auth.iud.poſ.& non mirũ,
quia poßibile eſt, creditorem eſſe hæredem ſui
debitoris,& dominum etiam rei per eum poſſeſ
ſæ, ita ut ſi eiuſdem poſſeßionem non apprehẽ-
derit,quemadmodum Doctor.declarant, & be-
ne,actu eam habeat: ſin autem habitu & poten-
tia,quando per alium occuparetur. ex quibus li
cet elicere ultra alios,aliqua non minus conſide
rari ſolere,in potentia plerunque tamen, quã in
11 actu,†ex quo potentia actus eſt,& maximè ſi ſit
ad actum deducibilis.l.in ſuis.ff.de lib.& poſth.
l.fi.& ibi Bald.& Pau.de Caſt. ff.ſi ex nox.cã ag.
12 Tertiò & ultimò limitantur † in actione hy-
pothecaria,ut idem Alex.dicebat.& per tex.qui
dem,in d.l.debitor.ff.ad Treb. & in l.cum quis
ſecundo loco,in §.fi.ff.de ſol.& non immeritò,
ſubiicias tu tertiò,quia habet ſuas conditiones,
ut duret, donec debitum ſolutum ſit, uel aliter
ſatisfactum.l.grege.§.etiam.ff.de pign. not.glo.
in d.§.fi.ſed Dec.Seni.aduertendum putat, quia
impoßibile eſſe uidetur,cum principalis ꝑ adi-
tionem fuerit ſublata,ꝙ acceſſoria ſubſiſtat.l.cũ
principalis.ff.de reg.iu.aliàs res ſua eſſet ſibi hy
pothecata,contra tex.in l.neque pignus.ff.eo.&
eſt arg.in l.ſi rem meam.ff.de uerb.oblig.& in §.
ſic itaque. Inſti.de actio. quæ opin. mihi placet
plurimũ,ne maximè contrariari his,quæ ſupra-
dicta fuerũt,uideamur.& ex alio etiam compro
bari poteſt,quia in ſimili uidemus,quòd per di-
ctam regulam dixit alibi glo.& Salic, in authẽ.
ingreſsi.in pen.col.C.de ſacroſan.eccl.quòd ui-
tiato ingreſſu,nec bona penes monaſterium re-
manebunt,& alibi Pet.de Anc.in conſi.297.inci.
efficacibus.in j.col.in fi.& prin.ſeq. quòd moni
torium emanans ſuper executione gratiæ ſurre-
ptitiæ,ob uerum ualorem non expreſſum, uelut
acceſſorium eſt nullum, ſi gratia eſt nulla, & in
ſimili arguitur in l.hæres. in §.quod ſi ſtipula-
tor.iuncta glo.ff.de fideiuſſ.& in l.ſi debitori cre
ditor.ff.eod.& in loco ſolitario,in l.fin.in prin-
cip.ibi,ſi enim perſonalis.C.de anna.excep.

Et quòd aliàs res ſua ſibi hypothecata uideret
ſimiliter ultra tex.in d.l.neque pignus.probatur
in l.qui rem.& in l.bonafides.ff.depo. & in l.ei à
quo.ff.de uſucap. & tenendo ſic, non obſtabit
text.in d.l.debitor,quia (ut etiam ſupra dicebã,
& ipſemet Dec.ſenſit,& eſt uerum) loquitur in
eo,qui coactus adiuerat: quo caſu, cum natura-
lis obligatio ſublata non eſſet,iure merito hypo
thecaria remanſit,ut in iuribus ſupra alleg. & in
c.ſi ſuper gratia.de offi.deleg.in 6.

Et ſi diceretur amplius, quòd cum uoluntas
coacta,uoluntas ſit.l.mulier.§.fi.ff.quod me.cã.
non deberet eſſe in conſideratione,an coactè,an
uoluntariè adiuiſſet,& ſenſit Ro.in conſil.197.
incip.Franciſcus.ad fi.

Reſpondeo,nihil eſſe, quoniam non uolũtas
ſimpliciter,ſed ſm quid appellabitur: ergo non
propriè.l.hoc legatum.ff.de leg.3.l.1.ff.de do.
13 Et † inde eſt quòd dicimus exceptionẽ inten-
tionis & facti,non eſſe exceptionem,quia nõ eſt
exceptio ſimpliciter.l.ĩ reb.C.de iu.do. declarat
Alex.in l.ſi tibi.in §.de pignore.in princ.ff.de pa
ctis. & generaliter, ꝙ actus dubii, quorum ferè
eadem eſt natura,ex ſignis & accidentib. cogno
ſci ſolent,ut in d.l.1.& in l.Seia. ff.de dona.cau.
mor.ergo oĩmodo actus aditionis uoluntarius
à coacto diſtingui debebit,& ita & intelligi tex.
in d.l.debitor.cum in ſimili quoq; uideamus, ꝙ
in contractibus,qui uolentibus partibus celebrã
tur,à principio intelligo,ex quo neceſsitatis po
ſtea eſſe dicuntur.l.ſicut.uulg. C.de act. & obli.
14 renunciatio † generalis. non ualet, in iudiciis
aũt ſic,qm̃ in inuitum redduntur. l.inter ſtipul.
§.1 .ff.de uer.obl.& no.Doct.in l.ſed & ſi quis. ĩ
§.quæſitum.ff.ſi quis cau.& ſimiliter in compro
miſsis factis ex neceſsitate ſtatuti, ut non obſt.
partiũ promiſsione,de non petenda reductione
ad arbitriũ boni uiri,nihilominus petere poſsit,
qđ ſecus ſi cõpromiſſum fuiſſet uoluntariũ, ꝑut
Ro.declarat,in rubr.de arb.in pe.col.quẽ ad idẽ
refert Iaſ.in l.Iulianus uerum debitorem.in 10.
col.ff.de condi.indeb.& non habet dubium.

Non obſt.ſcd̃m, uidelicet tex. in d.l.cum qs.
in d.§.fin.quia uerè alius eſt caſus, licèt ad dicta
ibidem ꝑ Pau.de Ca.idem Dec.ſe remittat:& pa
tet,q̃a nos loquimur in creditore ſuccedẽte de
bitori,ita ut de alterius ꝑiudicio non agatur:ſed
ibi loquitur tex.in debitore ſuccedente fideiuſſo
ri,qui pignus dederat creditori:quo caſu nõ eſt
mirum,ſi hypothecaria non extinguitur, quo-
niam de creditoris præiudicio agebatur,in quo
ſucceſsio minimè eſt conſiderabilis:ergo ex di-
uerſis non fiet illatio,qm̃ ſeparatorũ quoq; ſepa
rata debet eſſe rõ.l.maritus.C.de don.inter ui.&
uxo.l.ſi domus.ff.de ſer,urb.præd.& habetur in

l.ſi reus.ff.de duob.re.& in l.ſi duo. ff.de ſolu.& in l.hæres.in §.quod ſi ſtipulator.ſupra etiam al leg.ff.de fideiuſſ.& eſt ad idem arg. optimum in l 1.& toto titu.C.res inter ali.acta. quæ maximè locum habet in caſu iſto,ex quo aditio nõ eſt facta,ꝙ appareat ſciente & uolẽte creditore, ac ad effectum,ut hypothecaria extingueretur,& declarat Bal.in l.2.in 2.col.ff.iud.ſol.& qm̃ eſt ſol.ſatis realis,& de mente ipſius literæ,tranſeo.

Non obſt.tertium & ultimum,quia & id quoque uerum eſt regulariter, ſed dicam fallere in caſu iſto,rõnibus ſuperius adductis:& maximè, quia eidem ſolutum,ac ſatisfactum eſſe dicetur, q̃ primum debitori ſucceſſit,cum nõ referat q̃d ex æquipollentibus fiat.l.ſi mſ.C.de inſti.cum ſimil.& per locum à ſpeciali (ut diximus) probatur in d.l.debitor.& in d.l.cum quis. & ſic retorquebuntur,ut potius faciant pro,q̃ contra, & ita abſolutè tenendum arbitror.

15 Scd̃ò no.ex iſto text. ꝙ licèt † per aditionem hæreditatis,actiones confundantur,ut ſ.attamẽ reuiuiſcunt,ſi illa eadem in alium transferatur, ut hic, & in l.2.in §.fi.ff.de hæred.uel act.uen. ubi caſus clarus.ſed dubium mihi maximè uidetur,qm̃ (ut ſupra etiam diximus) in caſu l.deducta.ff.ad Trebel.hæreditas in alium transferebatur,&tñ non uideo ꝙ actiones reuiuiſcant, ſtante etiam regula d.§.aream. & ꝙ hic non ad debitum agebatur, ſed ad pœnam & intereſſe.

Quibus poteſt reſponderi,& breuiter,primũ non obſtare,qm̃ intelligitur ĩ caſu, qñ adita fuit ut reſtitueretur ex præambula ordinatione teſtantis,quod non eſt hic conſiderabile.

Non obſt.ſecundum,quia reuiuiſcit de æquitate,ut illemet tex.in d.l.2.in d.§.fin. dicebat, & oretenus uobis declarabam ĩ figuratione caſus: ſed nouiſsimo loco in ſimili addo, probari poſſe per tex.in l.filio præterito,& in l.poſthumus. ff. de iniuſ.& in l.3.in §.1. per locum à contrario. ff.de don.int.uir.& uxo.

Vel dic, ꝙ non uidebantur extinctæ, cum in alium transfertur,ſed debilitatæ,ſeu infirmatæ, ita ut facilè etiam medela iuris potuerit ſanari, & ad ſuam priſtinam reſtitui naturam,ut inquit Bald.in l.2.in fin.C.qui admi.& probat optimus tex.in l.in tantum.ff.de re.di.& in l.ſi unus.in §. pactus.uer.quod in ſpecie.ff.de pac. & maximè q̃a id fauorabile ſolet reputari.c.ſtatutũ. & ibi glo.in uer.numerandum.de præb.in 6.

Non obſt.tertium & ult.quia uerum eſt, ſed id propterea nõ tollit quominus agi poſsit actionibus ad idem competentibus.d.l.2.d.§.fin.ff.de hær.act.& ſuo loco dicemus latius.

Tertiò & ultimò nota ex iſto text. quòd cum uerbum conditio, non propriè pro conditione capiatur,ut dicit Dec.ſed aliter,ut per eum hic, uidebitur caſus pro glo.in l.damni.in §.ſi is qui. in uer.aliquas.ff.de damn.inſe. quòd uerba non
16 ſunt ad literam, † & prout iacent,Iudaicè intelligenda,quam in not.q. aliàs inducebat Bald. in l. quicunque.in 5.colum.C.de ſer.fug.quòd in pœnis corporalibus ſubintelligitur ſemper dolus, ſed in pecuniariis ꝯditio, ſi culpabilis ſit, ne innocens condemnetur.l.in actionibus. ff.de in litem iur.l.ſi ſerui ueſtri.C.de nox. & alibi idem, in l.quanquam.C.de milit.teſtam. quòd ubi thema reduci poteſt ſine priuilegio,eo tunc iuri cõmuni ſeruire debemus. & alibi in teſte Rom.ut uerba ipſius ciuiliter intelligantur, ne in pœnã falſi incidat.l.ſi cui.ff.de ſeru.in conſi.301.inci. in propoſita conſultatione.in 1.colum.& tanto plus,ſubiecta materia ita dictante.l.ſi uno.ff.loca.l.ſi ſtipulatus.cum ſimilibus.ff.de uſu. & hæc ſint ſatis, quoad textualia. cætera, quia plana ſunt & leuia,non refero.

Sequitur modo glo.in uer.confuſa,quam diuide,ut hic per Doctο.& ex ea collige, licèt Bartol.aliter inducat, quoniam uerè & ipſius quoq;
17 mens iſta eſſe uidetur: quòd licèt actiones † cõfecto inuentario,in ſubſtantia confundantur,effectu tamen durant,ut debitum deducatur, & habeat per omnia creditor cum aliis ſimilem fortunam.d.l.fin.d.§.ſi uerò.C.de iur.delib.& eſt ſimile ſecundum eundem Barto. in l.hæredem.ff.de his quib.ut indig.& in l.propter ueneni.in §.nepetis.ff.ad Syllan.& in l.debitor.ad Trebell. licèt iſte text.aliter dicat, cum alius etiam ſit caſus,ut ſupra declarauimus: & ita tranſeunt omnes,& iure merito,qm̃ inuentarium fit poſt aditionem, & ſic iam confuſione ſecuta:ergo non debet impedire ualiditatem ipſius,ut dicit Bartol.in l.uniuerſa.C.de preci.imper.offer. In tantum uidere meo ut ſentiant,ſemel confuſas nullo modo reuiuiſcere. Quod certè ab omni ratione uidetur alienum,& contra tex.in d.l.2.in d.§.fi.ff.de hær. uel act.uen.& in d.l.hæredem. etiam quòd nulla certitudo in ſpecie haberetur futuri inuentarii, ut hic dicit Dec.quoniam cum ſtatim fiat, uel in ipſa aditione,uel poſt, infra tempus determinatum à iure.d.l.fin.§.ſin autem.C.de iur.delib. reuiuiſcant,& perinde eſt,ac ſi non fuiſſent confuſæ,ut in d.iuribus, ex quo etiam erat ſaltem certitudo in genere,ut in ſimili, in l.qui iure militari.ff.de mili.teſtam.

Quamobrem fortaſsis quoque text. in d.§. ſi uerò,dixiſſe legimus,eas nõ confundi,qui cauillari non poteſt.

Et tanto magis, quia uidetur mihi, ꝙ q.ſit de lana caprina,diſputare an in ſubſtantia actiones confuſæ ſint,an uerò effectu dicantur durare,cum iura & leges nihil aliud conſiderent,niſi effectũ. l.ſi filius.§.1.ff.quod cum eo.l.nomen filiarum. §.habere.ff.de uerb.ſig.aliàs diceremus, legem non rebus, ſed uerbis impoſitã eſſe, contra tex. in l.2.C.communia de lega.& in c.commiſſa. de electio.in 6.

Qđ ultimũ tñ tolli põt,& dici, utile eſſe, qm̃ ut Pau.de Ca.inquit, ſi non eſſent confuſæ & ex-

tinctæ,

tinctæ,per ipſum hæredem poſſent intentari: a-
liàs non: addas tu,quia nemo ſine actione expe-
ritur.l.ſi pupilli.§.uideamus. ff.de neg.geſ.

Sed tamen non placet, quia hoc caſu contra
ſe ipſum ageret,& actio eo tunc,ac paſsio,ſimul
concurrerent,& malè, ut diximus in primo not.
niſi reſpondeamus,ut per Alex.hic.

Alia erat utilitas,quia ſecundum Bal. & Pau.
adhuc hic,& in d.l.fin.in §.in computatione. C.
de iur.delib.poterit comparere,& petere,ut bo-
na defuncti pro credito ſuo,ſibi à iudice aſsignen
tur.& licèt Dec.dicat,uerum eſſe hoc,aliis cre-
ditoribus uolentibus,ſed non inuitis: intelligo
uerum,quando prærogatiua temporis non eſſet
tutus,ut in d.§.ſi uerò. & ideo ſatis eſt mihi, quod
aliquo caſu poſsit uerificari, & diſputatio nõ ſit
inutilis. Cogitabitis:& dum hinc ſumpta occa-
ſione idem Dec.aliqua de inuentario dicit,quia
aliena à præſenti dubitatione uidentur, dicetis
ut per eum,& alios in d.§.ſi uerò.

18. Eſt uerum † tamen, quòd id mirabile uiſum
eſt,quòd licèt hæres non poſsit uenire contra fa
ctum defuncti.l.cum à matre.C.de rei uend.ue-
nit tamen ſi inuentarium confecerit,& nihil ha-
beat de bonis illius: & fuit dictum Bald.in l.quis
ſe patris. in 7.colum. in uer.item quæritur.C.un
de lib.& non immeritò addas tu, quia tunc non
ſumus in caſu,ut per ipſum hæredem repræſen-
tetur,iuxta uulg.regulam §.1.in Authen. de iu-
reiur.à mo.præſti. ex quo fecit inuentarium, &
uenit iure proprio,non tanquam hæres, ſed tan-
quam alius.l.pro hærede.in princ.ff.de acq.hær.
& ſupra ad idem allegabam bo.tex.in l.ſi paterfa
mil.in §.1.ff.de adopt.& minus in caſu l.uendi-
cantem.ff.de euict.& l.ex qua perſona.ff.de reg.
iur.ut declarat Iaſ.& benè,in d.§.in computatio
ne.in 3.colum.& in ſimili Modern.in l.qui Ro-
mę.in §.duo fratres.in 25.colum.ff.de uerb.obl.
& intellige,ut Deci.dicit, & benè, poſt Bald.in
dicto loco,in terminis in quibus loquitur, cùm
eſt facta per patrem repudiatio feudi antiqui,
acquiſiti aliàs pro ſe, & filiis, ac deſcendentibus
ſuis:quod ſecus ſi fuiſſet feudum nouum, quo-
niam ſecundum conſuetudinem feudorum per
ditur, & redit ad dominum,ut ibidem.& eſt ar-
gumen.ultra eum,in l.ſi unus. in §.pactus. ff.de
pactis,& in capi.ab exordio.35.diſt.

In ea.glo.ibi,etiã contra fideiuſſores, aliqua
pro declaratione dicam,& pro Iunioribus: quia
de materia aliàs,cum difficilis ſit,Bart.ſe remit-
tit ad ſcripta per eum,in l.Vranius.ff.de fideiuſ.

Et primò quòd non ab re liberantur etiam fi
19 deiuſſores, † quoniam ut in d.§.quod ſi ſtipulator.
nemo poteſt apud eundem pro ſe ipſo obliga-
tus eſſe: nec obligatio acceſſoria, addas tu, cum
principali,in eadem perſona concurrere,ut ibi-
dem,& in §.ſeruo tuo.in fi.ea.l. & in no.q.ſenſit
quoque Dec.in conſi.8.incip.uiſo puncto. in fi.
in 1.uol.& eſt ratio ſatis naturalis.

Item quia ſublata principali,acceſſoria etiam
ſublata eſſe intelligitur, ut glo.met in d.§.quod
ſi ſtipulator.dicit,& text.in l.ſi duo.ff.de ſol.qui
ad aliud allegatur.infr.ibi,ut ei obligationi &c.
& tetigimus ſ.in intellectu l.debitor. ff.ad Treb.

Quod tamen non eſſet è contra,ex quo uide-
mus pignore reſignato,non propterea credito-
rem confiteri ſibi ſatisfactum fuiſſe.l.ſi tibi. §.de
pignore.ff.de pac.l.poſtquam liti.ſ.eod. l.iube-
mus.C.ad Velleian.& declarat Bald. in c.eccle-
ſia. ut lite penden.& eſt mirabile,quoniam uide
mus aliàs ſecus eſſe in reſignante inſtrumen-
tum,ut ille idem Bald.ibidem dicit,& benè, ra-
tione ſupradicta.

In ea.glo.ibi,& tunc ambæ remanent.dic ra-
20 tionem optimam aſsignari † in l.generaliter. ff.
de fideiuſſ.ut refert Iaſ.hic, quoniam ubi differẽ
tia obligationum eſt aliqua, altera per alteram
perimi,conſtitui poteſt:ſed hic ambæ ſunt eiuſ-
dem poteſtatis,ergo non põt reperiri, cur altera
potius q̃ altera conſumatur. in unius igitur per-
ſona nouum non erit duas obligationes concur
rere:q̃ rationem,addas tu,etiam ſenſit tex.in l.ſi
reus.ff.de duo.re.in glo.allegatus,& aliam alibi,
in l.ſi duo.ff.de ſolu.quæ mihi multum placet,
ut iſtud ideo ſit,quia eo caſu altera alteri potius
adiicitur ad actionem,quàm ad confuſionem: er
go inducta ad unum effectum, non debet aliud
operari, ne aliàs ſit contra uulga.regul. l.lega-
ta inutiliter.ff.de adimen.leg.& clemen.primæ,
de præbend.

In ea.glo.ibi, aut fideiuſſor fideiuſſori. idem
21 dici poteſt, quoniam † apertè probatur in d.l.
hæres.in §.non eſt nouum.

Sed unum conſidera,ſi contra expreſſam Iu-
riſconſulti determinationem,diſputationis grã,
loqui licet,quod bene tolerabile erit: nec nouũ,
ut fideiuſſor duabus actionibus, eiuſdem pecu-
niæ nomine teneatur, ſi in diem acceptus, mox
purè accipiatur,quoniam diuerſo modo promiſ-
ſum eſt. aliàs refragaretur text. in l.qui bis idẽ.
ff.de uerb.obl. ſed non ſic,contraria ratione, cũ
fideiuſſor fideiuſſori hæres extitiſſet: niſi dica-
mus,& eſt uerum,ſatis tolerabile eſſe, quoniam à di-
uerſis,antequàm unus alteri ſuccederet,promiſ
ſum erat,ita ut qua ratione duæ erant obligatio
nes in perſona duorum, duæ etiam ſint in perſo
na unius, ex quo non poteſt (ut proximè dixi-
mus) reperiri, cur altera potius q̃ altera conſu-
matur, & propterea ſecundum legem,& non de ipſa di
ſputemus.c.in iſtis.4.diſt.

In ea.gl.ibi,acceſſorium tollitur,rationem aſ
22 ſignat Pau.de Caſ.quoniam cum obligatio † principa
lis ſit plenior,fideiuſſoria uideretur ſuperflua:&
18 ut occurramus tacitæ † obiectioni.Matheſi.ſingul.t35.& Alexand. in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta,de Lobligatione generali.ff.de pig. ut hic per Dec.nu.33.Adde Pet.de Bellap.q.520. ad fi.Pau.Caſt in l.1.in fi.priu.ff.de offic.eius,& Bal.conſi.196.col.2.uol.4. Additio.

Ponamus,quod in donatione omnium bono rum

rum præſentium & futurorum, interueniſſet iuramentum, nunquid ualeat, an uerò poſsit reuocari, & donans (iuramento non obſtante) teſtari, uideretur dicendum quòd ſic, ualere ſcilicet, quodq; reuocari non poterit, nec donãs teſtari.

In primis, quia ubi iuramentum ſeruari põt ſine interitu ſalutis æternæ, illud utiq; ſeruandũ eſt.c.quamuis.de pact.in 6.

Secundò, quia intelligitur habere clauſulam codicillarem in ſe, ut ualeat actus omni meliori modo, quo ualere poteſt.l.cum pater.§.filius matrem.ff.de leg.2.

Tertiò, quia ualidat actum nullum, auth.ſacramenta pub.C.ſi aduer.uen.c.cum contingat, de iureiur.c.licet mulieres.eo.tit.in 6.

Et idem uidemus quartò in donatione excedente ſummam 500.aureorum iurata, quæ etiã non inſinuata ualet, aliàs non.ita Spec.in §.porrò.in ult.addi.de inſtr.edi.latè Iaſ.conſi.51.col.3.uolum.1.

Et ſimiliter ac quintò in donatione facta ĩter patrem & filium, quæ regulariter non ualet, & tamen iuramento firmata ſuſtinetur, ut not.in l.frater à fratre.ff.de cond.ind.

Vltimò uidemus quod in contractibus innominatis locum habet pœnitentia.l.ſi pecuniam.ff.de condi.ob cau.& tamen ſi iuratus fuerit, pœnitere non licet, ut ibi glo.ſingu.ait, in uer.quia iuraſti. ergo & in donatione etiam hic.

Tamen contrarium uerius eſt (quicquid dixerim ego aliàs) l.ſi quis inquilinos.§.fi.ff.de lega.2.ubi actus etiam iuratus, ſi contra legem fuerit uel edictum prætoris, uel turpe aliquid contineat, & ſit contra bonos mores, nõ ualet, uerum donatio hæc huiuſmodi eſt, ut hic eſt caſus clarus, ergo. & ita in terminis tenet Oldr.conſilio 160.numero 2.

Et facit etiam regul.c.non eſt obligatorium, de reg.iur.in 6.ubi ad literam dicitur non eſſe iuramentum contra bonos mores obligatorium.

Et ultimo loco, quia regulatur ſecundum naturam actus, ſuper quo interponitur.l.fin.C.de non nume.pec.& cum actus.i.donatio non ualeat, nec iuramento conualidabitur. & quia dixi aliàs multa, & maximè in d.c.non eſt obligatorium tranſeo. & ex his dico, contraria tolli, quoniam omni caſu ſine interitu ſalutis æternæ poterat ſeruari, cum nõ ſint ea etiam contra bonos mores, nec odioſa ſint, nec uotum captãdæ mortis inducãt: & ideo rationibus legis ceſſantibus, nimirum ſi ceſſat etiam eiuſdem legis diſpoſitio, uulg.l.adigere.§.quamuis.ff.de iure pat.c.cũ ceſſante, de ap.

Additio 9.

In illa q.ſi ſic donatio fiat eccleſiæ, an ualeat. dubitatiuè Bar.hic, nu.13.per uerbum forte, ut etiam facit glo.in l.utique.in princ.ff.de rei uẽ.& ipſe met Bart.in l.Athletas.in §.fin.in fin.ff.de his qui not.infa.& in l.quod te.colum.fi.ff.ſi cer
tum pet.& in l.admonendi.col.7.ff.de iureiur.&
in l.fi.in fi.ff.de in lit.iur.& in quamplurib.alijs
19 locis, ſub quo reſpondent † ſæpe periti, ut inquit
glo.in l.ſi duo.ff.de arb. imò quod plerunq; aſſertiuum eſt, & philoſophicum temperamentũ,
ut dicit alibi in l.mutus.in prin.ff.de procu. con
20 cludit quòd ſic, † hac ſola ratione motus, quia ſi
poteſt uouere perſonam ſuam eccleſiæ, multo
magis poterit bona, iuxta no.in auth.ĩgreſſi.C.
de ſacroſan.eccl.

Et pro eo facit reg.cui licet, de reg.iu.in 6.bonus tex.in l.nec in ea.ff.ad legem Iul.de adult. & quia ꝑ ꝑ unumquodq; tale & illud magis, auth.multomagis.C.de ſacroſan.eccl.

Cõſiderando etiam quòd nemo eſt ſui ipſius dominus, maximè ut ſe perpetuo ſeruitutis iugo, deuoueat.l.liber homo.ff.ad legem Aqui.c.ſi quis abſciderit.55.diſt.Bart.in l.1.in §.uſque adeo.in fin.ff.de iniur.& tamen fauore eccleſiæ poteſt fieri, ut ſ.ergo & bona omnia præſentia ac futura eidem donari.

Et ſi d.reg.cui licet, habet locum in odioſis, d.l.nec in ea, multomagis locum habebit in fauorabilibus.l.cum quidam.ff.de lib.& poſthu.c.odia, de reg.iu.in 6.

Et ad concluſionem redeundo, quia ſumma ratio eſt, quæ pro religione facit.l.ſunt perſonę.ff.de relig.l.ſi quis ad declinandam ibi, intuitu pietatis.C.de epiſc.& cler.ideo dicebat Bar.in l.1.colum.4.ff.de no.ope.nunc.quod iudices magis faueant rebus ſacris & religioſis, quàm alijs. Vnde ad propoſitum donatio Cõſtantini ualuit omnino, quanquàm (ut eſt in prouerbio) Grammatici certent, & adhuc ſub iudice lis eſt, non modò quia ab Imp.facta ſit, totius mundi domino.l.deprecatio.ff.ad legem Rho.de iac.nõ modò quia donans eſſet nobilis.l.filiusfam.ff.de dona.& non modò quia remuneratoria.l.Aquilius Regulus.ff.eod.uerum etiam fauore eccleſię, ita Alb.in 1.ſtorum conſti.in rub.col.2.Imò quod hæreſis eſſet de ea aliter diſputare, ut inquit Abb.conſi.8 .col.1.uol.1.

Et ad idem citant omnes, præſertim Alex.in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta, & Deci.hic, nu.31.& Iaſ.ante eum, col.ult.tex.ad literã iſtud probantem, in l.iubemus.in prin.C.de ſacroſan.ponderandaq; ibi ſunt multa. primò quod donationis mentionem facit. ſecundò patrimonii, tertiò quod mandat omnia inconcuſſa, penitus, & ſine ulla mutatione conſeruari debere.

Quamuis dicat idẽ Dec.inter diſputandũ nihil facere, quia loquitur non de ualiditate donationis, ſed de conſeruatione bonorum, quodq; præſupponit præciſè potius iam acquiſitionem factam. & eſt uerum, ſed omnino ſic donari poſſe, & donationem ualere quoq; tacitè affirmat, & intendit.

Aliàs eccleſia non differret à priuato, nec eſſet melioris conditionis, quàm ſit ipſe, non dicendum.

dum.l.3.ibi,ſed cur non in milite diuerſum. ff. de mili.teſtam.glo no.in l.nec honore.C.de epiſco.& cle.eſtq; regulare, quod cauſa diuina ab humana diſtinguetur.l.ſancimus.C.de ſacroſan. eccl.c.filius,de teſtam. ut publica a priuata.l.fi.
* in princ.C.eo.& breuiter ita * cōiter tenetur.

Tamen Ang.conſi.179.col.6.& Alexand. in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta, ſenſerunt cōtrarium, moti & ipſi hoc ſolo.

Quia ratio prohibitiua legis, ne hoc modo fiat donatio, & facta non ualeat, quia donans priuat ſe facultate teſtandi, quod quidem turpe eſt ac contra bonos mores, militat & multoquidem fortius in eccleſia eccleſiaſticisq; perſonis quā in aliis, quod tantum eſt dicere quantum eſt, quod eccleſia iſtud ipſum pati non debet ꝓpter turpitudinem, & ita etiam in terminis dicit Ancha.conſi.231.colum.1.

Et quia (ultra eos) ſi iudicaretur donationem ualere, utique ratione prædicta, iniuſtitia foret maxima: eccleſia autem quæ eſt cultrix iuſtitiæ hoc idem nec in ſe, nec in alium patitur. c.1. de alie.feu.in uſib.ergo.

In graue damnum etiam ſecum contrahentiū lucrum eidem permitti non debet, ut inquit idē Anch.conſi.443.colum.6.argum.in c.locupletari, de reg.iu.in 6.permitteretur autem ſi donatio ualeret. ergo.

Præterea ſicuti eccleſia tenetur ſtare iuri dicenti minorem 14.ann.teſtari non poſſe, quanquam malitia ſuppleat ætatem.l.qua ætate. ff.de teſtam. Item quod adultus ſine decreto non alienet.l.magis puto.ff.de reb.eo. Bald. pulchrè fuſius conſi.174.ad fi.uolum.5.ita eidem ſtare debet dicenti donationem non ualere ratione ſupradicta.

Et cum iſtud clarum ſit de iure ciuili.l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de uerb.oblig.l.pactum quod dotali.ſ.eo.l.pactum. C.de colla. ex quo non reperitur contrarium in canone, imò iure canonum dubium ſit, ſtamus iuri ciuili etiā in foro canonico.c.1.de no.oper.nun.

Eſt uerum quod dicit Deci.iſtud eſſe de iure ciuili, non de iure canonico, quodq; aliter illo boni mores conſiderantur, aliter iſto 1 poſt Bal. in d.l.pactum. In 19.q.de colla.nec poteſt negari in caſu ſuo, ut ibi per eum, ſed non hic. ex quo in eccleſia (ut dixi) d.ratione longè magis donatio debet improbari, & reſpui.

Dicit rurſum & ad idem Dec.quod uoluntaria paupertas propter Deum, nō eſt à iure. canonico reprobata, ex quo agitur de ſalute animæ, ī qua maius bonum eſt, quām facultas teſtandi, cōſiderata à lege ciuili, ueriſsimū adhuc ſi de paupꝑtate intelligamus, de qua in euāg. Mar.c.10. ibi, uade, uende omnia, & da pauperib. uel de qua in c.cum ad monaſterium, de ſta.mo. aliās dicā, nō modo a lege ciuili, ſed etiam canonica reprobatam, ut ſupra: & ſic quæſtio ambigua eſt, hinc indeq; rationes ſatis urgentes.

Et hæc opinio mihi magis placet, eritq; non limitatio ad concluſionem proximè tactam, ſed ampliatio potius.

Nec obſt.adducta pro communi, quia ad primum dici poteſt, antecedens uerum, uerū & conſequens: ſed concluſio falſa, quia debet intelligi quod multomagis bona uouere poſsit, ſi modo non auferat ſibi facultatem teſtandi.

Ex quo tollitur etiam reg.d.c.cui licet, quā ſic deduci debet: plus donanti cōceſſum eſt, fateor, ergo & id quod eſt minus, quod adhuc non nego, ſed dico uerum fore ſi de bonis ſimpliciter intelligamus, non ſi de præſentibus & futuris. & ideo quando ratio, per quam licet qđ eſt plus, non concurrit, qđ liceat qđ eſt minus, arg. claudicat, ut per glo.ad parem.in c.fi.de tranſla.præla.Ro.conſi.436.ad fi.

Non obſt.quod quis perpetuo iugo ſeruitutis ſe deuoueat fauore eccleſiæ, & contra diſpoſitionem l.liber homo.ff.ad legem Aqui.& multo magis bona, ꝗ in primum ferè arg.incidit, quia uerum eſt ſi de præſentib.pariter intelligamus, non de futuris, ut ſupra, & ut per Anchar.latius in d.conſi.231.

Non obſt.regu.l.ſunt perſonæ.ff.de reli.quia uera eſt in dubio, & ſi idipſum eccleſia met patiatur, arg.ī c.ex tenore, de fo.compe.ſed ſumus in caſu claro, nec iſtud ipſum eccleſia ipſa patit, cultrix iuſtitiæ, ut oſtenſum eſt, ergo.

Non obſt.tex.in d.l.iubemus. C.de ſacroſan. quia eſto quod patrimonium dicat, uerbum eſt tamen, quod ad præſentia reſtringi debet ex ſupradictis, nec ideo minus uniuerſale dicetur, argum.in l.quæ de tota.ff.de rei uen.l.cogi.§.1. ff. ad Treb.not.in l.fructus.ff.ſol.ma.

Non obſt.ultimum, quia non differt hoc caſu, neq; eſt melioris cōditionis quàm priuatus, aliis autem ſic, tolerabileq; eſt rationibus ſupradictis, & eſt arg.in l.in fraudem.in §.fin. ff.de milit.teſtam.gl.ſing.in l.fi.in uerbo, centum annorum.C.de ſacroſan.eccl.

Additio 10.

Tangitur etiam alia quæſtio in hac lege à Docto.& in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de uerb.obl.an donans, ut ſupra, ſi uſumfructum ſi
21 bi reſeruauit poſsit teſtari, † & ſic an donatio ualeat, in qua ſunt quoque opiniones.

Et breuiter uidetur dicendum, quod ſic: & hoc, quia uidemus (ut paulo infra inquit Bart. nu.15.) ſi uendat quis omnia bona ſua, præſentia & futura, quod de pretio poterit teſtari. l.damni. ultima.§.cum parietem.ff.d. dam.inf. ergo & hic de fructibus.

Secūdò, quia uſufructuarius eſt quodammodo ſociūs proprietarii.l.cum filius. §.dominus. ff.de leg.2.uerum ſocius de parte ſua teſtatur & diſponit, l.ſerui electione.§.1.ff.de leg.1.l.in re mandata.C.manda.§.diſponat.in Auth. de nup.

ergo

Tertiò,quia in huiuſmodi reſeruatione taci tus ſaltem ſi non expreſſus conſenſus interuenit donatarii,ergo teſtari poterit, quia extrantes nō ſunt in d io ipſius donatarii,nec ſibi acquiruntur, arg.in l.fi.C.de remiſ.pi.

Quartò,quia reſeruatio hęc aliàs nihil opera retur.tenetur enim donatarius alere donantem. l.fi.C.de reuo.do.ergo ut aliquid operetur debet intelligi facta,ut de ipſis fructibus poſsit teſtari. l.ſi qn.ff.de leg.1.c.ſi Papa.de priui.in6.

Quintò & ultimò, quia in dubio iſte donans uidetur uoluiſſe facere actum ualidum. l. quotiens.ff.de reb.dub.& non eligere uiā (ut aiūt) ad impugnanda ſua indicia.l.3. ff.de mil.teſtam. ſed potius ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis.l.hęredes mei §.cum ita.ff.ad Tre bell.quæ eſt,ut donando ſe non priuet facultate teſtandi in totum,quoniam donatio non ualeret ut ſupra. ergo ualebit, deq; fructibus teſtari po terit,& ſic à ratione prohibitiua ceſſante. quam opin.tenuerunt multi, præſertim Alexā in d.l.ſti pulatio hoc modo concepta.col.7.

Et conſi.13.col.pen.uolu.3.hoc ipſum etiam ſic probādo,quod ſi facta ſit reſeruatio fructuū, cum hoc, ut de ipſis in uita diſponere poſsit nō ualebit donatio,ex quo in morte priuat ſe facul tate teſtandi,ergo ſi ſimpliciter,ut hic,ſecus.

Et ita etiam Barto.conſi.76.quem tamē Cur. Iun.conſi.25.colum.2.inducit pro ſe & malè à exemplificatque ſuſius in eo, qui ſe reſtrinxerat ad diſponendum in uita de fructibus,reſeruatis donando omnia ſua bona præſentia & futura,ut ſupra,cum clauſula etiam conſtituti,præſuppo nendo in ſimplici reſeruatione (ut dixi) quod ualeat.

Nec aliter Aret.conſil.54. columη.penult.& Bertran.conſi.188.nume.4.uolum.1.& conſilio 59.colum.1.uolum.3.& conſ.265.colum.2.co. lib.& alii.quos non refero.

Et hæc opin.ex his mihi quoque plurimū pla * cet, & * eſt communis.

Et ſi diceretur fundamētum Bart quod in ma teria præcipuum eſt,non ſubſiſtere,quia in uen ditione pretium neceſſarium eſt. l.pacta conuen ta.ff.de contrah.emp.

Et quia ſi eſſet emptoris,uenditor nec rē,nec pretium haberet , in donatione autem ſecus. & ideo ſi fructus reperiantur , ſub uerbo futurorū cadunt,ut dicit Dec.hic,nu.32.& ī conſil.251. col.2.uol.2.& Pau.Caſt.ante eum hic.

Reſpondeo ſimile optimum,quia,non obſtā te quod uenditio ſit omnium bonorum præſen tium & futurorum: de pretio tamen teſtari po teſt,ergo & hic de fructibus à ſimili,licet dona tio pariter ſit omnium bonorum præſentium & futurorum.ſatis enim eſt qd ſimilitudo ſit in eo de quo agitur,ut inquit Abb. in c. translato , de conſti.& in c.quemadmodum,de iureiu.& Bal. in l.curatoris.col.2.C.de neg.geſt.

Nec ob.qd cadunt ſub uerbo futurorum, qā negatur ex quo reſeruati fuerunt.

Imò qd idem Bar.ēt hic,nu.11.dicit ad literā, qd poterit teſtari de fructib.quem pōderas Iaſ. in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta.

Et inaduertenter quidem (replicat Dec.) qa Bar.loquitur in donatione bonorum pñtiū,non pſentium & futurorum,ut uos,& eſt uerum.

Sed tu ſalua tñ,terminos fore pares, quia ſicu ti de fructibus teſtatur in donatione bonorum præſentium reſeruatione nō facta,ita dictat rō, quanquam ſit præſentium & futurorum , teſtari poſſe, quoniam reſeruati fuerunt.

Nihilominus idem Pau.& Dec.tenuerunt cō trarium omnino, moti quia fructus ſub uerbo futurorum comprehenduntur,& iam ſublatum eſt ſupra,nec repeto.

Item & ſecundo,quia uerbum vſusfructus eſt nomen iuris.l.1.ff.de uſufru.ubi uſusfructus eſt ius utendi & fruendi alienis rebus ſalua rerum ſubſtantia. ita,ut non uideatur hac ratione etiā ſibi potuiſſe reſeruare de fruct.bus in facto con ſiſtentibus poſſe teſtari,argum.in l.quatenus. ff. de regu.iur.

Ad quod etiam poteſt reſponderi & dici, qd quamuis ſit iuris nomē, reſpectu tamen fructuū in facto intelligi debet, quod reſeruatio facta ſit quia hæc fuit intentio donantis,arg.in l.ſi qs in tentione ambigua.ff.de iud.

Et quia uerba deſeruiunt intentioni , non è contra intentio uerbis.l.ſcire leges . ff.de legi.c. intelligentia, de uer.ſign.arg. in l.2. C.cōmunia de lega.& ita in ſimili in mutuo dicit Bart.in l.1. nu.14.ff.ſi cer.pet.& in poſſeſsione gl. in l.ſtipu latio hoc modo concepta.in §.hæc quoq;. ff. de uerb.obl.& hæc eſt ſolidior reſponſio,quàm illa Sauili.quam tradit conſi.222.col.2.uol.2.qui ēt opi.iſtam tenuit ibi,& bene.

Tertiò dicunt hanc partem amplectentes be neſacere de dictis fructibus donantem teſtari nō poſſe,quia uſusfructus morte finitur. §. finitur. Inſti.de uſufr.

Solu.licet uſusfructus morte finiatur, & fiat conſolidatio cum proprietate.§.fi.eo.tit. & lib. ſicuti cum finitur emphyteoſis dominii directi, & utilis,& cum dos ad mulierem reuertitur.l.in rebus.C.de iure dotium,& ut per Bald. conſi. 9. colum.prima,uolum.primo , & eſt argumen. in l. 1. in §.ueterea . ff.de acquirenda poſſeſsione. non eſt propterea, quod de fructibus , qui ſu perſunt,non poſsit teſtari . eſt uerum quod de bet intelligi dummodo non ita tenues ſint , ut deductis alimentis , nihil ſuperſit : ad quod ad uertit Sauilia. conſil.præalleg. columna prima, & ante eum Boer.deciſio.204.colum.uigeſima ſecunda.par.ſecunda, & eſt caſus in l. defuncta. ff.de uſufru.

Quartò facit,quia non uidetur , uerìſimileq; non eſt,qd donans uoluerit ſe incontinenti cor

 rigere.

rigere.l.non ad ea.ff.de condi.& demon.

Sol.imò uerſimile eſt, quia nulla facta reſeruatione, donatio non ualuiſſet, vt ſupra: nec incõtinenti hoc idem actum uidetur, ſed eodem contextu, arg.in l.cum antiquitas. C.de teſta. uſque adeo ut argu.omnino ineptum ſit, nec faciat ad propoſitum.

Quintò & ultimò facit, quia fructus dicũtur dominii ſiue proprietatis pars.l.fi.§.fructus.ff.q̃ in frau.cred.Bal.conſi.175.colum.2.uolu.2. ſed de proprietate teſtari non poteſt, ergo nec de fructibus.

Sol.pars dicuntur pendentes, non ſeparati, & iſto in caſu locum habeat, quod hic dicitur, ita ut poſsit ſine dubio teſtari. declarat Bald.conſi. præalleg.& Alex.conſi.92.nu.41.uolum.6.& ita tenendum eſt. cætera ſunt leuia. dic ut per Bart. & ſcriben. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Lex difficilis attẽtos reddet, ſeu dociles auditores.*
2 *Regula, & exemplum ubi ponitur, ibi non foret dubitandum.*
3 *Pactum ſeu tranſactio cum duobus facta, quando tertio proſit.*
4 *Tranſactio ſimilis eſt ſolutioni.*
5 *Pactum ſeu tranſactio cũ uno facta alteri, nec prodeſt, nec nocet.*
6 *Pactum à pactione deſcendit, & pactio quid ſit.*
7 *Tranſactio pacti ſpecies eſt.*
8 *Copulatiua concurſum omnium copulatorum requirit.*
9 *Separatum id dicitur quod fit à ſingulis qui diuiſi ſunt, communiter uerò quod fit ſimul.*
10 *Paria ſunt aliquid geſtum fore, uel debuiſſe geri.*
11 *Dolo carere non uidetur, qui debuit gerere, & non geſſit.*
12 *Delictum per alterum cõmiſſum alteri non nocet.*
13 *Diuiſio adminiſtrationis à iudice uel teſtatore facta ad alium non ſe extendit, cum limitationibus nume. 14.*
15 *Tutores quo in caſu teneantur inſolidum, & qualiter poſſit conueniri.*
16 *Ordinis beneficio quando locus ſit, & quando non.*
17 *Tranſactio facta cum eo, qui prius conueniri debebat, ad alium perueniri non poterit.*
18 *Tranſactio facta cum eo, qui ſecundo loco conueniri debebat, ad alium tranſactione non obſtãte perueniri poterit.*
19 *Ordinis beneficium, an locum habeat inter plures procuratores.*
20 *Diuiſionis beneficium inter tutores & curatores, tunc locum habet quando ex communi culpa & dolo, & ſoluendo ſint.*
21 *Diuiſionis beneficium tunc locum nõ habet, qñ quis ex proprio dolo, & culpa conuenitur.*
22 *Intellectus ad l.in magiſtratibus.ff.de magiſt. conuenien.*
23 *Duntaxat dictio reſtringit, & limitat.*
24 *Tranſactio facta cum eo, qui cõueniebatur ex propria culpa & dolo, contra alium agi non poterit.*
25 *Tranſactio facta cum eo, qui ex communi culpa & dolo conueniebatur, contra alium agi poterit ea non obſtante.*
26 *Ceſsionis beneficium non habet, qui ex propria culpa & dolo conuenitur.*
27 *Ceſsio eo in caſu quo fieri debet, an in totum fieri debeat.*
28 *Tranſactione cum uno in totum facta agens repellitur ab agendo cum alijs, ſecus ſi pro parte.*
29 *Vtilem dare actionem, quid ſibi uelit.*
30 *Debitores plures quare habeant beneficium utilis actionis, fideiuſſores ſecus niſi cedatur.*
31 *Tranſactio uel pactum ſi liberat unum ex pluribus reis, an extendatur ad omnes.*

De tranſactionibus.

Imp.Antoninus A.Celerio.

L.I. Neq; pactio.] hanc l.primã difficillimã dicit Bar.hic ſub difficili ẽt titu. utili tñ ſtrã: et in ſimili Iuſtinianus l.antiquæ. C.ad Vel
1 leia.ut nos † attentos reddant, ſeu dociles. & notabilem Odoſ.ante eum. ideo p̃termittenda non eſt, ſed trutina diligentiæ potius declaranda, & (ut aiunt) in luto quodammodo quærendũ aurum, maximè quia (Phyloſopho teſte) intellectis difficilioribus facilè faciliora intelligũtur.

Eſt uerũ, qđ ponit regulam, & exẽplũ, nec foret hac de re aliter dubitandũ, ut inquit idẽ Bar.
2 † i l.quotiens.ff.ſi qs cau.nihilominus, quia potẽtes dubitare facilè ſoluũt.l.qđ Labeo.ff.de Carbo.edic.Bal.in l.tutores. C.de compen.

Conſidera pro rõne dubitandi adduci poſſe, (clarum.n.eſt quid ſit pactũ, quid trãſactio, quo differant, quis tutor, & quis curator, ac quib.dentur perſonis.l.1.ff.de pac.l.1.ff.de tranſac.l.1.ff. de tute.l.in copulandis.C.de nup.& Inſti.de curato.in princ.clara item eſt lex iſta, ſummario & diuiſione, ut in ea) quia una actione oẽs tenebãtur, quo fit ut pactum ſeu tranſactio cum duob.
3 facta, tertio ẽt proſit, † arg.in l.nulli.C.de iud. & à ſimili arguentes.l.non poſſunt.ff.de legi.uidemus hinc, qđ pactum de non petendo factũ cum fideiuſſore, prodeſt reo, perindeq; eſt ac ſi cũ eo factum fuiſſet, uel factum cum uno, ex duobus reis promittendi, uel cum uno ex duobus argentarijs, alteri prodeſt.l.ſed & ſi, & ſeq. l.ſi plures. ff.de pac.l.ſi duo.ff.de arb.

Scđò dubium faciebat tex.ĩ l.2. ff.de duo.re. & in l.ſi unus.in §.ſed ſi.ff.de pact.ubi ſi duo ſint rei debendi, ſinguli in ſolidũ debẽt, uſq; adeo ut petitione & acceptilatione unius, tota ſoluatur obligatio, ergo quo ad tranſactionem idem in caſu noſtro dicendum erit.

Tertiò dubium faciebat tex.ĩ l.1. C de diuer. reſcrip.ubi reſcriptum duorum, ſi ad unius plonam tãtum directum ſit, alteri tamen prodeſt, er

go, & pactum ſeu tranſactio hic.
Quartò dubium faciebat tex.in l.2.C.ſi unus
ex plur.ap.ubi ſi in una eademq; cauſa,unus ap-
pellauerit,fueritq; appellationis cauſa iuſta pro
nunciata,ei quoque proderit,qui nõ appellauit,
ergo & hic tranſactio.
Quinto dubium faciebat text.in l. ſi ex duob.
ff.de tu.& ra.diſtrahen.ubi ſolutione ab uno ex
4 tutoribus facta,cæteri liberantur: †uerum tran-
ſactio ſolutionis ſimilis eſt, quia quemadmodũ
ſoluens amplius conueniri non poteſt, ut Inſtit.
quib.mod.tu.pat.pot.ſol.in princip. pari modo
nec poterit tranſigens,quoniam pacta & tranſa-
ctiones cuſtodiri debent.l.1.ff.de pac. l.non mi-
norem.infra eod.ergo & tertius hic ad propoſi-
tum erit liberatus,tranſactione cum duob.facta.
Ad idem conſiderantes quoque, de connexis
idem eſſe iudicium.l.quid ergo.§.pe.ff.de con-
tr.ac.tut.arg.in l.quæ religioſis.ff.de rei uend.&
in c.tranſlato.de conſtit.vnde nexare hinc dici-
mus,uincire,& coaleſcere,ſicq; Maro.
„ *Nexantem nodis,ſeq; in ſua membra plicantem.*
Quibus tamen non obſtantibus,contrariũ de
5 ciditur in l.noſtra. Et ratio deciſionis eſt, † quia
pactum ſeu tranſactio, cum uno factum factave
alteri nec prodeſt, nec nocet.l.ſi unus. §.ante o-
mnia.ff.de pac.& eſt ratio glo.fi.hic, & Odofr.
& Iaſ.per iſtum tex.in d.§.ante omnia.
Non generalis tamen,quia in dictis iuribus fa
ctum factave eſt cum uno,& tamen prodeſt no-
cetq; cæteris,ut oſtenſum fuit,& nouiſsimè etiã
probatur in l.fi.C.de duob.re. Imò quod eadem
cum dicto eſſe uidetur,& malè.l.fin. ff.de offi.p
cu.Cæſa.ſed tranſeat, melior eſt & uerior quam
tradit adhuc glo.hic ſecunda,& Salyc.poſt eam,
& eſt Iurecon. licet ne iter hoc dicat in l.1. in §.
planè.ibi, quia proprii delicti pœnam ſubit,& ĩ
l.ſi ex duobus,ibi pariter.nec inmerito cũ unuſ
quiſq; doli ſui pœnam ſufferat.ff.de tut.& rat.di
ſtrahen.& argum.in l.ſancimus. C.de pœn. quia
ſcilicet æquum eſt,cum teneatur quiſque inſoli-
dum ratione tutelæ,uel curę malè adminiſtratę,
ut pœna teneat ſuos auctores.d.l.ſancimus,tran
ſactione cum duobus facta,tertium non liberari
quo minus poſsit conueniri.
Ad oppoſita reſpondetur nimirum fore in ca
ſu dictarum legum, primo loco allegatarum in
d.glo.ult.quæ ob hoc erit expedita, uſq; ad uer.
& diſtingue,quia (ut in inductione diximus) u-
na actione tenebantur fideiuſſor & reus, Socii,
uel argentarii, plures autem erant hic numero,
quanquam reſpectu pupilli,uel adulti,una eſſet
tutela, uel cura,quia plures etiam erant admini-
ſtrationes,quod arguit pluralitas perſonarum,
nimirum igitur ſi aliud ibi,aliud uerò hic deter-
minat,quia diuerſæ etiam ſunt poſitiones, ſicq;
non infertur ex diuerſis,uulg.l.Papinianus exu-
li.ff.de minor.
Ex quo tollitur quoque ſecundum, quia non
eſt par ratio plurium tutorum (ut dixi) & duo
rum reorum,de quibus in d.l.2.& fi. C.eod.alle
ga.etiam ſuprà.
Non obſt.tertium, quia ibi erat indiuiduitas
cauſæ, eadem ratio,& præiudicii paruitas, hic
autem diuidua, ratio diuerſa, & tranſactio ma-
gni præiudicii: ideo facta ad alios trahi non de-
bet,ut reſcripti impetratio,ſeu conceſsio.l.tran
ſactionis placitum.ſ.e.c.nonnulli. §.ſunt & alii.
& utrobique not.de reſcr. & ſenſit quoque Saly.
hic,licet nihil alleget.
Non quartum,quia nõ appellãs erat eiuſdem
litis conſors:qua de re non mirum eſt, ſi appel-
latio eidem quoque prodeſt, in caſu noſtro,
haud conſiderabile,ut ſupra, & ſentit glo. in di-
cta l.prima.C.de diuer.reſcri.eſtq; arg.in l.ſi cõ-
munem.ff.quemad.ſer.amit. & in l.loci corpus.
in §.ſi fundus.ff.ſi ſeru.uend.
Non quintum denique & ultimum, quia non
eſt uerum,quod tranſactio ſit ſolutioni ſimilis,
ut text.met dicit in d.l.ſi ex duobus (aliter enim
reſpondet glo.hic,& Odofred.) ſed hæc uera eſt
reſponſio,quia ſolutione eius quod debetur tol
litur omnis obligatio:nec bona fides patitur, ut
bis idem exigatur.l.bona fides.ff.de regul.iur. &
Inſti.quibus mod.tol.obl.in princip hic autem
tranſactione non, ex quo quiſque doli ſui pœ-
nam ſufferre debet, ut ibi,& in dicto §.planè, &
ut ſupra.
Neque facit,quod de connexis idem ſit iudi-
cium,quia iam oſtenſum fuit, hæc connexa non
eſſe, ſed ſeparata potius, & ex pluralitate perſo
narum hoc caſu plures etiam reſultare admini-
ſtrationes,& conſequenter actiones numero, uſ
que adeo ut tranſactio cum duobus tutoribus,
ſeu curatoribus facta,auxilio non ſit,in his quę
ſeparatim,uel communiter geſsiſſent, uel gere-
re debuiſſent,cæteris, ut text. met noſter dicit.
multa Fulg.conſi.35.col.1.hic caſus.
Nota primò,& obſerua,quod pactionem di-
6 cit text.iſte,& non pactum, † ex quo a pactione
deſcendit unde pacta nomen etiam appellatum
eſt:& nil aliud pactio, niſi duorum pluriumve ĩ
idem placitum & conſenſus,ut ſignanter dicitur
in l.1.ff.de pact. alibi uerò pactum in l.pactum.
ff.de pollicita.& in c.pactum,de uerb.ſigni. nos
planè in l.1.ſupra de pact.pactionem rurſus di-
xi hic forte,ut eandem haberet deſinentiam uer
bum,quam habet tranſactio, argum.in procem.
Inſti.in princ.ibi decoratam, iuncta glo.& plus
quod dici etiam potuiſſet,neque pactum, neque
tranſactum.ſed miſſa hæc faciamus, uidetur quod
7 alterum ex his uerbis ſuperfluat,†quoniam tran
ſactio etiam eſt ſpecies pacti,ut hic in rubr.not.
l.ſiue apud acta.infra eodem.& ſpecies ineſt ge-
neri propriè, inquit Bal.in l.2.ad fin. C.de iure
aureo.an.igitur ad propoſitum malè.§. quibus.
in prima.conſti.Cod. l. Gallus.§.quidam rectè,
& ibi no.ff.de lib.& poſthu.

Soluit glo.& Bart.hic,& benè,quod cum trā-
ſactio pactum non gratnitum ſit, pactum uerò
tranſactio gratuita. l.1.ff. eod. non poterit text.
ſic redargui, quod alterum ſuperfluat,ut diceba
tur,& eſt ſenſus,ſiue gratuitò tranſactum ſit, ſi-
ue non gratuitò cū aliquibus, hoc idē cæteris au
xilio non eſſe, hoc idemq; dicitur ꝑ conuentio
nem diſiunctiuam neque, habentem uim copu
8 latiuæ,† quæ concurſum omnium copulatorum
requirit, ut etiam in ſimili dicitur in l.igennam.
C.de ingen.ma. & in l.quidam teſtamento. ff.de
uulg.& pup.ſubſt.Alexand.pulchrè conſi.92.ad
fin.uolum.3.& ita uitabitur contrarium d.§. q-
bus & maxime quia uerba,quæ ex abundanti di
cuntur,& maioris declarationis gratia, ac etiam
ad omnem dubitationem tollendam,non dicun
tur ſuperflua.l.non ſolent.quæ dubitationis tol
lendę gratia.ff.de reg.in.Abb.in c.certificari,co
lum.pen.de ſep.

Nota ſecundò,quod ſeparatim id dicitur fie-
ri,quod fit à ſingulis,qui diuiſi ſint. l.cum aurū:
ff.de aur.& arg.leg.l.miles.§.decem.ff.de re iud.
l.1.melius quam alibi iuncta glo. ff.de offi.con-
ſu.ubi glo.exponit ſeorſum,id eſt ſeparatim.

9 Communiter uerò,† quod fit ſimul ab omni-
bus.l.quid tamen.in princ.ff.de arbit. hinc dici-
mus quod commune eſt negligi,fratres in com
munione ſtare, & quod denique communio di-
ſcordias pariat,& ſimilia.l.2.C.quādo & quibus
quar.pars deb.lib.10.l.in hoc iudicium. §.ſi con
ueniat.ff.communi diuid.& ibi no. l.cum pater.
§.dulciſsimis.ff.de leg.2.& ſeruit ad q.de qua ꝑ
Barto.in l.Quintus.ff.de ann.leg. Ferrarien. Iaſ.
& Deci. hic: dic ut per eos,quia parum facit ad
propoſitum. Maximè quia declarat potiſsimum
Bart.ibi, uerbum hoc communiter, ſumi uariis
modis, de quo etiam in c.paſtoralis, de reſcr. &
in c.2.de Inſti.Corn.conſi.318. ad fin.uolum.1.
ſed ad materiam,de qua hic modo ſupradicto,id
eſt ad differentiam eorum,quæ fiunt ſeparatim,
ſumi non eſt dubitandum.l.ſi uno.ff.loca. l.ſi ſti
pulatus.ff.de uſu.

Nota tertiò, paria eſſe aliquid geſtum fore,
10 uel geri debuiſſe,† argum.in l. quod te. ff.ſi cer.
pe.ſed in terminis (ut inquit Dec.& bene) ꝓbat
in l.eum qui.infra arb.tut. & in l.1.C.ſi tut. non
geſſe.verum contra,nanq; ſi paria ſunt,non erat
opus hoc idem exprimere hic,ex quo eorum, q̄
tacitè inſunt expreſsio,nihil operatur.l.non re-
cte.C.de fideiuſſ.l.3.ff.de leg.1.

Sol.expreſsit maioris declarationis gratia, &
ut dubitationem tolleret, uſq; adeo ſi aliud non
operatur expreſsio,ut operetur iſtud ſaltem, di
ximusq; in ſimili ſ.& nouiſsimè not.in procem.
Inſti.ibi,ut utrunque tpſ bellorum & pacis, &c.
& ut reſpondent R egien.conſi.59.nu.17.vol.3.
& eſt arg.in l.non ſolent.ff.de uer.ſi.& in l.hęre
des palam.in §.ſed ſi notam.ff.de teſta.

Nota quartò,qđ qui gerere debuit,puta admi
niſtrationem in caſu præſenti,& nō geſsit,tenet:
11 † & dolo carere non uidetur.l.dolus.ff.man.l.1.
§.eſt autem.ff.depo.c.cum æterni,de re iudi.ī6.
An.h.conſi.316.col.2.Bononien.multa cōſ.17.
nu.12.pulchrè Alex.conſi.103.col.6.uol.1.Cy.
in l.2.C.ſi aduer.deli. & licet iſtud hic explicitè
non dicatur, implicitè tamen & uirtualiter dici
uidetur,& eſt arg.in l.nominis & rei.in §.uerbū
ex legibus.ff.de uerb.ſig.

Quintò & ultimò nota,in ſpecie, quod ī prin
cipio dictum eſt in genere,ut in ſimili in l.1.ſ.de
pac.qđ ſcilicet pactum ſeu tranſactio, cum duo
bus factum ſeu facta,tertio non prodeſt, neque
12 præiudicat,† rationibus ſupra dictis,& ut hic ꝑ
Alex.Iaſ.& Deci.latè.

Adde idem eſſe in delictis.l.Fulcinius.§.quid
ſit latitare.ff.quib.ex cau.in poſſ.ea.Bald.in l.cū
mulier.col.16.ff.ſol.matr.& in inueſtitura facta
uni fratri,quæ non prodeſt alteri,inquit idē Bal.
conſi.301.col.3.uolu.1. & in pace facta rurſum
cum duabus perſonis,ut aliam non includat.Ro
ma.in l.licitatio in §.quod illicitè.col.2.ff.de pu
blic.& vectig.& in ſalario uni deputato, ut non
comprehendatur alius,conſi.25.nu.2.& Auch.
conſi.204.col.2.quod perſonę in pactia omiſſę,
non debent ſubintelligi, & in pacto ſeu tranſa-
ctione dixi,ut hic legitur, quia lex aliàs ſui natu
ra prodeſt omnibus, ſicuti pactum omniū ciuiū.
l.ſed ea.ff.de legi.& ideo Bal. in d.l.cum mulier.
ſubtiliter dicebat,quod minus fundat intentionē
tertii contractus,quàm lex.ff.ſo.ma.col.pal.16.
& hæc quo ad textualia ſufficiant.

In gl.fi.ibi,& diſtingue (cæterę nihil habent,
fueruntq; expeditę ſupra unà cum princ.iſtius)
Bar.hic eam reaſſumit,& multa dicit, ut ꝑ eum,
ex cuius dictis collige primo,dū aliqua ꝑmittit.

Si diuiſionis adminiſtrationis facta eſt à teſta
tore,uel à iudice,qđ quilibet pro parte ſua tene
13 bitur, † uſq; adeo ut tranſactio (qđ paulò infra
ſubiicit) cum uno facta ad alium non porrigat,
& iſto in caſu loquatur tex.noſter ibi,in his quæ
ſeparatim geſſerunt.

Et nimirum,quia res inter alios acta tertio ꝓ
deſſe non debet,nec obeſſe, ut in rub. & toto tit.
C.res int.ali.acta.l.ſæpe.ff.de re indic. & ex aliis
etiam ut ſupra,eſtque ſimile in l.iubemus. C.ad
velleia.& in l.3.ff.de iureiu.Iaſ.in l.ſi unus.in §.
ante omnia.in prin.ff.de pac.& hoc eſt qđ dice-
bant Bald.& Mod.in l.ſi actionem.ſ.eod.de pac.
Pau.Caſt.in l.planè.q̄ legit cum l.ſi pluribus.§.ſi
duobus.ff.de le.1.quod ſi pari modo ſoror fece
rit pactum fratri,de non petendo,ſibi non pręiu
dicat,quominus poſsit petere legatum,ſeu dotē
ab alio, ut pro rata teneatur, & uerum arbitror
ſi diuiſerint hæreditatem patris,ut hic, aliàs te-
nerem ego contrarium,ut in duob.rels, & aliis,
de quibus ſupra.

Eſt uerum,licèt unus ex adminiſtratione al-
14 terius non teneatur, † quòd hoc idem limi-

tatur

tatur in tribus caſibus, de quibus in l.2.C. de diui.tu.& quorum primus eſt, ſi ſuſpectũ non remouerit. Secundus, ſi remouerit & tardè, quia eff.ctus ſit non ſoluendo. Tertius, ſi cauſam ſuſpicionis agens iura pupilli prodat, ut ibi, ubi etiam Azo in ſumma, nu.4.& in l.1.C. de peri. tu. & in l. Titium, in §. tutoris.ff. de admi. tutor. & in l.1.C. ſi tu. non ge.& eſt argum. in l. teſtamento centurio.ff. de ma. teſta.

Et facit ratio, quia ipſorum onus eſt, non incumbere adminiſtrationi alij iniunctę, ſed circa perſonas inſiſtere, & curare ut ſuſpecti remoueãtur, & adiungantur alij. Cumque hæc à diuiſione non ueniant, nec ad rerum adminiſtrationem pertineant, perſonam concernere dicentur potius, & ſi prædicta non fecerint tenebuntur, ſentitque Bal. in d.l.2.& bene, quia (ut etiam dictũ fuit ſuprà) qui non facit id ad quod tenetur, & obligatus eſt, dolo carere non uidetur. l. dolus. ff. manda.& ſi non tenerentur, ex dolo conſequerentur lucrum, & malè. l. ne ex dolo. ff. de dolo. arg. in l. ſi ab hoſtibus, in §.1.ff. ſol. ma.

Secundò collige, ſi diuiſio facta non ſit à teſtatore uel à iudice, quod quilibet inſolidum tene-
15 bitur. † l.1.§. nunc tractemus. ff. de tute. & ratio. diſtrahen. Boer. poſt Cy. Io. Fab. Bar. Bal. Ange. Saly. Alb. Alex.& Iaſ. hic per d.§. nũc tractemus. deciſio.50.nu.2.par.1. pro cuius concluſionis declaratione tamẽ adhuc multa dicit idem Bar. qualiter poſsint conueniri, ex quo habent quatuor beneficia, ordinis, diuiſionis, ceſsionis, & utilis actionis, ut per eum. Ordo.

Ex cuius dictis primum ordinis ratione collige (ordo enim eſt, ut prius conueniantur qui geſſerunt. l. tutores. §. in eum. ff. de adminiſtrat. tu. l. tres tutores. §. non ſolum. ff eo. l. ſi. C. ſi tu. non geſ. l.2.C. de diui. tu. Alex. hic colum.3. ubi alia beneficia etiam declarat. & fuſius Iaſ.2.) ſi q̃dam geſſerunt, quidam non, horum mandato tamen illi geſſerint, quod non erit locus beneficio
16 ordinis: † & hoc quia omnes geſsiſſe uidẽtur, paria enim ſunt, quod per ſe quis gerat, uel gerat per alium. l. ita autem. §. geſsiſſe. ff. de admi. tut. & in regu. qui per alium. & probatur in d.§. non ſolum, & bene, eſtq; ibi text. clarus, & ita tranſeunt omnes hic. et Boer. in præallega. deciſio. 59. num.6.

Secundò collige, ſi non gerentes haud mandauerint, deque geſtis loquamur, quod erit locus beneficio ordinis: & ratione ſuaderi poteſt (in iuribus enim allega. per Bar. probari non uidetur) quia ſi non gerentibus mandantibus, beneficio ordinis locus non eſt, ſequitur neceſſariò, quod erit eiſdem non mandantibus.

Tertiò collige, ſi de neglectis agatur hoc caſu hæcque geſtis connexa ſint, quod idem erit hoc eſt beneficio ordinis locum fore, & probatur in l. tutorem, qui tutelam. ibi, non inutiliter conuenietur, earum rerum ſcilicet, quæ cum his quæ poſtea geſta ſunt, connexam rationem habuerunt, & in l. tres tutores. in uer. item in eo. ibi, uel ita coniuncta fuerunt, ut ſeparari non debuerunt. ff. de adminiſt. tut. argum. in l. ſi tutor. ibi, & eſt uerum ea, quæ connexa ſunt uenire in tutelæ actionem. ff. de tute.& ra. diſtrahen.

Et quia de connexis idem eſt iudicium. l. quæ religioſis. ff. de rei uend. c. tranſlato de conſti. & utranque concluſionem probat, & ſequitur formaliter his uerbis Boer. deciſio. ſup. allega. 59. nume.6. par.1.

Quartò collige ſi connexa non fuerint, quod tunc beneficio locus nõ erit: & probatur in d. uerſi. item in eo. & melius in l. tutores. in §. In eum. ff. eod.

Quintò collige (& hæc eſt diſputationis utilitas) ſi tranſlatio facta ſit cum eo qui prius conueniri debebat, quod ad alium peruenire non po-
17 terit † beneficio ordinis obſtante, deducendo ſic ut deducit Cur. hic: namque ſi contra alium agatur, is opponet beneficium ordinis, hoc eſt, q̃d prius alius conueniatur, is autem conueniri nõ poterit propter tranſactionem, ergo repelletur agens, & opponenti tranſactio proderit ſicque liberatus erit. & dum Bar. ſubiicit. ita loquitur hic, intellige gl. non tex. quia in eo innuitur cõtrarium, nec ad propoſitum diſplicet.

Sed tamen conſidera tu, ſi trãſactum eſt cum eo, qui prius conueniri debebat, quod fuit conuentus pariter. l.1. ff. de tranſact. ibi, de re dubia & lite incerta, neque finita tranſigit. ergo exceptio ordinis ab alio opponi non potuit, nec ob hoc agens repelli, ergo nec tranſactione, opponens erit liberatus. Cogita.

Sextò collige, ſi tranſactum ſit cum eo qui ſecundo loco conueniri debebat, quod ad alium perueniri poterit, tranſactione non obſtante:
18 † quæ concluſio indubitata eſt, ut hic aperte probatur.

Saluo tamen eo (ſubiicit Barto.) quod ſolutum eſt, quia tunc alteri proderit, non ui tranſactionis, ut hic rurſum probatur, & in l. ſi unus. in §. ante omnia. ff. de pact.& in rubr. ac toto tit. C. rer. int. ali. ac. ſed ui ſolutionis. l. ſi ex duabus. ad fin. ff. de tut.& rat. diſtrahend. & ſignanter ita etiam dicit ibi glo. per iſtum tex.

Et facit (ut quoque declarauimus ſupra, in diſcurſu) namque ſolutione eius quod debetur omnis tollitur obligatio, Inſti. quibus mod. toll. oblig. in princip. nec bona fides patitur, ut bis idem exigatur, l. bona fides. ff. de regul. iur.& quia hoc etiam clarum eſt, tranſeo.

Et eſt ſimile (ut adhuc dicit text. in dicta l. ſi ex duobus, & in l. ſi ut certo, in §. fina. ff. commodat.& in l. prima. in §. ſi apud, & in l. ſi duo ff. depoſit.) in duobus quibus res ſit, uel commodata, uel depoſita: quia ſi alter conuentus pręſtiterit, liberabit alterum. latè glo. in l. creditor. in §. duobus, ff. mand.

Verum dubitant ſcriben.quid in pluribus ꝓ-
curatoribus,an inter eos habeat locum iſtud be
19 neficium ordinis.† glo.in d.§.duobus,ſentit qđ
ſic, quod ille ſcilicet ſit prius conueniendus,
qui geſſit.

Cui obſt.generalitas text.noſtri. & quod dici
tur in l.2.in §.fin.ff.de cu.bo.dan.

Et quia lex ſuccurrit magis facienti actum ex
neceſſitate quàm ex uoluntate, tutores & cura
tores neceſſarii ſunt, ubi aliàs officium procu-
ratorium eſt uoluntarium.l.ſi fideiuſſo. §.ſi ne-
ceſſaria.ff.qui ſatiſd.cog.præalleg.§.fin.ergo. &
ita tranſit Cur.hic.

Adde tu, quod hac ratione etiam fideiuſſor
habet beneficium excuſsionis, ſi fuerit neceſſa-
rius:ſi uoluntarius autem non,ut in Auth.de fi-
deiuſſ.in princ.tradit Bald.in l.diximus. in §.1.
ff.de excuſ.tuto.

Et ſi minor gerat actum per adminiſtratorē
uolūtarium,ut eſt procurator, quia habet actio
nem ordinariam contra eum,non reſtituitur, ni
ſi in ſubſidium,eo nō exiſtente ſoluendo.

Si uerò gerat per adminiſtratorem neceſſa-
rium,ſic, l.cum mandato.ff.de min.l.1.2.3. C.ſi
tu.uel cu.interue. & in ſpecie hanc rationem in
d.l.1.Iacob.à S.Geor.adducit,& ante eum gl. in
d.l.cum mandato. & ita etiam tenemus nos.

Eſt benè uerum,ſi nō haberemus has deciſio-
nes,& tex.in d.§.ſi.quod glo.prædicta,in præal-
leg.§.duobus,non officeret generalitas legis no
ſtræ (ut dicebatur) ex quo ad id quod rationis
eſt,reſtringeretur.l.quiq;.§.1.l.quamuis.ff.de in
ius uoc.Bal.in l.pactum.col.2.C.de colla. quod
prius conueniatur,qui etiam geſsit,quia non æ-
què conuenit,ut qui non geſsit interim hac mo
leſtia afficiatur,& dictum eſt ſupra: ſed quia ob-
ſtant plurimum,tranſeo.

Diuiſio.

Et ad beneficium diuiſionis uenio, an fieri de
beat pro rata, ſi omnes tutores, ſiue curatores
ſint ſoluendo, quanquam aliàs inſolidum,ſeu ꝓ
ſolido teneantur,ut inquit text. in l.creditor. in
§.duobus.ff.mand.& in hoc quoque aliqua dicit
Bart.ut per eum.ex cuius dictis primò collige,
ſi plures conueniantur tutores,ſeu curatores,ex
communi culpa,uel dolo, quod inter eos ſi ſol-
uendo ſint, habebit locum beneficium diuiſio-
30 nis,†ut pro rata teneantur, & eſt caſus clarus ſe
cundum eum. & glo.prius in l.ſi plures.ff.de ad
min.tut.& clarius in l.1.in §.nunc tractemus. ff.
de tut.& ra.diſtrahen. & idem in pluribus fide-
iuſſoribus,qui nouo iure d.beneficiū habēt pa-
riter ex epiſtola diui Adriani,ut in §.ſi plures.In
ſti.de fideiuſſ.& in l.fi.C.de conſti.pec.imò dicit
tex.in d.§.nunc tractemus, & gl.poſtea declarat
ibidem,quod exemplo fideiuſſorum fit d. diui-
ſio inter plures tutores,ſi (ut dixi) ex communi
culpa,uel dolo conueniantur.

Et ſi omnes ſoluendo nō fuerint,ſubiicit tex.
ibidem,quod inter eos, qui erunt ſoluendo fiet
diuiſio. & cum iura prædicta (iteratò dixerim)
clara ſint,quo ad iſtud,non aliter eſt dubitandū.
declaro tñ,quod de fideiuſſoribus dixit Iureconſ.
in loco præalleg.dixiſſe habito reſpectu ad regu
lam:quoniam fallit in aliquibus caſibus, de qui-
bus in d.§.ſi plures,& eſt arg. in l.ſi mihi & tibi.
in §.regula.ff.de lega.1.& in l.regula. ff. de iuris
& fact.ignor.

Secundò collige,ſi conueniatur aliquis ex ꝓ-
prio dolo,uel culpa,quod tunc non habebit lo-
21 cum diuiſio. † Quæ concluſio etiam uidetur mi
hi indubitata,quando etiam text.iſtud dicentem
non haberemus in l.2.C.qui tut.non geſſ. ubi q
omiſit quæ geri debuerunt tenetur, quia ſi habet
quando ex communi culpa plures conueniunt,
neceſſariò dicendum eſt fore ſecus, ſi aliquis cō
ueniatur ex propria,& quia rurſum, ſi conueniē
aliquis,& non plures ut ſ.diuiſio in eo haud po-
teſt conſiderari,& patet ad ſenſum.

* Sed aduerte quanquam ita * omnes trāſeant,
quia tex.in d.l.2.contrarium probare uidet, ibi,
latæ culpæ ratio omnes æqualiter tenet. niſi re-
ſpondeamus (& eſt uerum) oēs ſcilicet qui ſint
in culpa intelligi debere.

Quòd tamen declaratio hæc non ſit uera, &
quod imò etiam ſi plures ex communi culpa, uel
dolo conueniantur, nō habeat locum inter eos
beneficium diuiſionis, probatur efficaciter per
tex.in l.in magiſtratus. ff.de magiſtr.conue.ubi
clarè dicitur,ſi magiſtratus dolo aut culpa fece
rint, ut minus pupillo caueretur,quòd inſolidū
ab eo conueniri poterunt,& urget.

Nihilominus reſpondetur,quod ille text.loq
22 tur in magiſtratibus, † nos autem in tutoribus,
eſtq; reſponſio Alex.& optima quidem.

Nec obſt.ut inquit Iaſ.quod æquiparentur.l.
ſi.ff.eod.de magiſtr.conue.quia uerum eſt, quo
ad id de quo ibi (mitto alia quædā Decii ad idē
parum facientia) ita poſſe agi,ſcilicet contra ma
giſtratus,ut contra tutores, ſed non quo ad bene
ficium diuiſionis.

Illam reſponſionem tamen ex alio impugnat
idem Dec.dicens,ſi magiſtratibus propter dolū
beneficium prædictum diuiſionis nō competit
d.l.in magiſtratus,à fortiori nec competere de-
bet tutoribus, quibus minus fauetur.

Et maximè (ſubiicit) quia tutores immedia-
tè præiudicant pupillo,magiſtratus autem non,
arg.in l.aduerſus.C.eo.quod nihil aliud eſt dice
re,niſi loqui contra tex.in d.l.ſi plures,& in d.§.
nunc tractemus, & malè, quia ſecūdum leges eſt
iudicandum & non de legibus diſputandum. c.
in iſtis.4.diſt.l.proſpexit.ff.qui & à quibus. l.2.
C.de crim.ſac.

Nec eſt uerum,quòd immediatè tutores præ
iudicent pupillo,magiſtratus autem non,qa nec
iſtud uerum eſt, l.3.ibi,ſcito me omnem rōnem
adhibere,ſubueniendi pupillis,cum ad curā pu-

blicam pertineat.ff.qui pet.tu.

Non prætermitto tamen ſecundò reſponderi
poſſe ad d.tex.quod bene poſſunt inſolidum cō
ueniri de rigore iuris,ſed quod de æquitate be-
neficium diuiſionis habeat. & fuit ſolu.Rayn.de
Forli.ibi,& Cum.in d.l.ſi plures.& Sal.hic.

Sed prima melior,quia re uera (ut inquit Iaſ.
& bene,nugis Decii prætermiſsis,ut potè ad rē
parum facientibus) confunditur iſta per tex.ibi
in 2.par.ubi eo dumtaxat caſu æquum eſt d.bene
ficium magiſtratibus competere, ſi nec culpa,
uel dolo id factum eſt ſcilicet, ut minus pupillo
23 caueretur,ergo non alio ſuperiori,†quia iſta eſt
d.dictionis natura,diſpoſitionem reſtringere ac
limitare,ut no.in l.1.ff.ſi quis ius dic.non obt.&
in l.cum ita.ff.de cond.& demon. & in l.fructus.
ff.ſol.mat.facit etiam,quia ſi ex æquitate compe
teret,non autem de rigore,dixiſſet utique Iure-
conſ.argum.in l.fi.C.de conſti.pec. quod tamen
non dixit ſimpliciter locutus, ergo nec nos dice
re poſſumus,quia noſtrum non eſt legem exten
dere uel ſupplere. l.ſi uerò.§.de uiro.ff.ſol.mat.
l.ſi ſeruum.§.non dixit prætor. ff.de acq.hæred.
no.in l.1.ff.de teſtam.Imò quod ex æquitate in tu
toribus facienda eſt diuiſio (& confirmabit ſol.
prima) d.§.nunc tractemus,ibi æquiſsimum erit
inter eos diuidi actionem.In magiſtratibus uerò
ſeruandus rigor, inſolidumq; conueniri poſſe,
quia præponderat culpa,& dolus eorum. d.l.3.
qui pet.tu.l.1.ff.de mag.conue.& uidet mihi qd
ſit caſus in l.ſi pupillus.in prin.ibi, ſed hæc ī ma
giſtratibus tractaui.ff.de admi.tu.

Tertiò collige, ſi tranſactio fiat cum eo, qui
conueniebatur ex propria culpa uel dolo, quod
24 † contra alium agi non poterit. & propè eſt (ut
ſubiicit) q̄a ſi hoc caſu actionis diuiſio fieri non
poteſt,haud æquè conuenit etiam,ut contra aliū
agatur.l.ſi pupillus.ff.de admi.tut.

Aliam rationem aſsignat Cur. quia ſi ageret,
repelleretur agens exceptione cedēdarum actio
num.l.Stichum aut Pamphilum.§.pen. ff. de ſol.
in culpa autem uidetur eſſe agens,quia tranſegit,
ergo agere non poterit,quia nec poteſt actionē
cedere,& ſi egerit dicta exceptione, repelletur.
Eſtq; ratio quam aſsignat glo. (licet ipſe ſubii-
ceat) in d.l.ſi pupillus,& Bart. infra, numero 9.
nec diſplicet.

Sed cogita tu, ſi conueniri poterat inſolidū
obligatus,& conuentus ſit,cumq; eo tranſactū,
tranſigentem ſibi ipſi præiudicaſſe,quo fit ut ne
que mirum ſit,ſi cum alio agere non poſsit.

Ea de re ait Iurecon.ibi,improbè agere credi
torem ſi alterum illius nomine conabitur inter-
pellare,arg.in reg.damnum.de re.iu.in 6. & in
l.ſi mulier.in §.fi.ff.quod me.cau.

Quartò collige,ſi tranſactum ſit cum eo, qui
conueniebatur ex communi culpa uel dolo, qd
25 tunc contra alium agi poterit, † & ita loquatur
tex.iſte,iſtq; pro rata tenebitur.

Nec ſine ratione iſtud quoque, quia ſi agi nō
poteſt, cum quis conuenitur ex propria culpa,
uel dolo,neque tunc beneficium diuiſionis lo-
cum habet,ut ſupra, æque conuenit ſecus eſſe ſi
ex communi fuerit interpellatus, cū declaratio-
ne tamen, ſi omnes ſoluendo ſint, ut dicit Curt.
& bene,imò Iureconſ.in d.§.nunc tractemus, di
uiſio fieri deberet inter eos,qui eſſent ſoluendo,
ne creditori præiudicium fiat, & cum ſui iactu-
ra alii locupletes efficiantur,qd natura ipſa non
patitur.l.nam hoc natura.ff.de condi.inde.c.lo-
cupletari,de reg.iu.in 6.

Ceſsio.

Vltimò reſtat, ut de beneficio ceſsionis etiā
aliqua diſcutiamus,conſiderando caſus quos ēt
conſiderat Bar.ut per eum.ex cuius dictis colli-
ge primo. ſi quis ex propria culpa ſeu dolo, uel
ex communi conueniatur,quod nō habebit ceſ-
26 ſionis beneficium,aliàs ſic,† ſi ex dolo uel culpa
alterius. & probatur optimè in l.ſi plures. ff.de
admin.tut.& in l.1.in §.nunc tractemus. ff.de tu
te.& rat.diſt.in ſui ratione, quia ſi propria uniuſ
cuiuſque contumacia punitur,nulla fronte deſi-
derari poteſt ceſsionem fieri.

Sed obſtat unum,quia ſi communis eſt culpa
uel dolus,iam propria ſeu proprius eſſe non po
teſt, aliàs à proprio commune non differret.

Sol.quod commune eſt,meum eſt, rōne meæ
partis.l.ſerui electione.§.fi.ff.de lega.1.eſt uerū
quod iura hæc uidentur contraria, ſed ſalua, ut
hic per Curt. qui exinde dicit quoque, malè
poſſe reſponderi,quare inter doloſos habeat lo
cum beneficium diuiſionis,& nō ceſsionis,ſubii
ciens tamen hoc ideo eſſe (& fuit ratio Pau.Ca-
ſtr.fuſius Iacob.à S.Geor.imò Cy.& Bal. hic, &
Bar.in d.l.ſi plures,licet ipſe ſubiiceat) quia u-
num defendit,offendit verò alterum,illud iſto fa
uorabilius eſt,ergo.

Clarius uidetur mihi dici potuiſſe,quod idcir
eo diuiſio locum habeat, quia quiſque proprii
delicti pœnam ſubit,ut dicitur in l.1. in §.planè.
ff.de tu.& ra.diſtrahen. & hacmet ratione deſi-
derari non poſſe,ut ceſsio fiat d.l.ſi plures.ad fi.
ff.de admi.tut.quod etiam ſupra declarauimus,
& ueriſsimum eſt. ſecunda concluſionis pars eſt
clara,igitur non inſiſto,pro qua tamen adde be-
nefacere reg.l.non debet.ff.de reg.iu.

27 Secundò collige,† eo caſu quo ceſsio fieri de
bet,in totum fieri debere.& quia de hoc ſe re-
mittit ad dicta per Doct.in l.1.ff.de duo.re.& in
l.Modeſtinus.ff.de dona. idem facio etiam ego.
uidetur tamen quod ſit ſibi ipſi contrarius, qm̄
hic dicit,ſi ex communi culpa quis conueniat,
quod ceſsio fieri debebit pro parte, & nihilomi
nus ſupra dicit, quod beneficium ceſsionis non
habebit, ideo cogita, num uerba hæc ſint ſu-
perflua.

Tertiò collige,ſi tranſactio cum uno facta ſit
in totum,& cum alio minor agere uelit,quod in
nullo

28 nullo poterit conueniri, † ex quo repellitur exceptione cedendarum actionum, & hoc idem est clarum eſt, dictumq; fuit ſupra.

Et probatur in l. Stichum, aut Pamphilum, in §. pen. ff. de ſol. aliàs agentē locupletem fieri cū alterius iactura diceremus, & malè, ut declaraui ſupra, licet ad aliud uulg. l. nam hoc natura. ff. de cond. inde. c. locupletari, de reg. iu. in 6.

Quartò collige, ſi pro parte tranſactum ſit cū uno, quod pro alia parte alius cōueniri poterit, & ſic pro parte, etiam ſibi fieri ceſsio debebit, ut hic.

Sed cogita, ſi pro parte ipſa conuenius quoque tenebatur, ceſsionem actionis utique neceſſariā non eſſe. l. Modeſtinus. ff. de ſol. Bar. in l. 2. nu. 3. C. de act. & obl.

Sol. neceſſaria eſt, quo ad portionem alteri tāgentē, ſeu ad quam alius tenebatur, ex quo non æque conuenit, ut conuentus eam ſoluat. l. ſi qa id quod, in fi. & ſeq. ff. de iur. om. iud.

Vtilis actio.

De beneficio utilis actionis nihil dicendum eſt, quia (ut Bart. inquit hic) dicta in beneficio ceſsionis ſupra, dici etiam poſſunt eodem modo in beneficio utilis actionis, & bene. l. 1. §. nūc tractemus. ad fi. ff. de tut. & rat. diſtrahen. quaſi idē ſit, dare utilem actionem aduerſus contutorem, & cedere. quare utilem tamen dixerit Iurecon. 29 declara, † quia directa erat apud agentem, à cuius oſsibus ſeparari non poteſt. l. 3. in princ. & ibi glo. not. ff. pro ſo. l. quid ergo. ad fi. ff. de pec. Bar. in d. l. 1. nu. 7. C. de act & obl.

Sed contra, quia ſi ſic, eſt alterum ſuperfluere diceretur, & præcipuè ceſsio, & malè. l. hac ſtipulatio. §. diuus. ff. ut lega. no. cauea.

Sol. clara eſt, ut ex multis docet Curt. hic, nu. 27. dicerem ego utilem actionem dari, ceſſam ſcilicet, & ſic uerbum ceſsionis nō erit ſupfluū, quod tamen non eſt uerum. d. §. nunc tractemus. l. Modeſtinus. ff. de ſol. Ideo dic utilem dari, qa ſi ſolutio facta ſit abſq; ceſsione, cedi actio amplius non poterit. d. l. Modeſtinus, & hoc eſt qđ dicebat Cur. & bene, colligiturq; ex uerbis. d. §. nunc tractemus.

30 Poſt hac dubitaē, quare plures debitores hīc beneficium utilis actionis. d. §. nunc tractemus, l. ex facto. ff. de nego. geſt. plures autem fideiuſſores non, niſi cedatur. d. l. ut fideiuſſor. l. fideiuſſoribus. ff. de fideiu. l. Modeſtinus. ff. de ſol. tria enim ſunt beneficia fideiuſſoris, primum diuiſionis, ex epiſtola diui Adriani, ſecundum ne cōueniatur niſi excuſſo debitore principali obligato, tertium cedendarum actionum. d. l. ut fideiuſſor, & fideiuſſoribus. ff. de fideiuſſo. d. l. Modeſtinus. ff. de ſol. Abb in c. 2. col. 2. & 3. de fideiuſſo. & ex mente glo. hic (reliqua enim ipſius dicta, inuoluta nimis & intricata non ſine maxima difficultate (ut inquit Bar.) fuerunt huc uſq; expedita,) reſponde ur, hoc ideo eſſe, quia fideiuſſor habet regreſſum contra principalem, quo caſu non iniquum eſt ſi non curauit lex ſibi actionē dare, contra confideiuſſorem, in pluribus tutoribus haud conſiderabile. & ita dicit etiam glo. in d. l. ut fideiuſſor.

Quam rationem impugnat Bart. quia principalis poſſet eſſe non ſoluendo, foretque actio inanis. l. nā is. ff. de dolo. ubi inanis eſt actio, quā inopia debitoris excludit: & quia ſi pro pupillo naturaliter obligato interceſsiſſet, non daretur regreſſus. l. Marcellus. ff. de fideiuſſo. Concludit tamen & bona eſſe uidetur, quia regulare eſt, qđ regreſſum habeat tametſi ex aliquo accidenti eſſe poſsit, ne detur, ut in prædictis caſibus, argu. gl. ſimili modo dicentis, in l. ſuus quoque. in §. puto. ff. de inſtit. pulchre Aret. in l. 1. nume. 7. ff. de teſtamen.

Aliam nihilominus adhuc gloſ. refert, quod ideo non datur fideiuſſoribus, quia conueniuntur ſtricti iuris actionibus, ex ſtipulatu ſcilicet, quæ huiuſmodi eſt. §. actionum Inſti. de ac. tutores autem tutelæ, quæ eſt bonę fidei.

Nec rurſum tuta (dicit Bar.) quia mādatores ſunt ſimiles fideiuſſorib. & tamen conueniūtur actione mandati, quæ eſt bonæ fidei. Sed ad illud quoque replicabatur, quod ſimile non eſt idem. l. quod Neruа. ff. depo. quodq; glo. reſpicit fideiuſſorem utpote nomen generis, ut not. in rub. de fideiuſſo. uerum cogita, quomodo faciat tex. in l. 3. ff. de carb. quem ad idem allegat. uel declara, ut per Cur. hic. nu. 32.

Tertiam tamen aſsignat, hoc ideo eſſe, quia fideiuſſor ſponte promittit, tutor ex neceſsitate, idque etiam gl. in d. l. ut fideiuſſor. & ideo ultra eam dicitur, quod tutela eſt uis atque poteſtas in capite libero ad tuendum eum, qui propter ætatē ſe nequit defendere. l. 1. ff. de tut. c. melius Inſti. co. in prin. iuncta glo. & in l. melius. C. de decu. lib. 10. Et uoluit dicere, quod lex ſuccurrit potius facienti actum neceſſarium, quàm facienti uoluntarium. l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſda. cogan.

Et iſtam adhuc pertinaciter agens Bar. impugnat, quia etiam duo rei ex neceſsitate obligantur, & tamen inuicem actionem habent. l. 1. C. de duo. re. & malè, quoniam non habent utilem, ſed ceſſam, ſolutione ab uno facta, & ita loquatur tex. in d. l. 1.

Quicquid ſit tamen, ultima quoque aſsignatur per glo. in l. ex facto. ff. de nego. geſt. quam ſequutus eſt etiam Iacob. de Raue. & improbatis cæteris, uel benè uel malè, tenet Idem Bar. ea igitur eſt, quia fideiuſſor ſoluens agit principaliter ut debitorem liberet, ideo in alios confideiuſſores actionem non habet, niſi ſibi cedatur: tutor uerò, ut ſe, & contutorem, quia directam habere non poteſt, ex quo coactus ſoluit, & neceſſariò, quæ mihi nunquam placuit, quia hoc ultimum negabo (mitto alia Docto. dicta quantum

ad

ad iſtud) cum non probetur iure, imò quod uſ
confondi per tex.in arg.tamen , in l.& magis.ff.
de ſol.& propterea meo quidem iudicio aliȩ, &
maximè prima,ſolidiores ſunt,pro cuiua defen-
ſione etiam hic,poſt alios aliqua dicit Cur. n.33.
ut per eum. quanquam nec proxima diſpliceat.

Vel & nos ultra alios dicamus, ſicuti iura fa-
uent pupillis.l.ex plurib. in fi.ibi, nec enim cãæ,
ſed perſonæ ſuccurritur,quæ meruit p̃cipuũ fa-
uorem.ff.de admi.tu.ita & fauiſſe, ſeu ſauere uo
luiſſe,tutoribus per quandam conſequentiam,ut
beneficium ordinis habeãt,diuiſionis,celsionis,
& utilia actionis,ut ſupra, inq; hoc ſint releuati,
grauati onere tutelȩ,quod publicum eſt munus,
inuitis deferendum aliàs, ut in lo is s̃.alleg.dici
tur,& eſt arg.in l.eum qui.ff.de iureiu.baud cõ-
ſiderabilia in fideiuſſoribus, qui uerbis obligan
tur,& ſtipulatione : & obligatio fideiuſſoria ſtri
cti iuris dicitur.l.1.ff.de act.& obl. l. blanditus.
C.de fideiuſſ.planè exorbitans à materia fauora
bili,ut in ſimili,inquit Bal.in l.ſi cum dotem, In
§.tranſgrediamur.col.1.ff.ſol.mat.nimirum igi-
tur ſi ſibi de epiſtola diui Ad.prouiſum eſt,deq;
beneficio excuſsionis, & cedẽdarum actionum
tantum,ut dixi ſupra poſt Abb. (licet ad aliud)
in c.2.col.2.& 3.de fideiuſſ.& eſt arg. in l.tu to-
ri.ibi,ſufficit ſi in paucia amici laboribus conſu
latur.C.de neg.geſt aliàs illi iſtis non eſſent me-
lioris conditionis,ex prædictis baud dicẽdum ,
ſumpto arg.etiam ex hia quæ dicuntur in l. cum
quidam.ff.de lib.& poſth.

In cæteria,an ſi tranſactio per acceptilationẽ
facta ſit,uel per pactum,& liberato uno ex pluri
31 bus reis liberatio † porrigatur ad omnes, quic-
quid dicat Cur.hic,ad fin.Bart. non figit pedem,
ſed ſe remittit ad dicendum in l.ſi de certa.ſ.eo.
& ego idem facio . & feſſus lampada trado . die
15.Iulii 1564.Patauii.

S V M M A R I V M.

1 *Lex cum mota.C.de tranſact.eſt ſubtilis, ſpeculatiua,& utilis,deq; apicibus iuris.*
2 *Dubium dicitur, quod eſt in opinione poſitum,uel ſi diſputetur de apicibus iuris.*
3 *Querela an ſit actio uel accuſatio, & quid ſit.*
4 *Querela datur filio.*
5 *Præteritio matris loco exhæredationis eſt.*
6 *Querela an ſit actiò uel accuſatio, & an largè. numero 7.*
8 *Querela eſt iudicis officium nobile.*
9 *Querela quando dicatur præparata.*
10 *Querela duo requirit.*
11 *Præfatione qui non utitur, incoloratè loquitur.*
12 *Declaratio l.2.ff.de inoffi.teſt.*
13 *Supplementum ſucceſsit loco querelæ.*
14 *Querela præparata,ad hæredes tranſmittitur.*
15 *Querela ſopita non poteſt tranſmitti, & nu.23.*
16 *Præſcriptio quinquennalis,quid ſit.*
17 *Tranſactio ſi non ſeruetur , an agi poſſit, ex prima actione.*
18 *Intellectus ad tex.in l.ſi inſtituta.ff.de inof.teſt.& in l.ut reſponſum.C.de tranſ.*
19 *Conditio ubi expreſſa erit in diſpoſitione , uel aliud conditionem importans, actus erit conditionalis, & non modalis.*
20 *Tranſactio facta lite inchoata , ſi non ſeruetur,põt ad priſtinam actionem reuerti.*
21 *Res de facili reuertitur ad naturam ſuam.*
22 *Tranſactio naturam donationis habet.*
24 *Intellectus ad l.ſi inſtituta.ff.de inof.teſt.*
25 *Intellectus ad regulam,res de facili reuertitur ad naturam ſuam.*
26 *Intereſſe an ſoluatur in ſtipulationibus rem dari.*
27 *Intellectus l.cum mota.C.de tranſac.in uerſi.ex ſtipulatu actio.*
28 *Actione de dolo agitur, ſi in ſtipulatione interuenit ſtipulatio.*
29 *Actio de dolo, & præſcriptis uerbis , in quo differant.*
30 *Intellectus ad §.quod ſi faciam.l.naturalis.ff.de præſcrip.uerb.*
31 *Actio de dolo non datur ubi contractus non eſt ſtipulatus.*
32 *Ignorantes multi in l.cum mota, tranſeunt.*
33 *Præſcrip.uerb.actio,an ſit natiua,uel datiua.*

Additiones ad l. cum mota. C. de tranſact.

Imp. Alexander A. Pomponiit.

Cum mota.] Additio 1.

EXorditur Bart.hic , quod hæc lex
eſt ſubtilis, ſpeculatiua,& utilia,
1 † deq; apicibus iuria Ang.& Iaſ.
nec ab re (addas tu)quia querelȩ
materiã tractat, & teſtatur etiam
Bal.in l.pater filium.col.3.ff.de inof.teſt.hoc eſt
ſummam & arduam.l.ſi fideiuſſor. §.quædam.ff.
2 mã.Imò qđ regulariter dubium id dicitur,† qđ
eſt in opinionibus poſitum,uel ſi de iuris apici-
bus diſputetẽ,uſque adeo ut ſententia,q̃ nulla eſt
ipſo iure,lata contra expreſſum iuria errorẽ. l.ſi
expreſsim.& ibi Bar.ff.de ap.ualeat tñ,ſi ſit con
tra iua dubium,bia modia,ut per Bar.in l.fi.C.de
pȩ.iud.qui ma.iud.& in l.cum prolatis.ff.de rè
iud.& in l.qđ Nerua.ff.depo.declarant Ferratiẽ.
in l.1.col.2.C.qui admi. ideo ſumma & attentio
ne opus eſt,quia non litterali intellectu,ſed tran
ſcendenti procedere oportet in ea declarãda, ut
Pau.& Bolas in l.ſcire oportet.in §.aliud.ff.de ex
cuſ.tut.uel ut Claudius in l.à teſtatore.ff.de con
di.& de.uel ut Papinianus in l.cum auus.ff.eod.

Præmittendo prius,qđ querela eſt ius quod-
3 dam,ſiue remedium,reſciſſorium teſtamẽti,† qđ
officio iud.imploratur, nullã obligationẽ p̃ſup
ponentis

ponentis.l.qui per collnſionem. ff.de act. empt.
tradit Bar.in l.poſthumus.in §.t.in fi. ff.de inof.
teſta.Por.Inſti.eo.in fi.prin.

Ex quo inferiur & ſecundò, qđ non ſit actio,
4 quia dareſur hæredi, & † tamen non datur.hinc
uidemus,quod Io.in arbore actionum non po-
ſuit ſpecialem cællulam de querela,ut dicit Bar
to.in d.§.1.& eſt arg.in l.in bonæfidei.C.de pac.
& in l.in actionibns,& utrobique glo.ff.de in li
tē iur.quando dicitur, quod actiones quæ non
ſunt enumeratæ in §.actionum.Inſti.de act. ſunt
ſtricti inris. non eſt etiam accuſatio,quia nō agi
tur de delicto puniendo,dicitq; alibi Iurecon.ne
minem ſine accuſatione puniri debere, ī l.reſcri
pto.in §.ſi quis accuſatorem.ff.de mune.& hon.
& in l.2.in §.ſi publico.ff.ad legem Iul.de adu t.
ergo à partibus ſufficienter enumeratis,nt dicit
in l.patre furioſo.ff.de his qni ſunt ſui uel alien.
iur.medium erit quoddam inter utrūque,reſcin
dens (ut dixi) teſtamentum quandoque in totū,
quandoque pro parte.l.circa.l.nam & ſi.§.fin.ff.
de inoffi.teſt m.& licet in pluribus locis accuſa
tio appelletur,maximè in d.l.poſthumus, & In-
ſti.eo.in §.t.accuſatio tamen, id eſt querela ex-
ponitur,& eſt argumen.in l.qui accuſare. C. de
edendo.

Tertiò præmitte, quod querela datur filio ex
5 hæredato † nominstim à patre ſine cauſa,ut In-
ſti.de exhæ.lib.& de inoffi.teſtamen. in princip.
& à patre dixi, quia in extraneo inepta res eſt.l.
quidam cum filium.ff.de uerb.obli. & maximè,
quia cum pietas paterna eſſe debeat in filium,ut
no.in l.officio.C.de neg.geſt.quaſi non ſanè mē
tis,nec ex officio pietatis ſic teſtatur. l.2. & ibi
Bar.ff.de inoffi.teſtam. & quod in extraneo res
inepta ſit exhæredatio,tradit etiam glo. in l.ſi in
ſtituta.in §.1.ff.eod.

Imò quod olim etiam dabatur filio inſtituto
in minus legitima portione, & cui debitum bo-
norum ſubſidium non fuiſſet integraliter reli-
ctum,querela: hodie uerò non, ſed ad ſupplemē
tum agit.l.omnimodo.l.ſcimus.C.eod. declarat
Bald.in d.l.pater filium. col.3. præalleg.& Azo
ante eum in ſumma eo.tit.nu.22.

Quartò p̃mitte,ſi filius fuiſſet præteritus, qđ
tunc non querela ſibi dabatur,ſed bon.poſ. con
6 tratab.niſi præteritio matris fuiſſet, † quia tunc
ſecus,ex quo pro exhæredatiōe habetur. l.illud.
§.ad teſtamenta fœminarum.l.t. ff.de bon.poſſ.
contratabul.

Quintò præmitte, qđ licet olim querela non
tranſmitteretur ad hæredes,niſi mota & præpa-
rata;hodie tamen ſecus eſt, hæcque materia eſt
principalis huius legis, deq; ea fuſius in d.l.po-
ſthumus.in §.fin. ff.de inoffi.teſtam.& in l.ſi pa-
ter,& in l.ſcimus.& in l.ſi quis filium. C.eod. &
hic,in glo.2.

Additio 2.

7 Aliter etiam oſtenditur,ad ſupra dicta † iſtud
adiicientes,quod querela non ſit actio,quia pe-
titur actione nobis aliquid dari, uel fieri, quere
la uerò teſtamentum reſcindi,non accuſatio:q̃a
petitur rurſum iudicari,querela uerò teſtamen-
tum inofficioſum pronunciari. medium igitur
quoddam eſt (ut dicebam) inter utrunq; ,nouiſ
ſimè no.in d.l.poſthumus.in §.pen.ff.eo. Azo in
ſumma, de inoffi.teſta.ad fi.

Additio 3.

8 Licet quandoque querela accuſatio, † quādo
que actio appelletur,id uerum eſt impropriè, &
largè,ut ſupra nouiſſimè declarat Bal.in d.l.po-
ſthumus.lect.2.col.2.

Additio 4.

Ad ſupra dicta etiam addi poteſt,quod quere
la eſt officium iudicis nobile, in quo fit lit. con
9 teſt,ut in reſtitutione in integ. † quodq; dicto ca
ſu ordinariè procedi debet,ut declarat Pau.Caſ.
in d.l.poſthumus.in §.t.ad fi.

Additio 5.

Præmitte etiam ultra dicta in lect.quod ſicu-
ti per officium iudicis petitur reſcindi ſentētia,
uel contractus, ita hic petitur reſcindi teſtamen
tum,ſecundum Bald.in d.l.poſthumus. in 2.le-
ctu.colum.2.

Additio 6.

10 Item præmitte,quod querela dicitur † præpa
rata ſi comminatio, uel denunciatio facta fuerit
hæredi,uel etiam oblatus libellus, non quod ali
ter requiratur lit.conteſt.ut in aliis actionib. nō
tranſitoriis ad hæredes,tradit Paul.Caſtr. in d.l.
poſthumus.in §.fi.in princ.cum quo legit tex.in
l.quemadmodum.ff.eo.ubi hoc ad literam dicit.
quo ad lit.conte.aliter Iaſ.hic,nu.5.

Additio 7.

Item præmitte,quod querela duo requirit ha
11 bitum,& actum † habitum,ut ſit nata. naſcit au
tem adita hæreditate,ſicuti bon.poſ.ex die mor-
tis teſtatoris actum,ut præparatio fiat, & ut præ
parata olim tranſmitteretur, ut ſ. ita Bald. in l.ſi
quis filium.in prin.C.eod.

Additio 8.

Ad primum, de quo ſupra, adde: qui ſine ali
12 qua præfatione † loquitur,incolorate loqui di-
citur.l.1.in fin.ff.de orig.iur. Odofr.in l.2.ff.de
inoffic.teſtamen.

Additio 9.

13 Dum dixi,quod quaſi demens † pater filium
exhæredando teſtatus uidetur,dic non ab re:q̃m
ſi demens, teſtamentum non ualuiſſet, ut no. in
d. l.ſecunda.

Additio 10.

Dixi etiam,quod filius in minus legitima por
tione inſtitutus, hodie non querela, quia pater
fuerit inofficioſus, ſed ad ſupplementum agere
poterit. Adde quod hoc idem ius agenti ad ſup-
14 plementum,ſubrogatum eſt † loco querelę, ut
declarat Bal.in d.l.poſthumus.lec.2.col.2. & in
l.ſi quis filium.col.3.C.eo.

Additio

Additio 11.

15 Dubitandi rationem † faciebat, quia querela
præparata ad hæredes tranſmittitur. l. poſthu-
mus.§.fin.ff.de inoſſi.teſt.ut in ſimili in bo.poſ.
dicitur ibi,& in l.3,in §.acquirere. ff. de bonor.
poſſeſ.

Imò quod tranſmittitur, quomodocunque
præparata fuerit etiam minus iuridicè,hoc eſt ip
ſo facto,dummodo oſtendat uelle eam intenta-
re,ut per text.adhuc in d.§.fi.inquit Barto. in q.
Lapus.colum.2.

Et plus,etiam quod præparata non fuiſſet,ho
die tamen tranſmittit.l.ſi quis filium. C.eo. de-
clarat hic gl.& nos in euid.poſt eam,diximus ſu
pra. niſi obſtet ingratitudo,uel relictum, uel re
pudiatio,uel ſilentium quinquennale, ut ibi, id
eſt in d.l.ſi quis filium,in fi.& in l.ſcimus.in §.il
lud.C.eo. & de quinquennali præſcriptione ẽt
in l.Papinianus.in §.fi.ff.eo. ergo ſi non ſeruen-
tur promiſſa,hic agi poterit,& (ut diximus) que
rela intentari.

16 Sol.tranſmitti potuit, † quia erat iam ſopita,
ſiue extincta per trãſactionem.l.fratris. l.cauſas.
infra eo.tit.noſtro,declarat Bal.& reg.limitat in
d.l.poſthumus,lect.2.col.2.ubi etiam Pau. in §.
fin.in princip.& quia perſeuerantiam requirit.l.
nam & ſi.§.1.ff.eo.

Additio 12.

Ad propoſitum quinquennalis præſcriptio-
17 nis,obiter addendum eſt,† qđ tanto tempore e-
tiam præſcribitur actio peculatus. l. peculatus
crimen.ff.ad legem Iul.pecu.& actio legis Iuliæ
de adult.l.quinquennium. ff.ad legem Iul. de a-
dul.& exceptio non numeratæ pecuniæ olim tñ,
§.fi.Inſti.de lit.ob.& ſeparatio bonorum. l.1.§.
quod dictum.ff.de ſepa.& precaria conceſsio,de
qua in c.1.de preca. eſtq; nomen conſuetudinis,
non iuris,& fœminini generis ad neutri differen
tiam,de quo in titul.ff.de preca.declarat Deci.in
auth. ingreſsi.nu.25.C.de ſacroſan.& Alua.an-
te eum in proœm.feu.col.14.& Alex. cõſi.165.
col.2.uol.2.& Bar.in l.1.C.de iu.emph.

Additio 13.

18 Secunda dubitandi ratio eſſe potuit, † quia ſi
mater uiueret,eique non ſeruarentur promiſſa,
utique agere poſſet tranſactione non obſtante.
l.ſi inſtituta.in prin.alleg.etiam per glo.ff.de in-
offi.teſt.ergo & hæres,& maximè filii hic. l.fi.C.
de impub.§.1.in Auth.de iureiur.à mo.præſt.l.ſi
pactum.ff.de prob.l.tale pactum.§.fi. ff.de pact.
unde ad idem dicebat Bart.quod qualis eſt actio
teſtatoris, talis eſt actio ſucceſſoris,in l.ſi arroga
tor.in repe.col.5.ff.de adop. maximè quia repræ
ſentant perſonam matris,cui ſuccedunt,ut eſt ar
gumen.in §.cum filius.Inſti.de hære.quæ ab in-
teſt.defun.& in l.ſi eum. in §.qui iniuriarum.ff.
ſi quis cau.

Sol.quod ibi dicitur, † hic corrigitur.l.nõ eſt
nouum.ff.de legi.Quæ bona non eſt, ex quo le-
gum correctio uitari debet, & iura iuribus con-
cordari potius. l.1.C.de inof.dot. l.præcipimus.
C.de appel.l.ſancimus.C.de teſtamẽ.Imò quãdo
fit,quod expreſsè fieri debet.l.fin. C.de indic.ui
du.toll.in princ.

Vnde & ſecundò ſoluit aliter glo. hic, quod
bene mater poſſet,ſed filii non, & eſt ſolu.com-
munis,& probatur per tex.in l.nam & ſi. in §.1.
ff.de inoffic.teſtam.

Quam ſolu.etiam Dec.hic improbat duabus
rationibus;prima,quia imò neq; mater admitte
retur,ex quo querela extincta eſt, maximè ab ip
ſa tranſactione facta.l.qui res.§.aream.ff.de ſolu.
uſque adeo ut hac ratione,in caſu iſto non pro-
cedat regu.l.cum proponas.C.de pac. frangenti
fidem,fides frangatur eidem,ut per Alex. in l.ut
reſponſum.infra eo.

Secunda eſt ratio,quia ſi mater admitteretur,
omnia in ſtatum priſtinum reducerentur, & uir
tute præparationis,querela etiam hæredib. com
peteret,cuius contrarium tamen hic dicitur.

Exinde reſpondendo ad tex.in d.l.ſi inſtituta,
quod ſimpliciter fuit facta tranſactio,hic autem
querela repudiata.

Tu uerò à ſol.ipſa non recedas,quia text.in d.
l.ſi inſtituta negari non poteſt,ideõq; ſenſus eſt,
utrobique tranſactione partes à lite diſceſsiſſe,
hoc eſt à querela;quo caſu,ſi matri fides nõ ſer-
uetur,dictat ratio & æqtas,quod inofficioſi cau
ſa integra ſit,& querelam ipſam etiam tranſactio
ne finitam inſtaurari.d.l.cum proponas.C.de pa
ctis.nec obſt.quod in caſu iſto non procedat re-
gu.de qua ibi, quia uerum eſſet quando tranſa-
ctio facta fuiſſet per Aquilianam ſtipulationem
& acceptilationem,quo caſu loquitur text. in d.
19 l.ut reſponſum & Alex.ibidem: † hic uerò text.
noſter,& in d.l.ſi inſtituta, de trãſactione ſimpli
citer,igitur procedit, & locum habebit d.regul.
quicquid dicatur,& ſentit gl.in d.l.ſi inſtituta.&
no.in l.ſiue apud acta,infra eod.

Ex quibus patet reſponſio ad motiua Decii;
nam ad primum dico, quod ipſo iure non erat
extincta,uel & melius,quod reuiuiſcit in matre,
ope ſuperuenientis æquitatis, arg.in l.hæredem,
ff.de his quib.ut indig.non in filius propter tran
ſactionem, & quia nihil eis fuerat promiſſum,
nec cum ipſis facta tranſactio,& arg.retorquebi
tur.& hoc eſt quod dicit tex.in d.l.nam & ſi.in §.
1.quod non ſufficit litem inſtituere,hoc eſt que
relam præparare,niſi præparans in ea pſeueret.

Ad ſecundum uerò,nec id negandum eſſe, o-
mnibus in ſtatum priſtinum reſtitutis, quod uir
tute præparationis etiam querela hæredib.com-
peteret,ſi ea inſtaurata, quia non ſeruabantur ꝓ
miſſa, decederet, ſed non ante,propter tranſa-
ctionem:quo caſu lex iſta loquitur, & ſic argu.
habet fallaciam, ex hiſq; defenſata manebit ſol.
communis.

Tertiò ſoluit gl.etiam contrarium iſtud, qđ
ibi,

ibi: ſub conditione querela fuerat remiſſa exempli gratia ſi decẽ mihi dederis: hic uerò ſub modo, ut mihi des decem, conditio ſuſpendit, modus autem non. l. quibus diebus. §. fi. ff. de condi. & demon. igitur non mirum etiam ſi ibi inſtauratur, hic uerò non.

Quæ ſol. non eſt bona, primùm quia diuinatiua, ut inquit Barto. * & omnes, & bene. l. apud Celſum. §. illa etiam. ff. de excep. do.

Demum quia in dubio diſpoſitio uidetur potius facta ſub modo, quàm ſub conditione. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loc.

Quod per locum à ſpeciali etiam ꝓbat Bart. quando cauſa in ſe de neceſsitate conditionem importaret, exempli gratia: promitto tibi centũ pro dote. l. ſtipulationem. l. promittẽdo. ff. de iure dot. quia intelligitur ſi nuptiæ ſequantur, ut ibi, communiter * tenetur, & ſic quod ſol. non ſit bona, quodq; in d. l. ſi inſtituta, remiſsio facta fuerit ſub modo.

Eſt uerum, quod multa huic concluſioni obſtant, quæ tamen non refero: quia omnia fœdere diſtinctiones concordantur, ut hic per Doctor. poſt Barto. tamen in d. l. quibus diebus, in §. fin. dic ut per eos.

30 Hoc unum tamen adiiciẽdo, † quod mihi ſemper placuit, quod ubi expreſſum eſt uerbum conditio, uel aliud conditionem importans, ſimus ĩ caſu claro, non autem in dubio: & diſpoſitio ſit conditionalis, non autem modalis. & licèt contrarium uideamus in aliquib. legibus, ubi d. uerba reperiuntur, & tamen diſpoſitio modalis ſit, illud eſt tamen propter alia uerba, uel rei naturam, quæ neceſſariò modum ſignificant: qđ nititur ad unguem demonſtrare Grat. conſil. 102. colum. 3. & conſi. 108. colum. 4. uol. 2. quæ autẽ ſit utilitas diſputationis, not. in d. §. fi. & in locis hic per ſcriben. alleg. ut per eos, & quod in dubio aliàs præſumatur modalis, tenet etiá ſignanter per doctrinam Bart. hic, Iaſ. in l. ſiue apud acta. nume. 8. infra eodem, Alexan. conſi. 102. colum. 2. uolum. 1. nonnihil Regien. in l. 3. colum. 4. ff. de lega. 1.

Additio 14.

31 Tertia dubitandi ratio eſſe potuit, † quia alibi in l. ſiue apud acta, proximè alleg. infra eod. lite inchoata, fuit facta tranſactio, & tamẽ ſi promiſſa non ſeruentur, poteſt actor ad priſtinam actionem reuerti, ergo & hic filii pariter.

Sol. ibi reuertitur, quia actio prima pẽdebat, ut etiam declarat Dec. Sen. in l. ſi pro fundo. col. 2. infra eod. hic autem querela erat extincta, & maximè (ut dicebam ſupra) quia qui tranſegerat, agebat, hic autem hæredes tranſigentis matris.

32 Quarta dubitandi ratio eſſe potuit, † quia res de facili reuertitur ad naturam ſuam, & ſolet fauorabile reputari. l. ſi unus. §. pactus. uer. quod in ſpecie. ff. de pact. glo. in c. ſtatutum, de præbẽ. in 6. unde dicebat alibi Rom. in l. ſi finita, in §. de uectigalibus, col. 4. ff. de dam. inf. quod hac rõne publicatis bonis uſufructuarii, nõ propterea publicabitur uſusfructus, quia ad proprietarium reuertitur. & pulchrè Pau. Caſt. conſi. 468. num. 23. uol. 2. quod ſtatutum poteſt facere ſpurium ſucceſsibilem, & quia ius ciuile reddere poteſt, quod etiam primũ abſtulit: ad quod multa quoque congerunt ſcriben. in d. §. pactus.

Sed in caſu noſtro, facto hominis hoc idẽ fieri non poteſt, niſi concurrat etiam legis auctoritas, ex quo erat (ut dictum eſt) ſopita querela ꝑ tranſactionem, in matre tolerabile tantum. d. l. ſi inſtituta. ff. de inoſ. teſt. non in filiis, ut hic. & pro iſta ſol. facit qđ dicit Bar. in auth. quas actiones. C. de ſacroſan. eccl. col fi.

33 Quinta & ultima dubitãdi ratio † eſſe potuit, quia tranſactio, naturam donationis habet. l. 1. §. ac ſi tranſegit. ff. ſi quid in frau. pat. quem tex. ita ibi no. Iaco. de Are. refert Bald. in rubr. extra de pac. nu. 4. ſed donatio prætextu ingratitudinis reuocatur. l. fi. C. de reuo. do. ergo & à ſimili querela hic pariter inſtaurari, & ſic tranſactio reſcindi, ſi promiſſa non ſeruentur.

Sol. ſimile non eſt bonum, quia licet uim donationis habeat, non tamen eſt donatio, arg. in l. non diſtinguemus, in §. cum quidam. iuncta glo. ff. de arbitr.

Præterea uim donationis habet, ſi pro modico fiat, ut Bal. in d. rub. declarat, ergo non concludit ad idem, quod poſsit reſcindi, ut donatio aliàs, prætextu ingratitudinis reuocari, uel (ut ſupra) qđ à matre inſtaurari poſsit, non à filiis.

Deciſionis ratio eſt, quia querela fuerat ſublata à matre per tranſactionem, nec facultas di-
34 ctabat, † poſſeà filiis inſtaurari. l. cum à matre. C. de rei uen. & ut latius dictum eſt ſupra.

Additio 15.

Ratio deciſionis eſt etiã (ut dicebam ſupra) quia mater in præparatione non perſeuerauit, ſed per tranſactionem ipſi querelę renunciauit, quo fit ut a filiis inſtaurari nõ poſsit. d. l. nam & ſi. §. 1. ff. de inoffi. teſt.

Et quanquam hæc ratio in matre etiam militare uideatur, & nihilominus ipſa admittatur. l. ſi inſtituta. in prin. ff. eo. & ſic querela inſtauretur, admittitur, inſtauraturq; tamẽ, non ſine cauſa, quoniam (ut text. met inquit) ab hærede fides tranſactioni non præſtatur. l. cum proponas. C. de pact.

Additio 16.

Dici adhuc poteſt, quod non inſtauretur querela à filiis, quia alia actione erat ſibi ſuccurſum ut hæres ſtaret tranſactioni, uel ſolueret intereſſe ex ſtipulatu, ſi ſtipulatione tranſactio uallata ſit, uel ſine ſtipulatione præſcri. uerb. & eſt arg. in l. ſi domus. ff. de ſer. urb. præd.

Additio 17.

Cogita rurſum, ſi aliud quoq; dici poſsit, qđ hoc

hoc ipſum ſit,quia iſtud ius quod eſt ſolum in
matre,& quidem perſonale.d.l.ſi inſtituta, per-
ſonam egredi non potuit, & maximè, quia (ut
dictum eſt) tranſactione erat extinctum. §. pl..-
nè.Inſti.de iur.nat.

Additio 18.

Reuertor ad contrarium l.ſi inſtituta.ff.de in
offi.teſtam.de quo ſupra. in 2.ratione dubitãdi,
& quicquid dictum ſit ibi, nouiſsimè nunc,pu-
to reſponſionem glo.

25 Scd'am ultra cõem† poſſe etiam ſuſtineri,qđ
ibi tranſactio ſub conditione facta ſit,ſi ſeruarẽ
tur promiſſa,aliàs querela poſſet inſtaurari.l.cũ
proponas.C.de pac.nec ob.quod diſpoſitio prę
ſumatur potius modalis,q̃ conditionalis,ut per
Bar.hic.Soci.in l.cum auus.col.3.ff.de condi.&
demon.Seyſel.in l.ſi conſtante.colum.8. ſol.ma.
quia id uerum eſt in dubio, nos antem ſumus in
caſu claro,ergo conditionalis erit:quod probo,
nam qnando ſunt diuerſæ leges, vnaq́; procedit
per modum regulę,in aliis intelligitur repetita.
ſed in l.cum proponas.C.de pac. ita proceditur,
& conditionaliter quidem, ergo ita etiam intel-
ligetur in d.l.ſi inſtituta.declarat Barto.in l.præ
tor.in §.eritq́; hæc differentia.nu.1. ff.ui bo.rap.
& iſtud hic etiam dici poſset, ſed non ut à filiis,
alia ratione poſsit inſtaurari,ut ſupra.

Et addo differentiam inter conditionem &
modum,qđ illa inducit effectum dum eſt i actu
modus uerò quolibet tempore, & fuſius ut per
Bal.in l.Arethuſa.col.2.ff.de ſta.ho.

Additio 19.

Ad illud etiam,quod dicebam ſupra rem de fa
cili ad ſuam priſtinam reuerti naturam,declara
26 nunc uerum,† qñ ratio,uel æquitas id ipſum di
ctat,ut extincta reuiuiſcat,ſicuti in caſu d.l.ſi in
ſtituta , aliàs non . & adde ſimile in patre filium
exhæredante, qui ſi poſtea ipſum arrogauerit,
non propterea exhæredationem reuocaſſe uide
bitur: qđ tñ eſſe deberet, quia unaqueq; res de
facili reuertitur ad naturam ſuam,& ſolet fauo-
rabile reputari.& non ab re ad propoſitum, quia
nec ratio,nec ęquitas iſtud ipſum patitur:nãq; ſi
reuocaretur, filius reperiretur p̃teritus & teſtm̃
rumperet, contra mentem teſtatoris,qui nõ ui-
detur eligere uiam ad impugnanda ſua iudicia.
l.3.ff.de mil.teſta. Aret. in l.filio quem pater . in
princ.ff.de lib.& poſthu.

Additio 20.

In ſecunda parte tex.dubium faciebat actio-
ne ex ſtipulatu agi non poſſe, ſi in tranſactione
interpoſita fuiſſet,ut hęres ſtet ipſi tranſactioni,
uel ſoluat intereſſe,quia eſt regulare in ſtipula-
tione rem dari,promittentem præcisè teneri,nõ
27 quod † ſoluendo intereſſe liberetur. l.ubi autẽ
non apparet.§.fi.ff.de uerb.obli.no. in l.ſi qs ab
alio.in §.fi.ff.de re iud.& in l.ſtipulationes non
diuiduntur.ff.eo.tit.de uerb.obl.

Sol. (dicunt omnes, Bar.& cæteri) illud ue-
* rum eſt communiter, * ſed fallit in caſu iſto,
quoniam in contractu innominato interpoſita
fuit : tranſactio enim huiuſmodi eſt. l. ſine apud
acta.l.quamuis.& ibi Barr.infra eo.quo fit, ut re
gulari debeat ſecundum eius naturam.l.ſi ſtipu-
latus.ff.de uſu.nam contractus innominati adeo
debiles ſunt , ut quanquam datio promittatur ,
non tamen promittens præcisè teneatur , ſed a-
gatur ad intereſſe.l.naturalis.§.1. ff. de præſcr.
uer.& ita communiter tenetur . eſt uerum quòd
Dec.multa dicit,multa Iaſ. quæ tamen,quia uio
lant literam,& quia pendent ab illo articulo, an
debeat (ut dixi) ſtipulatio regulari ſecundũ na-
turam contractuum,ſuper quibus interponitur,
de quo ſcriben.in rub.ff.de uerb.obl. & quia eſt
* communis * opin.quod ſic.d.l.ſi ſtipulatus l. 1.
§.belliſsimè.ff.ut leg.no.ca.atteſtatur idem Iaſ.
hic,nec tex.noſter poteſt cauillari, non ſunt ali-
ter referenda. Paul. Caſtren . pulchrè conſil. 44.
colum.2.uolum.2.Bartol.in l.damnum. ff.de da
mn.infect.

Ex quibus colligitur deciſionis ratio, qđ aga
28 tur ad intereſſe actione ex ſtipulatu,†quia ſtipu
latio in tranſactione interuenerat , & quia con-
tractuum innominatorũ (ut diximus) ea eſt na-
tura.d.l.naturalis.§.1.ff.de præſcr.uer.

Additio 21.

29 Vltimò dubium faciebat, † ſi non interuenit
in tranſactione ſtipulatio,quod non præſcriptis
uerbis agatur ſed actione de dolo , ex quo con-
tractus fuit , facio ut des : remiſſa enim querela
fuit à matre,ut ſibi certa pars bonorum ab hære
de daretur.d. l.naturalis. §.quod ſi faciam . ff. de
præſcrip.uerb.ubi caſus clarus, quod in cæteris
contractibus præſcrip. uerb. datur præterquam
in iſto facio ut des .

Sed facilè poteſt reſponderi . uerum prius q̃
30 reſpõdeamus ſcias velim utilitatem† diſputatio
nis,nãq; actio de dolo,prætoria eſt.l. 1 .ff.de do-
lo.præſcr.uerb.ciuilis.l.1.ff.de præſcrip.uerb.d.
§.quod ſi faciam.

Item actio de dolo durat biennio.l.fina.C.de
dolo.præſcr.uerb.an.30.ut alię.l.ſicut.l.omnes.
C.de præſcrip.30.ann.

Illa rurſum infamat , iſta uerò non. l.honori.
ff.de obſequ . à liber. præſtand . l.non debet . ff.
de dolo .

Et pro modico denique datur , ſe. us uerò in
iſta præſcr.uer.l.ſi oleum.ff.de do.

Magnumq́; iſtud fore contrarium , ut inquit
Pau.Caſt.in l.ſolent.ff.de præſcrip.uerb.& De-
ci.hic poſt eum .

31 Modo ad contrarium reſpondetur,& † primò
ut reſpondet glo.fi.hic,quod in text. noſtro fuit
contractus do ut facias,non è cõtra facio ut des,
& ſentit etiam prima,ad quam fin.ſe remittit,qñ
dicit, ut in litera modò notaui.

Quã ſol.improbant Vltramon.quia ĩplemen
tũ attendit non conuentio.l.iuriſgentiũ.in prin.

ff.de pact.ubi contractus innominati perficiuntur,cum primum ex parte agentis implentur, & non prius,nec actionem ante implementum producunt, ut ibi, ad differentiam nominatorum, qui ſtatim quod ineſſe deducuntur, actionem producunt.

Et licèt Bar.aliud dicere uideatur quod ex parte dantis eſt do ut facias,ex parte facientis uerò facio ut des:attamē ſentit, quòd cum mulier hic impleuerit remittēdo querelam ſit facio,ut des, & ſic adhuc contrarium obſtet,& detur actio de dolo.quod apparet, quia poſtea ad aliā ſolutionem tranſit, & ſic uana eſt diſputatio Dec. cōtra ipſum tenentis,ut per eum.

Et pro iſta opi.facit no.ille tex.in l.in bonæ fidei.ff.de eo quod cer.lo.ubi in ſimili aliud eſt promiſsio de uendendo,& aliud eſt uēditio, ex quo illo caſu licet pœnitere,iſto uerò non.

Secundò igitur reſpondetur,quod ibi aduerſario nihil aderat,hoc eſt nullam conſequebatur utilitatem:ideo datur actio de dolo, ex quo dolo promittens uidetur perſuaſiſſe,ut faciens pro parte ſua contractum impleret,puta ſeruum manumitteret,uel tale quid aliud: ipſe uerò dare recuſet quod promiſit, hic autem hæret liberationem, ex quo mater renunciauit querelæ, & eſt ✲ ſol.Bart.& ✲ communis.

Quam etiam ex multis improbat Dec hic, ut per eum. multa Iaſ.ibi. i. in d.§.quod ſi faciam.

Nec mihi placet,quia etiā quod aduerſarius, nullam utilitatem conſequi uideatur ibi,conſequitur tamen, conſiderando uoluntatis ſatisfactionem,quæ pro magno intereſſe habetur.l.fin. ff.de uſu & ha. §.præterea. Inſti.de act.præterea in l.ſolent.ff.de præſcr.uer.in facio ut des,aliqd aderat aduerſario,& tamen datur actio de dolo. idemq; in l.cum proponas.infra de dolo.

Et in l.naturalis.in §.1.in uer.ſed ſi dedi.ff.de præſcrip.uer.nihil aderat. & nihilominus datur præſcrip.uerb.

Tertiò reſpondet Fulgo.qđ utraq; eſt ſubſidiaria.l.1.§.ait prætor.ff.de dolo. l.quotiens. ff. de præſcr.uer.quòdq; concurrunt.

Nec iſta tuta eſt,quam improbat Deci. bonis rationibus,ut per eum. Addo ego bn̄ facere, nā ſtant iſta ſimul, quod utraq; ſit ſubſidiaria, & tn̄ non concurrant,quia præſcr.uer.eſt ſpecialis,cū qua non æquè conuenit,ut de dolo actio cōcurrat.d.§.ait prætor,& maximè (ut dictum eſt ſupra) quia famoſa,d.l.honori. Bart. in l.1.in §.1. col.2.ff.de no.ope.nun.

Quartò reſpondet Deci.quod ille text. uenit continuatiuè ad præcedentes:& eſt ſenſus,ſi dolo induxeris me ad manumittendum ſeruū meū, ut ſuprà,& promiſeris mihi aliquid dare,ego uerò manumiſerim ſi non dederis, quod agam de dolo, aliàs autem præſcr.uerb.ita etiam Iaſ.ante. eum in d §.quod ſi faciam.col.1.

Quæ etiam non eſt bona, quia imò uenit aduerſariuè ad præcedentes per uiam regulæ. & ſi rectè intueatur in ſol.Bar.incidit, hoc exemplo ſtante,& quia ſic ille tex.eſſet de indubitabili.

Quintò & ultimò dici poteſt, qđ ibi dabatur actio de dolo, quia factum repeti non poterat.l. in bello.§.factæ.ff.de capt.aliàs potuiſſet per cōdic.ob cauſam.ergo non mirum ſi eius loco ſubrogata eſt actio de dolo, ut agens conſequatur quanti ſua intereſt factum non fuiſſe. l.cum proponas.infra de dolo,alleg.etiam ſ̄.nos autem loquimur in tranſactione, in qua nō habet locum pœnitentia. ea de re non datur actio de dolo, q̄ loco illius ſubrogetur, ergo neceſſariò præſcr. uerb.& ſol. hæc colligitur ex his,quæ habentur in d.l.naturalis,in §.1.ff.de præſcri.uer. quam ēt licèt non ita plene,ſenſit Rofr.de libel.hoc eod. tit.de præſcr.uerb.col.2.& Iaſ.in d.§.quod ſi faciam.colum.1.

Nec iſta videtur tuta,quia ſi mater uineret,haberet locum pœnitentia (ut diximus ā.per tex. in d.l.ſi inſtituta.ff.de inof.teſtam.) inque perſona filiorum, debuiſſet (ut dixi) ſubrogari actio de dolo.

Ideo dicerem ego,non obſtare,quia text.ille, in d.§.quod ſi faciam, loquitur in faciente, ſeu pro parte ſua contractum implente: nos aūt in filiis facientis matris,quibus cum non alia actio dari poſſet,non de dolo,qa ipſi non fuerant inducti ad aliquid faciendum;non ex ſtipulatu, qa omiſſa erat uerborum obligatio,datur præſcriptis uerbis, quæ rem geſtam (ut ſignanter dicit text.) demonſtrat,& eſt nouus & uerus intellꝰs.

32 Ex quibus ratio deciſionis † elicitur, dari hanc actionem, quia contractus non erat ſtipulatione uallatus.

Et nota quòd ſicuti omnes aliæ actiones cognoſcuntur ex medio concludendi.l.certi condictio,& ibi Bart.in princ.ff.ſi cer.pet.ex empto qa emiſti,ex uendito qa uēdidiſti, ita cognoſcit̄ iſta negotium geſtum fuiſſe uerbis interuenientibus,ut in fi.tex.innuitur,uſq; adeo,ut formula ſeruata ſit in hac actione, ſublatis ſolēnitatib. in omnibus aliis.l.1.C.de formu.

Scđò no.ad idem qđ eſt actio ciuilis, auctoritate iuris ciuilis prodita,ut ſ̄.d.§.qđ ſi faciam. l. 2.eo.tit.l.iuriſgentium.in prin.ff.de pac.

Tertiò no.qđ differt ab actione in factū,quia iſta eſt ſemp ciuilis,ut ſ̄.in factum uerò qn̄q; prętoria maximè qn̄ datur ex edicto prætoris.l. in factum.ff.de ac.& obl.& ex æquitate dictantè dari,ut in l.3.in §.fi.ff.de condi.ob cau.latius Pau: Caſt.in rub.ff.de præſcr.uer.

Additio 22.

Ad intelꝉm d.§.qđ ſi faciā,multa ibi dicit ēt Lāber.de Rāpo.uidendus oīno.ſol.54.col.3. de p̄ſcr.uer.ſi placet,ſin minus à ſ̄.dictis nō recede.

Additio 23.

De uerbo ſuſcipere, nihil dico, pulcherrimam reſolutionē, quomodo capiatur, tradunt

hic

hic ſcriben.clarius quàm alius Iaco.de S.Geor. & breuiter,dic ut per eum.nu.6.

Additio 24.

In iſta lege non eſſet amplius immorandũ, ex
quo in his potiſsimum ipſius difficultas cõſiſtit,
& quia (ut inquit Cyn.in d.l.cum proponas. in
fi.infra de dolo) hæc ſunt de apicibus iuris,no-
33 ua modernis,& Deus nouerit quotquot † tran
ſeant ignorantes. tamen nec unum adhuc eſt ꝓ-
termittendum (de intellectu etiam d.§.quod ſi
faciam,multa ad ſaturitatem dicit Coraſi. in lib.
Miſcellane. 2.c. 10. & omnibus aliis confutatis
nouũ tradit, quod ideo de dolo actio datur ibi,
ex quo dolus etiam præſumitur in eo, qui non
dat,qñ ille qui erat obligatus ad factum,fecit, &
pro ſua parte contractum adimpleuit,quæ rõ ẽt
in l.iſta conſiderari poſſe videtur:imò quod nec
contrarium ſoluit hac de re enim. hic etiam de
dolo dari deberet,& tñ datur præſcr.uerb. Ideo
cogita & dic ut s̃.)an actio iſta,præſcrip.uerbis,
34 ſit natiua uel datiua, † quæſtioque eſt non con
temnenda.

Sed prius ſciendum puto,quæ poſsit eſſe utilitas diſputationis:& dicendum ut dicit glo.in l. cum precario.ff.de precar. quod natiua tranſeat ad hæredes,datiua uerò non.

Quam tamen improbat Dec.dicens,iſtud iure non probari,ſed contrarium potius, in l.1.C. de hær.act. & in l.1.C.ut ac.ab hæ. & con.hæ. & ideo eius auctoritas cum ſit probabilis, non aũt neceſſaria,quanquã aliàs magna, ut inquit Bart. in l.ut uim.ad fi.ff.de iuſt.& iu.ſequenda tñ non eſt,niſi lege vel ratione fulciatur.l.ſi de interpretatione.ff.de legi.l.1.C.de profe. qui in ur. Conſtan.lib.10.& utrobique no.bonus tex. ĩ l.1.ibi, nec nuſquam relatum eſt,nec uſquam receptũ, ff.de Sena.& quamuis replicari poſsit, quod habetur in l.1.C.de hæ.uel ac.uend. fortè intelligi in natiuis ac.non in datiuis,quia cum aliquo ſpeciali caſu dantur à lege, non æquè conuenit, ut ad hæredes tranſeant,arg.in §.planè. Inſti. de iu. na.tamen ab opin. Decii non diſcedo, ex quo ſic nimium reſtringeretur generalitas.d.l.1. Qua de re,quia non uidet adhuc reſultare: hinc utilitatem aliquam, aliter Iaſ.articulum non tangit, & minus hac ratione Seyſellus: tãgam nihilominus ego ut alii,quia de ſingulis dubitare,non eſt inutile,ut inquit gl.in l.nemo. C.de ſumma tri. ẽt ſi qõ eſſet fatua, ut illa, an actio ſit ius uel factum,de qua per Bar.hic ad fin.Bald.Inſti.de ac. in fi.prin.uel ridicula,qualis illa,an muliere mingente,ſi ex lotii ſono irritatus canis, damnũ dederit, teneaĩ,de qua in l.item Mela.in §.1.ff.ad legem Aq.Pet.Iac.de Mon.Peſſula.in prac.ſua,de ac.de paup.col.2.eritq; utilis ſaltẽ diſputatio,vt inde ſumamus arg.ad decisionẽ aliarum qõnũ.

Videtur dicendum igitur,eo redeundo, unde diſceſsimus,qđ ſit datiua à tex.noſtro ĩcipiẽtes, qui dicit dãda eſt,ut ẽt Bar.hic declarat,& tenet. nu.8.& 9.danda ſcilicet à lege ex æquitate.

Et hoc idem dicitur etiam atq; ſcđò ĩ l.iuriſgentium.in fi.prin.ff.de pac.ibi, in factum à prætore actionem dandam.& q̃q̃ de actione in factũ loquatur,nihil eſt tñ,quia in factum, & præſcr. uerb.non differunt (excipio caſum,de quo s̃.nume.35.uer.3.not.) nec re,nec effectu: non re,qa conuentio & tractatio eſt facti.l.fi.ff.de cur.fur. non effectu, quia datur ad dandum uel faciendum.& dr̃ præſcriptis uerbis,quia uerbis conuẽtio fit, ut hic,& declarat Bal.in l.ex placito. col. 3.in fi.C.de rerum permu.& Bar. ante eum in rubri.de præſcrip.uerb.

Sed cauè,quia cum ibi materia præexiſtẽs ſit contractus innominati,non poteſt dici aliter, niſi quod ſit natiua,ut infra.

Tertiò adhuc probatur,ex uerbis tex.met,dũ dicit actionem dari,quæ utilis ſit, quęq; pręſcriptis uerbis,rem geſtam demonſtrat,ergo datiua neceſſariò:quia ſi foret natiua, iam directa competiiſſet.& quia dicunt filii hic, matrem contraxiſſe,ut in l.1.ff.de act.& obl.& ĩ l.1.ubi pulchrè Bar.C.eo.Pet.de Bellaper.in q.ſuis.12.in princ. Iac.de S.Geor.hic nu.5.

Quartò loco ita dicit Cy.in l.dominum.ad fi. C.quod cum eo. fore etiam in actione de peculio,quod huiuſmodi eſt, quodq; datur non ex contractu filii,uel ſerui,ſed ꝑꝑ contractum eorum,ut pr̃ ſeu dñs teneatur quatenus eſt ĩ peculio,& plus quod eſt perſonalis, habens tñ realis naturam,quia pater ſeu dñs uniuerſum peculiũ tenet,& eſt argum. ultra eum in l. in minorum. cum not.ibidem,C.in quib.cau. in integr.reſtit. non eſt neceſ.

Quintò & ultimò,quia ex contractu Innominato ſecuto implemento ex parte agentis datur ꝑſcr.uer.l.naturalis.§.1.ff.de ꝑſcr.uer. ſed hic ꝑfectè ſecutũ non eſt,qa ſi mr̃ uiueret,q̃relam inſtauraret, & plus qđ hæredes poſſent contrauenire ſaltem de facto.l.ubi pactum.j̃.eo.Ale.hic, col.3.ergo ex æquitate hic datiua,ex quo iis ſuccurri aliter non poterat.

Tamen Bal.Saly.& Ful.tenuerunt, quod imò etiam in caſu iſtius legis ſit natiua, moti & primò, quia habet materiam pręexiſtentem,ex qua naſcitur, contractum ſcilicet innominatum.l.licet.§.ea obligatio.ff.de procu.tradit Barto. in l. iuriſgentium.in §.1.ff.de pact. quia aliter generatio non fit,unde nos homines natiui ſumus. l. filium diffiniuimus.ff.de his,qui ſunt ſui ut l alie.iu. Adam uerò parens nr̃ datiuus, à Deo creatus ex nihilo. ita Bar.in loco prælle.& clarius in l.1.nu.5.ff.de act.& obl.& utrobiq; ꝑ text. in d.§.ea obligatio,de quo etiam hic per Dec.

Secundò,quia ex dict.uerbis text. noſtri, ibi, quæ pręſcriptis uerbis rem geſtam demonſtrat, nil aliud elicitur,niſi quod ſit actio ſm̃ ſui naturam,hoc eſt natiua.d.l.iuriſgentium, prælleg.l. naturalis.§.1.ff.de præſcr.uer.Bart.in rub.ibi,in

prin.arg.in l.1.in §.fi.ff.quod quiſq; iur.

Imò & tertiò, quod nulla eſt actio, quæ nō ſit natiua (ut dicebat Fulgo.& Dec. hic refert) ex quo ſemper obligationē præſuppoit, uel quaſi d.l.1.ff.de act.& obl.d.§.ea obligatio.obligatio uerò uel quaſi, contractum, ita ut contractus ſit in hac generatione pater, obligario mater, actio uerò filia, ut dicit glo.in l.1.ff.de edend. magna ad medium.

Hinc uidemus & quartò, quod actio commodati, q̄ datur à prætore.l.1.in princ.ff.commod. & hac ratione datiua dici deberet & prætoria, ciuilis tamen eſt & natiua, materiam præexiſtentē habens, ex qua naſcitur, & idem de aliis quā pluribus, ut hic per Dec.

Quintò & ultimò, quia in hoc, hoc ipſum potius dici debet, quàm quod aliter datiua ſit, ex quo natura, & non accidens inſpici debet, ut per glo.in l.certi condictio.in princ.ff.ſi cer.pet. argu.in l.qui habet.ff.de tute.

Ego breuiter à prima opin.Bart.quæ uidetur communis, & uera, non diſcedo, ex ſupra dictis iudicio quidem meo ſatis ſtringentibus, quamuis aliqua obſtent, quæ ex infra dicendis ſublata manebunt.

Ad oppoſita igitur ſic tenendo dici poteſt, & maximè ad primum uerum eſſe, ſed non in caſu præſentis legis, ex quo à matre tranſactio facta fuerat, uſque adeo ut propter contractum, non ex contractu, ut s̄.detur à lege, & ſic datiua ſit, non autem natiua.

Non obſt.ſcd̄m, quia idem quoq; fateor, qđ ſcilicet ſit actio præſcr.uerb.ſed non natiua rōne prædicta, & hoc idem eſt, de quo diſputamus.

Tertium tollit Dec.inter loquendum, qđ largo modo uerum eſt, ex quo nunquàm datˉ actio ſine cauſa. dicerem ego melius & magis in terminis, uerum fore ſi obligatio uel quaſi, & contractus, ſint actus immediati, ſed hic fuit mediatus & remotus, quoniam mater (ut diximus) cō traxerat, ergo natiua hac rōne eſſe non poteſt.

Ex quo tollitur quartum, quia immediatè pariter contractus commodati præcedit, qui actionem producit, ſiue obligationem, ex qua oritur actio.

Non obſt.quintum & ult.quia dico, quod ſumus in caſu claro, quodq; accidēs natura eſt potentius, debetq; potius illud quàm iſtud attēdi. l.1.§.beſtias.ff.de poſtu. quod pro limitatione. d.l.qui habet, nota.

Et ex his apparet inſtantiam datam ad 1.arg. pro communi, ut hic per Dec.non officere.

Eſt uerum, quod ſecundum non ſubſiſtit.

Apparet item, nec uerbū utilis, de quo in tex. debere īpropriari, & exponi utilis id eſt efficax.

Nec etiam, qđ actio de peculio, ut dicit Bar. in l.1.nu.13.ff.de pecu.ſit natiua, ſed datiua potius, ut ſupra.

Ad ult.dicit etiam Alex.neſcio quid: ſed qa facilè uitari poteſt, parumq; ſubſiſtit, non refero aliter.

Additio 25.

Ad motiuum quartum, de quo ſupra contra cōem addi poteſt & aliud, qa in actione reali ſi petitor iurauerit rem eſſe ſuam, defferēte poſſeſſore, dabitˉ acti ɔ iudicati, uel in factum ex iurō, inqt text.in l.nam & poſtea. in §.ſi petitor. ff.de iureiu.& tñ non dicetˉ datiua, ſed natiua, q̄q̄ realis actio nullam præſupponat obligationem. l.q per colluſionem.§.fin.ff.de act.emp.

Pro ſol.dici poſſet, qđ imò hac rōne ſit datiua, & ita ibi in ſpecie tenet Bar.ſed tñ non eſt uerum, & contrariū ibi tenet Iaſ.& Alex.& Saly.in l.actori.in prin.C.de reb.cre. idem Alex. in l.miles.in §.fi.ff.de re iud.quod ſit natiua.

Vera igitur ſol.eſt, nimirum fore, quia habet materiam præexiſtentē, ex qua oriatˉ, i.quaſi cōtractum, q celebratˉ in iudicio moto in actione reali prædicta.l.3.§.idem ſcribit.ff.de pec.gl.reputata ſing.in l.2.in §.fi.ff.de præto.ſtip. hic aūt non, ut oſtenſum eſt s̄.igitˉ erit datiua, & ita Bar. in d.l.1.C.de act.& obl.

Additio 26.

Ad uerbum præſcriptis, & dum dicit tex.rem geſtam demonſtrat, quadrant quæ ſcribit Ci. in hunc modum, Verſatus ſum in uario bellorū genere, ceſſare nunc uideor cum bella non gero. at (& nūc ad propoſitum) Senatui quæ ſunt gerenda p̄ſcribo, quaſi præpono, & denuncio, ut hic filii rem geſtam à matre. in lib.de ſenect.

Additio 27.

Ad uerbum ſuſcipere, an dominij translationem importet, duo tex.pugnare uidentur: iſte, & in l.naturalis.in §.1.ff. de p̄ſcrip. uer. quia hic proſupponit quod ſic, ibi uerò qđ non: ſed pulchrè hic à Docto.concordantur, quod aut adiicitur obligationi ſpeciei, & tunc non importat, & ita loquarur tex.in d.§.1.aut generis, & tunc ſecus, & ita loquatur text.iſte, & ibi.1.in d.§.1. Doct.rationem aſsignant, deq; materia etiam in l.non amplius.in §.fi.ff.de leg.1.

SVMMARIVM.

1 *Lex cum proponas.C.de tranſact.eſt no. & tractat materiam clauſulæ rato manente pacto, quæ habet multa capita.*

2 *Clauſula rato manente pacto, operatur fauore obſeruantis pactum, non rumpentis.*

3 *Contractu in quocunque, ſeu in quacunque diſpoſitione, an procedat quod dicitur in l. cum proponas.C.de tranſact.*

4 *Repugnantia ſimul ſtare non poſſunt, cum reſponſione.*

5 *Alternatiua ad ueritatem ſuffficit alteram partem eſſe ueram, cum ſolutione.*

6 *Exceptio tranſactionis locum nō habet, ubi oritur actio repetitionis.*

7 *Pœna ubi in cōtractu appoſita eſt, aut petitur, aut*

oppo-

opponitur exceptio.
8 *Lex ubi unum permittit, alterum negare uidetur.*
9 *Reſtitutio ſuccedit loco pœnæ, ubi ſtipulatio facta eſt data reſtitui, ſi tranſactio non ſeruetur.*
10 *Pacta rumpunt leges.*
11 *Clauſula rato manẽte pacto, debet aliquid operari.*
12 *Iaſ. errore labitur, quod in contractibus bonæfidei ſubintelligatur clauſula rato manente pacto.*

Scholia l. cum proponas. C. de tranſac. De materia iſta dico etiam in l. qui fidem. ff. eod.

Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Marcello.

CVm proponas.] Iſta lex tractat
materiam clauſulę rato manente
1 pacto, † de qua etiam in l. qui fi-
dem. ff. de tranſact. & in l. ſi quis
maior. infra eod. & in l. 2. C. de iu
re emph. & in c. cum inter, de elec. & in c. potuit,
de loc. quæ ſolet à notariis in inſtrumentis appo
ni, ut dicit Camba. in tract. clau. 3. ad fi. non intel
ligentibus tamen eius uirtutem, ſicuti nec aliarũ
ſecundum Bar. in l. 1. in 6. q. ff. de iure eod. Imo
in l. Lucius. col. pen. ff. de uulga. & pup. ſub. plus
dicit Bal. conſi. 6. quod imperitia ſua deſtruunt
mundum, uolum. 4. maximè quia iſta multa ha-
bet capita, ut in locis præalleg. not. Ideo aduer-
tendum eſt:

Et ſuperinde etiam præmittendum ac 2. ut ad
huc dicitur in hiſce locis, nouiſsimè idem Bald.
conſi. 344. uol. 3. qđ iſta clauſula operatur fauo
2 re obſeruantis pactum non rumpentis, † & eſt
* communis * opi. quicquid dixerit Fulgo. conſi.
112. in prin. & eſt rationabile ne ex eo actu, ſeu
contractu quis ueniat, quem nititur impugnare.
l. auxilium. ff. de minor. c. ex eo. de reg. iu. in 6.

Tertiò & ultimò præmitte, quamuis de pacto
ſiue de tranſactione loquatur tex. iſte, qđ tñ uen
dicat ſibi locum in alio quocunq; contractu, ſi-
3 ue diſpoſitione, † ut per Abb. in c. dilecti. nu. 17.
de arb. aliàs col. ult.

4 Dubitandi ratio eſſe potuit, † quia duo reme
dia inuicem contraria & repugnantia, ſimul uno
eodemq; tempore intentari non poſſunt. l. 1. C.
de fur. diximus in l. edita. de eden. ſ. imò ut pro-
bat text. in d. l. 1. quod allegans contraria re-
pellitur.

Et in ſimili facit ad idem, quia ſi hæreticus o-
biiciat hæreſim alteri, non auditur pariter, quia
damnat in alio quod in ſe ipſo approbat. l. quo-
niam. C. de hære. l. in arenam. C. de inoffic. te-
ſtam. l. cum mulier. ff. ſol. mat. Bal. in c. teſtimo-
nium. nu. 9. de teſti.

Et hoc eſt quod dicitur in ſacris litteris, Luc.
6. & Mar. 7. ut prius quis trabẽ de oculo ſuo eii-
ciat, quàm feſtucam de alieno tollat.

Imò quod ſtultitiæ proprium eſt, inquit Ci.
3 Tuſcu. q. 3. aliorum uitia cernere, obliuiſci ue-
rò ſuorum.

Sed hic ad propoſitum redeundo, data ex cau
ſa tranſactionis repetendo, dicit tranſactionem
non eſſe. l. tranſactio nullo dato. j. eod. dum ue
rò exceptionem obiicit, dicit contrarium tranſa
ctionem eſſe, ergo male. l. ubi repugnantia. ff. de
reg. iu. l. debitori. ſ. de pac.

Sol. uerum eſt regulariter, ſed in caſu noſtro
hoc idẽ operatur clauſula rato manente pacto,
eſtq; artificium iuris, arg. in l. nonnunq̃. ff. de le-
ga. pſt. ubi artificio iuris bo. po. contra tab. in bo.
poſſ. ſm tab. conuertitur. & in l. 1. C. de act. & ob
li. ubi directa actio conuertitur in utilem. & idẽ
in milite, qui mori poteſt teſtatus & inteſtatus.
l. certi iuris. C. de milit. teſta. artificio iuris, quia
inter hæc duo pugna eſt, nec ratione contrarie-
tatis poteſt paganus. l. ius noſtrum. ff. de reg. iur.
& hoc quia ſola ipſius militis uoluntas ſpectat.
§. non autem. Inſti. de hær. inſti.

Et licet clauſula in pacto loquatur, ad tranſa-
ctionem tamen extenditur, quę eſt ſpecies pacti,
ut ſupra eo. l. 1.

Vel dicamus tolerabile eſſe, cum ſemel tran-
ſactionis nomen aſſumpſerit, ut tranſactio eſſe
non deſinat, quanquam data repetantur, arg. in
l. & ſi ſine. in §. ſed quod Papinianus. ff. de mino.
l. 3. in prin. ff. pro ſoc. & ibi glo. l. quid ergo. in fi.
ff. de pecu.

Vel & ultimò, quia regulariter etiam reus uti
tur remediis contrariis. l. nemo. ff. de excep. Arc.
in c. tertio loco. nu. 3. ſeu in 3. no. de prob.

5 Secunda dubitandi ratio eſſe potuit, † qa tex.
iſte loquitur alternatiuè, ibi petis, uel pacto ſta-
ri, uel data reſtitui, l. ubi pactum. infra eo. l. ſæpe,
l. hæc uerba. ff. de uerb. ſign. ad ueritatem alterna
tiuæ ſufficit alteram partem ueram eſſe. l. ſi hære
di plures. ff. de condi. inſti. Bart. Ang. & Iaſ. in l.
non utique. in prin. ff. de eo quod cer. lo.

Sol. uerba ſunt narratiua, non diſpoſitiua, ex
quibus argumẽ. non ſumitur. l. unica. & ibi not.
C. quando non pet. part. diſpoſitiua uerò ibi ſi
quidem, ubi ſignanter dicitur, quod imò data
reſtitui peti poteſt, & pacto ſeu tranſactioni ſta
ri debere.

Vel & ſecundò dic arg. uerum eſſe in alterna-
tiua hominis non legis, ut hic, & tradit Bar. in l.
ſi is qui ducenta. in §. utrum. ff. de reb. dub. Por.
in §. hæres. col. 1. Inſti. de hær. inſti.

Vel & tertiò, ut ſ. qđ hoc idẽ opereẽ cl'a rato
manente pacto, quodq; diſiuncta ſiue alternati-
ua in coniunctã, & copulatiuã reſoluitur. no. in
d. §. utrum, & in l. cum quidam. C. de uerb. ſig.

6 Tertia dubitandi ratio eſſe potuit, † quia ita ſi
gnanter dicit tex. in l. eleganter. in §. ſi quis poſt.
in fin. ff. de condi. indeb. ibi, cum igitur repetitio
oritur, tranſactionis exceptio locum nõ habet,

Imò quod idem repetit,ſtatim ſubiiciens ſic:ne-
que enim utrunq; habere debet locum,& repe-
titio,& tranſactionis exceptio, ex qua geminata
deciſione,Iureconſulti de liberata colligitur in-
ſentio, argumen. in l.Baliſta. ff.ad Trebel.& in
c.ſi quis iuratus. 2.q.3.quod agens altero con-
tentus ſit.

Sol.id uerum eſt,ut dicit glo.in uer.non ha-
bet,ibidem.niſi hoc actum ſit, ut ſcilicet utrũq;
locum habeat, quia ſit in tranſactione clauſula,
rato manente pacto.appoſita.ea de re non mirũ
eſt,quia contractua ex conuentione partium lé
gem accipiunt.l.1.§.ſi conueniat.ff.depo.l.legẽ.
C.de pac.l.contractus.ff.de reg.iu. & de iſto tex.
etiam hic per glo.

7 Quartò dubitandi ratio eſſe potuit,† quia ſi
contractu etiam pœna appoſita ſit,& non ſerue-
tur, aut pœna peti debet,aut obiici exceptio, &
pœnæ petitio omitti caſus eſt,de quo adhuc hic
per gl.in l.reſcriptum.in §.1.ff.de pac. ergo quã
to minus hic data repeti poterunt,cum reduca-
tur tranſactio ad non tranſactionem per actum
retroſimilem.

Sol.hoc idem operatur d.clauſula, & text.ibi
loquitur,quando in contractu appoſita non re-
petitur,ex quo fit,ut petenti dici poſsit hoc ca-
ſu,ut dicitur in l.inciuilem.C.de furt. amice di-
ſce cautius negociari. uel ut dicitur in l.hæres.
ff.de neg.geſ.prudentius feciſſes ſi clauſulam rá
tò manente pacto, in eo appoſuiſſes. uel ut dici
tur in l.ſi auiam tuam.C.de ingen.ma.ſi tractatũ
cum peritioribus habuiſſes, facilè cognouiſſes,
quid tibi agendum erat.

Quinta & ultima dubitandi ratio eſſe potuit,
8 † quia his ſtantibus ſi in iſta tranſactione pœna
appoſita fuiſſet.quod & data repeti,& pœna pe-
ti,& exceptio etiam obiici poſſet, nõ dicendum
tamen,argum.in l.diuus.ff.de offic.præſi.& in l.
tutori.C.de neg.geſt.& ſimul declarat Bart. in l.
quid ergo.in §.pœna grauior.colum.3.ff.de his
qui not. infam. ubi ſi lex permittit unum, aliud
negare uidetur.

Sol.quando in contractu d.clauſula appoſita
eſt,& pœna ſimul,data non repetuntur, ſed pœ
na tantum petitur,& exceptio ſimul obiicitur. l.
ubi pactum,& ibi Bar.infra eo.

Imò,ſi fuerit iurata,quod petetur pœna, repe
tentur data,& exceptio ſimul etiam obiicietur,
ſed iſte eſt caſus l.ſi quis maior. infra eod.& ibi
dicemus. hoc unum nõ omittentes, quod adhuc
ibidem no. quod iuramentum habet uim clauſu
læ prædictæ,rato manente pacto.adde Alex. con
ſil.206.col.2.uol.7.

Sed cogita tamen,ſi alia dubitãdi ratio addu-
9 ci poſsit,† quoniam hic ſtipulatio facta fuit data
reſtitui,ſi tranſactioni non ſtaretur,quæ reſtitu-
tio eſt loco pœnæ:modo ego habeo quòd ſtipu
latio pœnalis nouat obligationem, ſiue contra-
ctum,ſuper quo interpoſita eſt, ergo nihil debe
bitur.l.obligationum ferè.§.fin. ff.de act.& obl.

Sol.nulla fit nouatio, ſtante dicta clauſula. l.
ita ſtipulatus.§.pen.ff.de uerb.obl.& ut latius p
Bald.(dictumq; eſt ſingulare) in l.ſi pacto,quo
pœnam.col.2.ſupra de pac.

10 Ratio deciſionis eſt,† quia partes ita conue-
nerunt per appoſitionem d.clauſulæ,& contra-
ctus ex conuentione partium (ut dixi) legem ac
cipiunt,iuribus præalleg.ergo.

Et quia prouiſio hominis tollit prouiſionem
legis.l.fi.C.de pac.con.l.maritus.C.de procura.
facit dictum uulg.de quo glo.& Io.And.in reg.
contractus,de regulis iur.in ſexto.pactum rum
pit leges.

11 Aliàs nihil operaretur,& malè.† l.ſi quando.
ff.de leg.1.c.ſi Papa.de priui.in 6.gloſſ.in l.1.ff.
quod me.cauſa.Bal.in rub.C.de contrahen. em-
ptio.in 9.quæſt.

* Quo ad id,de quo per glo.Barto.& omnes,
cuius ſit electio,quando in contractu non repe-
ritur appoſita d. clauſula quo ad intellectum l.
plerunque.ff.de iure dot.& in c.alterpatiuis. de
reg.iu.in 6.dic ut per eos.dixi ego aliqñ in l.qui
cunque.C.de ſer.fug.

Vnum dixit etiam Iaſ.hic,quod in contracti-
bus bonæ fidei,ſemper ſubintelligitur iſta clauſu
la,rato manente pacto,ex quo text. hic loquitur
in tranſactione,quæ eſt ſtricti iuris,& malè, ér-
12 ratq; grauiter,† & ipſum in ſpecie hic reprehẽ
dit Seyſel.& dixi in euiden.

S V M M A R I V M.

1 *Lex tranſigere.C.de tranſact. eſt ſubtilis,ſingula-
ris,& utilis.*
2 *Crimen capitale quot modis dicatur.*
3 *Capitalia quæ ſunt,publica quoque dicuntur.*
4 *Adulterium crimen capitale eſt,& publicum.*
5 *Adulterium,quid ſit.*
6 *Crimina quod aliqua ſunt publica, non capitalia
tamen.*
7 *Falſum quid ſit, & quot modis committatur.*
8 *Artis ubi traduntur principia, ibi dubium eſſe nõ
poteſt.*
*Et ibi, quod tamen primus gradus ad diſciplinas
eſt dubitare.*
9 *Argumentum ab abſurdo ualet.*
10 *Delicta impunita remanere,abſurdum eſt.*
11 *Delinquendi occaſio præberi non debet.*
12 *Tranſigendo uel paciſcendo crimen confitetur.*
13 *Tranſactio an fieri poſsit, ubi de pœna ſanguinis
agitur.*
14 *Sanguinem ſuum redimere cuique licet.*
15 *Tranſactio an fieri poſsit in criminibus publicis pœ
nam ſanguinis non ingerentibus.*
16 *Pœna infamiæ,& uitæ æquiparatur.*
17 *Diuerſitatem ſpecificam non conſtituunt plus &
minus.*
18 *Crimen publicum eſt, nec ẽ defuncti non uindicari.*
19 *Tranſactio fauorabilis eſt.*

Delicta

20 *Delicta puniri intereſt publicæ utilitatis.*
21 *Tranſactio permiſſa quare in adulterio non ſit.*
22 *Imperator eſt amator caſtitatis.*
23 *Delicti frequentia exagerat pœnas.*
24 *Matrimonii fauor prohibet tranſactionem fieri de adulterio.*
25 *Deus læditur per adulterium.*
26 *Tranſactio licet prohibeatur in adulterio, poteſt tamen fieri pax.*
27 *Tranſactio an ualeat in raptu.*
28 *Tranſactio, quare in crimine falſi admittatur.*
29 *Intellectus Alciati ad l. tranſigere. C. de tranſ.*
30 *Intellectus Alciati impugnatur.*
31 *Tranſactio quibus in caſibus fieri poteſt, in eiſdem iuramentum defertur, aliàs non.*
32 *Intellectus ad tex. in l. codicillis in §. matre. ff. de lega. 1. quod non loquatur in adulterio.*
33 *Si ſtatutum faciat mentionem de pœna capitali, quomodo intelligatur.*
34 *Tranſactione à controuerſia ciuili ſi recedatur, deinde detegatur falſum, an tranſactio poßit inualidari.*
35 *Practica aſſeſſorum, quod caput à ſpatulis amputetur, declaratur.*
36 *Pœna capitis, id eſt ultimum ſupplicium, quo in caſu intelligeretur.*
37 *Falſi crimen graue, & deteſtandum cũ exemplis.*

De tranſactionibus.

L. Tranſigere.] Additio 1.

EXorditur Bart. hic, quod hæc materia eſt ſubtilis, & ſingularis,
1 † quodque tractationem utilem habet.

Pau. Caſ. uerò quod reputatur difficilis propter opiniones, q̃ in ea ſunt, quaſq; melius, quàm alius recitat Alb. ſecundum eum. & quando in opinionibus diſcordant ſapientes (addas tu) ueritas latet, & (ut inquit Phyloſophus) difficulter inuenitur, refert Bertran. cõſi. 92. nu. 7. uol. 1. ad quod uulgatum Boetii dictũ quoq; facit, relatum pariter per Bal. in l. 1. ad fi. C. de bo. poſ. ſec. tabu. quòd cõiter ignoratur qđ multipliciter exponitur.

Aliter Cy. quòd Mod. quidam, adeo fimbrias dilatant, ut in lubrico figant pedes, & uſque ad grammaticalia quędam condeſcendant, in hac lege diſcurrentes ea, quæ omitti potius taceriq́ue debebant: utcumq; ſit tamen aduertendum eſt.

Et præmittendum prius, quòd crimen capita
2 le dicitur tribus modis, † ut hic per glo. & ſic ẽt pœna, dicta eo quod punit. c. pœnitentia, de pœni. d. 3. delinquenti & criminoſo non inferenda, niſi per iudicem. c. ſiue. 33. q. 2.

Mors ſcilicet (ad propoſitum redeundo) damnatio in metallum, & deportatio in inſulam.

Vel ſic.

Vltimum ſupplicium.

Ciuitatis & libertatis amiſsio.

Ciuitatis amiſsio tantùm.

Vel & aliter dicamus.

Quòd in morte naturali conſiſtat, & ciuili, q̃ eſt (de naturali liquet) quando quis libertatem, & ciuitatem amittit, & ciuitatem tantum, hæcq; omnia habentur per ordinem in Iuribus per d. glo. noſtram hic alle. & potiſsimum in l. 2. ff. de pœn. l. edicto. ff. de bon. poſſ.

Vel & rurſum ſic.

Quod ſtrictiſsimè pœna capitalis ſit, in qua ingeritur pœna ſanguinis, ſtrictè uerò aliæ pœnæ, uſque ad relegationem excluſiuè. l. 2. ff. de publ. iud. Saly. in l. reos. col. 3. C. de accuſ.

Et ad declarationem nota, licèt dixerit alibi Iurecon. in d. l. 2. in §. 1. & in l. 3. ff. ad legem Iul. pec. deportationem ſucceſsiſſe loco interdictionis aquæ & ignis, quòd tamen nõ omnes deportabant. l. illicitas. §. qui uniuerſas. ff. de offi. pręſi. quodq; pœna hac hodie etiam utuntur Illuſtr. D. Veneti, inſulas in dominio habentes, ut olim ſolus Princeps. Et quod damnatio in metallum quoq; exoleuit, ex quo homo bñ natus ſeruus effici nõ poteſt. & licet à modernis Dominis & principibus eius pœnæ loco fiat condemnatio ad triremes, ſiue ad remigandum, debet haberi tamen conſideratio perſonarum, quia nobiles hac pœna puniri nõ debent, quanquam de facto contrarium ſeruetur, & malè. l. aut damnum. §. in miniſterium. l. moris. §. fin. ff. de pœn. Gramma. deci. 32.

Secundò præmittendum eſt, quod hæc quę ca
3 pitalia ſunt, publica quoque dicuntur, † d. l. 2. & Inſti. eod. in princ. & innuit text. noſter ibi, in aliis autem publicis criminibus, ſumpto argu. ex gl. ſing. d. ſi fugitiui. C. de ſer. fug.

Tertiò præmittendum eſt, quod adulteriũ hu
4 iuſmodi eſt † capitale, ſcilicet & publicum, aliàs exceptio non eſſet de regula, neq; de terminis ipſius, & malè. l. nam quod liquidè. §. fi. ff. de pœn. le. Bar. in l. in his. ff. de legi. & probatur in l. 1. & in d. l. 2. ff. de publ. iudic. & in l. 1. ibi, & ideo. ff. de offic. eius.

Quartò præmittendum eſt, quod adulterium
5 nihil aliud eſt, † niſi alieni thori uiolatio. c. non mœchaberis. 32. q. 5. §. item lex Iulia. Inſti. de publ. iudi. duplex uerum & præſumptum, ut in authen. ſi quis. C. ad legem Iul. de adul. Iaſ. hic, colum. 2. & eſt ſimile in contumacia, ut p glo. in l. conſentaneum. C. quomo. & quan. iud.

Quintò præmittendum eſt, quod crimina ali
6 qua etiam ſunt publica, † quæ tamen non dicuntur capitalia, hoc eſt quæ non ingerunt pœnam ſanguinis, ut tex. met noſter dicit, ſed ex quibus pœna eſt, uel pecuniaria, uel coercionis modicę præall. l. 2. in fi. ff. de pub. iud.

Sextò pręmittendum eſt, quia de falſo locuturi ſumus, quid ſit falſum: & dicendum quòd eſt
7 mutatio ueritati, facta ex certa ſcientia † doloſè.

ſd.l.quid ſit falſum.ff.ad legem Cor. de fal.l.nec
exemplum.C.eod. .

Committitur autem ſcripto,dicto,facto.ſcri
pto ſi ſcriptura uitietur, dicto in teſte, facto in
falſificante monetas menſuras,& id genus plura
l.1.l.quicunque.ff.eo.Iulius Hoſti.in §.qualiter.
de fal.Bonomẽn.in rub.ff.eod.colum.1.& 3.Cu
ma.conſi.138.colum.1.

Septimò & ultimò præmittendum eſt, dictũ
Seue.in l.imperium.in princ.ff.de iur.omn.iudi.
poſt Cyn.& Bar.in l.ex hoc iure.ff.de iuſti.& iu.
8 quòd ubi traduntur artis † principia diffinitio
ſcilicet,regu.uel diſtinctio, ibi dubitatio eſſe nõ
poteſt,quod nequaquam tamen dicũt prædicti,
non Bar.ibi,quod uiderim,non Cyn. quia ſuper
illa lege non ſcribit.dicit tamen ultra eum idem
Bar.in l.quotiens.ff.ſi quis cau.dictumq; eſt etiã
uerum generaliter,ex quo in principiis error eſ-
ſe non poteſt,iuxta illud,de quo Gen. .in fonte
quis delinquet? quaſi dicat nullus. unde nõ eſt
contra negantes principia diſputandum Bald.in
l.1.in prin.ff.de iuſti.& iu.diffinitio enim oſten-
dit quidditatem & ſubſtantiam rei diffinitæ: re-
gula rem quæ eſt,breuiter enarrat: & diſtinctio-
ne ueritas inuenitur. ea de re figurandus eſt ca-
ſus;ut litera iacet, nec deridebit nos Romanus
Pontifex,quod de indubiis quæramus,ut refert
Abb.in c.de multa.col.1.de præb.

Nihilominus.quia (ut aiunt quidam) primus
gradus ad diſciplinas eſt dubitare, nec inutile ẽt
in re clara.l.nemo.C.de ſumma tri.tradit Bar.in
l.1.in rep.nu.6.C.de ſacroſan.eccl. ad ornatum
uulg.l.quod Labeo.ff.de Carb.edic.nos quoque
in præſenti re,ſeu lege,quãquam ex ſ.dictis cer
tã,dubitabimus.

Duæ hic traduntur regulæ, una permiſſiua,
altera prohibitiua.

Permiſſiua eſt,quod de capitali crimine tran-
ſigere,ſeu paciſci licet.

Dubitandi ratio tamen eſſe potuit per locum
9 ab abſurdo, † quod arg.ualet.l.nam abſurdum.
ff.de bon.lib.l.ſi quis ex argentariis.§.prætor ait.
ff.de eden.imò quod omnium mentes aſpernan
tur abſurdum,& reſpuunt.

Namque ſi pactum ſeu tranſactio eſſet licita,
ſequeretur, quod publico iuri poſſet per pactũ
priuatorum. derogari quod tamen dictu abſur-
dum eſt.l.ius publicum.ff.de pac.l.nemo poteſt.
ff.de leg.1.c.ſi diligenti,de fo.compet. Barto.in
q.Lucanæ ciuitatis.col.3.Bal.in l.accuſationem,
col.2.C.qui accuſ.non poſ.

Sol.procedit reg.niſi permittatur à lege, ſed
hic permittitur ratione de qua infra, igit pactũ
& tranſactio ualebit,argu.in l.iuſtè.ff.de acquir.
poſſ.& in l.Gracchus.C.ad legem Iul.de adul.&
ut per gl.& Doct. latins.

Secunda dubitandi ratio eſſe potuit,†quia ſic
10 delicta remanerent impunita,† quod nec minus
abſurdum eſt.l.ita uulneratus.ff.ad legem Aql.
c.ut famæ.de ſenten.excom.fit enim iniuria bo-
nis,(ut ille ait) cum impunitas datur malis,& de
linquentibus. Paucioresq; boni futuri ſunt, ſi li-
cet impunè malos eſſe, contra uerò pœna unius
& caſtigatio, multorum metus eſt. l.aut facta.§.
fin.ff.de pœn. & hac ratione, ne delicta ſcilicet
impunita remaneant, in criminalibus non dan-
tur defenſiones per procuratorem, ut inquit
Imo. in l.penult.in §.ad crimen.colum.17.ff.de
public.iudic.

Fitq; pœnæ commutatio,ut qui non habet in
ære, luat in corpus.l.quicunque.C.de ſer.fug.

Sol.plerunque toleratur abſurdum,ut uitetur
abſurdius.d.l.ita uulneratus.in fi.ſicuti in concu
binis,& in uſuris exemplificat Bar. in l.cunctos
populos.nu.6.C.de ſum.tri.quod permittuntur
à lege,ut maiora uitentur mala.

Et ſic etiam in caſu noſtro, quod ſanguis po-
tius redimatur,quam quod effundatur, maximè
quia (inquiunt Bal.& Purpu hic,colum.2.) dat
lex robur ipſi tranſactioni, & Bar.hic,Abb. in c.
1.nu.9.de collu.de.Odofr.col.3.hic pariter.Idẽ
Bar.in l.diuus.ff.ad Syllania.
11 Tertia dubitandi ratio eſſe potuit, † quia ſic
præberi occaſio delinquendi uidetur,& rurſum
malè.l.conuenire.ff.de pac.dot.Bar.in l.fin. col.
2.ff.de præto.ſtip.qui hac ratione dicit etiã in l.
omnes populi.nu.64.ff.de iuſti.& iu.quod ſi lex
uel ſtatutum contineat indulgentiam delictorũ
per uerba præſentis,uel præteriti temporis,non
extenditur ad futura. & alibi Alc.quod nõ alias
reprobatur pactum de quota litis in l.litem.in
princ.C.de procu.

Hinc Græci,ut hanc peccandi occaſionem nõ
præbeant,ſed tollant potius, & omnis turpis co
gitationis,imagines ab umbilico ſ.tantum pin-
gunt,author eſt Duran.in lib ratio.di.offi. in c.
3.de pictu.col.1. plenè Iaſ. ad reg.in l.reſcripta.
col.2.& 3.C.de preci.imp.offe.

Sol.ſi ſtatutum imponat pœnam pro homici-
dio pecuniariam, præbet occaſionem delinquen
di,& tamen ualet ita Bar.in l.1.ff.ui bo.rap.

Quæ non eſt bona,quia allegare inconueniẽs
non eſt ſoluere, ut inquiunt Pet.& Cy. in l.ſanci
mus.in prin.C.de fideiuſſ.

Et quia contrarium uerius eſt,ut tenet Ro.&
Bar.reprehendit.ſing.706.

Reſponde igitur, quod pacto ſeu tranſactio-
ne directo non præbetur hic occaſio delinquen
di,cum eximat ſeu redimat ſanguinem (& ut in-
fra latius) qui paciſcitur & tranſigit,ſuum.

Vel & ultimò,quod hoc idem non conſidere
tur,dummodo ſatisfiat legi ita pmittenti,ut inqt
Abb.in c. cum eccleſia Sutrina.col.9.de cau.po.
& propr.& in c.tuis.ad fi.de præb.
12 Quarta dubitandi ratio eſſe potuit, †quia trã
ſigendo, ſiue paciſcendo, quis crimen confiterĩ
uidetur.l.eius qui delatorem.ff.de iure fi. l.quo
niam,ubi hoc ad literam dicit Paul. ff.de his qui
no.

uot.iuſam.in confeſſum nullæ ſunt partes iudicis, niſi in condemnando.l.proinde.ff.ad leg.Aquliam.c.nos in quenquam. 2.q.1.ergo tranſactio ſiue pactum non aliter ualebit, neque proficiet paciſcenti. hinc dici ſolet, quod confeſsio in materia probatoria dicitur eſſe ſicut ſol & luminare maius, eaq; nulla probatio efficacior. l.cũ te. §.eod.l.generaliter.C.de non nu.pe.& probatur etiam hæc ratio in l.ſerui.C.ad legem Iuliam de adulteriis.

Sol.hoc idem procedit, ut hic no.in trãſactione prohibita, & ut infra nõ in permiſſa. caſus eſt ad literam iſtud dicens, in l.fin.ff.de præua. Bar. in l.diuus.nu.1.ff.ad Syllan.& in l.ſi maritus. in §.ſi negauerit nu.2.ff.ad leg.Iul.de adul.Abb.in d.c.1.nu.9.de collu.dete.

Quinta & ultima dubitandi ratio eſſe potuit,
13 † quia ius canonicum habet, ſi non directè.cap. ſententiam ſanguinis.ne cle.uel mon. indirectè ſaltem.c.cum non ab homine.de iud.ſententiam ſanguinis, & tñ d.iure tranſactio pmiſſa non eſt, ut no.in c.1.de collu.de.

Sol.in caſibus, in quibus agitur de pœna ſanguinis uel quæ pœnæ mortis, æquiparet, (quicquid dicatur) tranſactio fieri poteſt, ut declarat Abb.in d.c.1.poſt Innocen.in c.qualiter & quando, de accuſ.

14 Ratio deciſionis eſt quia licet † unicuique redimere ſanguinem ſuum qualitercunque. l.1.ff.
* de bon.eo.qui ſibi ip.mor.con. ut dicunt * oẽs hic. Adde Gand.in tit.de tranſact.in priu.& dixi ego ſatis in utraque lect.1.& 2. Adde etiã qđ hac de re, nec fugiens ex carceribus, pro capitali delicto retentus, reprehenſionẽ meretur, de quo tñ per Bart.in l.uis eius.C.de proba.Fere.in c.1. nu.78.de conſt.& pondera dictionem qualitercunque, quæ in lege poſita efficit, ut interpretationem reſtrictiuam non patiatur, ut per Salyc. in l.ſi ſerui ueſtri.col.3.C.de noxa.Gozad.conſi. 1.nume.19.

Eſt uerum, quod fallit regu.in adulterio, qua ratione dicam poſtea, ſatisq; ſit hæc dixiſſe, quo ad regulam, & deciſionem principalem, quia nõ omne uerbum legis debet habere dubitationẽ, l.cum furti.ff.de in lit.iu.Butige. in l.pacta, quæ contra.nu.10.C.de pact.

Regula modo prohibitiua eſt, quod in aliis publicis criminibus, pœnam ſanguinis non ingerentibus, tranſactio fieri non poſsit, nec permittatur.

15 Dubitandi ratio eſſe potuit, † quia in his quoque (ut dicebam aliàs) de non leui præiudicio agi uidetur, namq; publicum eſt crimen legis Iuliæ de ui priuata, non capitale tamẽ.l.1. l.ſi qs. ff.ad leg.Iul.de ui pri.cuq; damnatur quis amiſſione tertiæ partis bonorum ſuorum.d.l.1.agiq; tunc de uita & ſanguine iuxta glo.no. in l.aduocati.C.de aduo.di.iud.& ibi Bal. & in l.ſi tuis.C. de ope.lib.Panor.in c.Abbas, col. . de his, quæ ui metusve cau. fin. ergo deberet poſſe tranſigi, ut ſupra.

Sol.eſto quod ſimilitudinariè id dicatur, non tamen uerum eſt, quia non omne ſimile eſt idẽ. l.quod Nerua.ff.depo.aliàs dicerentur ẽr capitalia, & malè, ut hic, & in l.2.ff.de publ.iudi.iuncta l.1.in fi.eod.tit.

16 Secunda dubitãdi ratio eſſe potuit, † quia crimina publica adhuc, infamiam irrogant. d.l.1. ff.ad legem Iul.de ui priua. infamiæ pœna & uitæ æquiparãtur, ſeu mortis.l.iuſta.ff.de ma.uindic.in criminibus capitalibus tranſigere utique licet, ut ſupra, ergo & in publicis tantum, non capitalibus.

Solu. non eſt infamis infamia iuris, ſed facti, qua de re tex.in d.l.1. non abſolutè dixit eum infamem eſſe.ex Senatuſcon.ſed quaſi.Vel quod ſit expreſsiuum ueritatis dicamus, ut ibi per glo.& placet: aliàs omni honore non careret, & tñ caret, ut text.dicit.

Et aliter ad arg.reſpondeamus, quod cum æquparatio non ſit facta per modum regulæ, non idẽ in his dici debet, qđ in capitalibus, quomodo glo.uulg.l.ſi quis ſeruo. declarat Soc.in l.ſciendum.col.3.ff.de leg.1.

Vel & aliter, quod in æquiparatis non eſt eadem ratio.c.quanquam.ubi gl.de elect. in 6.Ro. conſi.120.col.2.

17 Tertia dubitandi ratio eſſe potuit, † quia differentia horum criminum, eſt in qualitate, & quodammodo per plus & minus, quę non conſtituit diuerſitatem ſpecificam.ergo ſicuti eſt licita trãſactio primo caſu, ita iſto deberet permitti. l.fi. ff.de fun. inſt. ubi exemplum in magna & parua naui, adde in accipitre & aſture.

Sol.dic contrarium, quod imò qualitas alterat.l.ius autem ciuile.ff.de iuſti.& in l.Aquilius Regulus.ff.de dona.

Secundò dic, quòd deciſio l.fi. ff.de fun.inſtr. non habet locum in his, quæ ſunt iuris. l.1. ff.de ſer.ruſt.prædio.

Et minus, quando eſt aliquid quod diuerſam ſpeciẽ inducat, ut hic, & in ſimili in intereſſe cõi, & ſingul.declarant Doctor.in l.unica.C.de ſenten.quæ pro eo.

18 Quarta dubitandi ratio eſſe potuit, † quia alibi non uindicare necem defuncti crimen publicum eſt, & tamen dicto caſu tranſactio permiſſa eſt.l.diuus.ff.ad Syllania.l.1.ff.eo.

Sol.eſt (ut ibi dicit Bar.) quia delictum eo caſu fuit in omittendo, non autem in faciendo ut hic, ubi etiam Iaſ.colum.2.& eſt regulare maius delictum fore uno caſu, quàm alio. l. ſi mora.ff. ſolu.matrimo.

Ad cuius ornatum nota, quod his duob.præceptis primus ille parens nr̃ Adam admonitus fuit primum, quodq; homo ducitur eiſdem, nõ ſecus ac equus habena, ut inquit Bar. in extraua. ad repri.in uer.habenis.in princ.

Et quod ſit maius delictum in faciendo, quã in omittendo ſignanter per d. l. diuus. ita dicit Bald. in d. l. ſi mora. ad fin. & in l. accuſationem. colum. 2. C. qui accuſ. non poſſ.

Et in l. Athletæ. in §. dat remiſsionem. colum. 1. ff. de excuſ. tut. quod tacita ſeu ficta offenſa facilius pace aboletur, quàm uera & expreſſa.

Vel ultra omnes dicamus non eſſe uerum, qđ tranſigi poſsit, quia nec in iuribus præalleg. dicitur, ſed tantum quod ad pœnam ſerui, nõ ſunt uocandi, quos dominus abſoluit, eorum officium purgando.

19 Quinta & ultima dubitãdi ratio, † eſſe potuit, quia tranſactio fauorabilis eſt, propter receſſum à lite. l. fratris. infra eod. c. t. de lit. conteſt. in 6. ideo deberet ita hoc caſu eſſe permiſſa, ut primo ſupra.

Et quia eſt receſſus à lite (ut dixi) non refert an fiat in iudicio uel extra, & ſi in iudicio ante litẽ conteſt. uel poſt. l. ſiue apud acta. infra eod. l. eleganter. §. ſi quis poſt, & ibi Odof. & in fin. de condic. indeb.

Et maximè, quia ſic quodammodo conſtare uidetur de innocentia rei tranſigentis, quæ multa habet priuilegia, & cuius gratia receditur à regul. iuris. l. 1. §. fi. ff. de quæſtio. clem. paſtoralis, de re iudic. Bald. in l. edita. column. pen. lectu. 2. ſupra, de edend.

Sol. ſtant iſta ſimul, quod fauorabilis ſit, & tamen hoc caſu non admittatur, quia ratio qua ꝑmiſſa eſt primo caſu, ĩ iſto nõ militat, aliàs ꝑmitti etiam deberet in adulterio, & tamen eſt prohibita, ut hic.

Nec facit, quod ſic de innocentia rei conſtare uideatur, quia non eſt uerum, imò (ut inquiunt Docto.) quod ſic pro confeſſo haberetur. l. fin. ff. de præua. & in ſpecie Pau. Caſt. hic, colũ. 2. qđ innocentiam ſuam aliter oſtendere debet, quàm ſic corrumpendo accuſatorem.

Eſt uerum quod fallit reg. in crimine falſi, & non ab re ut infra.

20 Ratio deciſionis eſt † iſtius reg. prohibitiuę, quæ ponitur etiam in l. ſi quidem, hic alle. in gl. C. de coutrahen. & commit. ſtipu. publicus zelus delicta puniendi, ut hic per Cy. colum. 4. & Odofre. in 3. & Bar. in 3. not. & probatur in l. ita uulneratus. ff. ad legem Aquil. & in l. licitatio. in §. qđ illicitè. ff. de publi. quæ ratio, quia eſt * cõis (quicquid aliàs dixerim) tenenda eſt. *

Eſt uerum quod militat etiam in prima regula, & tamen tranſactio permiſſa eſt.

Sol. illud eſt, quia de ſanguine fundendo eo caſu agitur, uultq; Imp. potius redimi poſſe, & impunitum maleficium maneat, quàm quod effundatur, quia ſanguis naturæ theſaurus eſt, annihilaturq; homo per eius effuſionem, ut idem Cyn. dicebat, & ita idem Odofre. huic obiectioni reſpondet, & benè.

Hinc leges Draconis ſanguinarias deteſtatus eſt, & abrogauit Solon.

Sanguinariiq; magiſtratus, ſanguinem ſitientis ſymbolum accipiter, qui nõ aquam bibit, ſed ſanguinem. Aliam tamen adduco infra.

Modo primę limitationis ad primam regulã,
21 ratio uidenda eſt, † quare in adulterio tranſactio non eſt permiſſa.

Igĩ quidam dicebant, hanc eſſe rationem, q̃a adulterium grauiſsimum crimen eſt, & non ab re inter atrocia crimina computatur. l. 1. ff. de extraord. crim. comparatur crimini læſæ Maieſtatis. l. 1. C. de quæſtio. imò qđ omni alio crimine eſt grauius. l. codicillis. §. matre. ff. de leg. 2. ubi ĩ mente uiri grauius eſt adulterium uxoris, quàm homicidium filii. Bald. in c. ex parte, nu. 6. de cõſue. M. Lepidus enim, cum in quaſdam literas incidiſſet, ex quibus adulterium uxoris cognouit, mœrore nimio extinctus eſt.

* Hæc ratio tamen reprobatur * communiter, quia homicidium & parricidium ſunt grauiora: quod ex genere pœnæ etiam cognoſcitur, ut hic per Bart. & probatur in c. ſi quod uerius. 33. q. 2. l. interdum. ff de pub. Bononien. in rub. ff. ad leg. Corn. de ſics. nu. 3. Dec. in c. quæ in eccleſiarum. colum. 7. de conſt. Boer. deciſi. 517. num. 9. & cũ ſit caſus clarus in d. c. ſi quod uerius, non eſt amplius diſputandum, c. in iſtis. 4. diſt. vbi illicitum fieri non debet, & ſi fit adulterium (inquit tex.) non homicidium fiat. ſtant igitur iſta ſimul (q̃ non declarant ſic Doctor.) quod adulterium ſit grauiſsimum & atrox crimen in ſe, quodq; excedat omne crimen, quantum ad iniuriam animi: quo caſu debet intelligi, quod dicitur in d. §. matre. declarat Bal. in rub. de teſti. cogen. nu. 2. non eſt tamen comparatiuè maius & grauius homicidio. d. c. ſi quod grauius. & eſt arg. in c. per tuas. ibi, ad cuius comparationem &c. de ſimo.

Et hinc dicit Ang. conſi. 217. quod eſt omniũ criminum atrociſsimum, contra præcepta noui & ueteris teſtamenti, & mandata cum iuris canonici, tum ciuilis, col. 4. in princ.

22 Secunda aſsignatur ratio, † quia Imp. eſt amator caſtitatis, ut in Auth. de Leno. in prin. & non ab re, quia opponitur adulterio, & dicitur mulier caſtè in cõiugio uiuere, uſque adeo ut ſi maritus legatum relinquat uxori ſi caſtè & honeſtè uixerit, debeatur ſibi quanquam tranſeunti ad ſecundas nuptias. c. Nicena ſynodus. 31. diſt. Bar. ĩ l. mulier. in §. cum proponeretur. in fi. ff. ad Trebel. & ſic lex ipſa non modo Imp. quæ etiam punit apponentes ſcalas ad feneſtras mulieris, cauſa uiolandæ caſtitatis, pœna ultimi ſupplicii. l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſc. & cle. Bald. in l. fi. in fin. lect. 1. ff. de rerum diui. dixi ego conſil. 31. uolum. 2.

Quam idem Bart. quoque improbat, ex quo hoc idem diceretur etiam in inceſtu, & ſtupro, & tamen tex. adulterii mentionem facit tantum, à cuius uerbis (addas tu) recedere non oportet,

ex

ex quo noſtrum non eſt legem extendere.l.non
aliter.l.ille aut ille.§.cum in uerbis.ff.de leg.3.
l.ſi uerò.§.de uiro.ff.ſolu.mat.quaſi dicat & be-
nè,quod ratio non ſit generalis,& conſequenter
reiicienda.l.regula.§.fin.ff.de iu. & fac. ign.

23 Tertia aſsignatur ratio,† quod iſtud nõ alia
de cauſa ſit ſtatutum hic,niſi ob frequentiam de
licti,& ſic ut graſſantibus multis locus ſit exem
plo.l.aut facta.§.fi.ff.de pœn.

Et iſta ſatis placet, quanquam aliter dixerim
aliàs, quodq; homicidium & furtum eſt frequẽ
tius, nec eſt uerum: mulier enim mollis eſt, &
fragilis,& appetit uirum,ut magnes ferrum, &
ut materia formam,inquit Bald.in rubr.de coha
bi. cle.& mu.ea de re frequentius (ut dixi) etiã
committitur.

Sed omnium uerior & præſtantior illa uidet̃,
24 quæ † fuit Raph.Saly. & Pau.Caſt. ut refert etiã
hic Rimi.matrimonii fauor ſcilicet, cui lex de-
fert plurimum.l.ſuper ſtatu.C.de quæſtio.& Iaſ.
ante eum.multa Bal.in c.1.nu.21.ut lit.non con.
arg.in l.quamuis.ſecunda.C.ad leg.Iul.de ad.&
in l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui uel al.iu.

Aduerte tamen,quia Saly.hoc non dicit hic ĩ
6.q.ſed aliter,quod iſtud introductum eſt ratio
ne impudicitiæ, quia fit ſanguinis perturbatio,
arg.no.in l.uxores.ff.de his qui not.infam. ratio
nem Bar.etiam unà cum illa ſecutus, quæ prius
fuit Petri de Bellaper.

Quod tamen prohibeatur, ex alio dico ego,
25 quia in matrimonio conſumato,†ex quo ſortit̃
effectũ à Deo,qui dixit ore ſuo proprio,creſci-
te & multiplicamini, per adulterium læditur ip
ſe Deus & ſocietas diuinæ & humanæ domus. l.
aduerſus.C.de cri.expi.hæ. longèq; grauius eſt
æternam quàm temporalem lædere Maieſtatem.
c.uergentis,de hære.igitur tranſactio prohibita
eſt.& probatur ad propoſitum, quod à Deo ſor
tiatur effectum,in c.1.de uoto,in 6.Ioã.And. in
reg.quæ contra.col.2.de reg.iu.in Mercu. & ita
in hæreſi dicit Bal.in l.accuſationem.col.3. C.q.
accu.non poſ.quod eo caſu tranſactio nõ poteſt
fieri,quia lęditur diuina maieſtas,& ſolus Deus
iniuriam remittere poteſt.

Pulchrum uerbum tamen dixit Iaſ. hic, col.
2.quamuis tranſactio hoc caſu prohibita ſit, qđ
26 non tamen eſt prohibita pax & recõciliatio.† &
fuit uerbum Bar.hic in 2.lect.nu.23.per text. ad
literam.in auth.ſed hodie.C.ad leg.Iul. de adul.
ſubiicientia non modò in adulterio,ſed genera-
liter uerum eſſe in omni delicto.§.fi.Inſti. de in
iu. Adde tu bene facere: namque adulterium in-
iuria eſt,quæ nolenti non fit.l.1.§.uſque adeo.
ff. eodem.

Declarat idem Rimin.hic,col.3. uerum iſtud
adhuc eſſe,dummodò pax fiat,nec in ea pecunia
interueniat,poſt Bar.in l.Athletas.in §.fin. ff.de
his qui no.infam.quod an procedat indiſtinctè,
dic ut ibi per eum.

Additio.

27 An ualeat † trãſactio in raptu,an uerò ſit nul
la,lexque reſiſtat ſcriben.ualde dubitant hic.Io.
opi.eſt, quòd ualeat per text.in l.pen.C.quib. ex
cau.ſer.pro præ.lib.accip.& ita ſe habet commu
* nis opin. * quam probo ego nouiter,d.l.pen.ſic
inducendo.

Quotiens apud legiſlatorem contingit de ali
quo dubitari, omni alio caſu præſupponitur ha
bilitas.l.qui teſtamento.ff.de teſta. ſed ibi dubi-
tatur an ſeruus libertate ſit donandus, ſi crimen
uel diſsimulatione præteritũ,uel pactione tranſ
miſſum detulerit:& decidit quod ſic.ergo præ-
ſupponit quod tranſactio ualuerit, tamen qõ.
dubia eſt.

Secundò probatur, quia quod iure prohibitũ
non reperitur,cenſetur permiſſum. l.nec non.§.
quod eis.ff.ex quib.cau.maio.ut in cumulatione
inquit Barto.in l.edita.col.5.C.de edend. bonus
text.in l.magiſtratus,ubi etiam glo. ff. ad muni-
cip.glo.rurſum in l.1.ff.eo. ex quib.cau.ma. ſed
nullibi reperitur prohibita, ut hic in adulterio,
ergo quanquam deteſtabile ſit, uidebit̃ pmiſſa.

Tertiò, quia exceptio in uno caſu firmat re-
gulam in non exceptuatis.l.quæſitum. §.deniq;.
ff.de fun.inſtr.inſtrumentoq; lega. ſed exceptio
eſt in adulterio tantum,ergo ſecus in raptu.

Quarto,quia ſi generaliter permiſſa eſt tranſa
ctio in omnibus criminibus, capitalibus & pu-
blicis,ut hic,ingerentibus tamen pœnam ſangui
nis,permiſſa quoque intelligetur in ſpecie, ubi
(ut dixi) non reperitur prohibita.d.§.quod eis.
l.1 ff.de teſti.l.ab ea parte.ff.de prob. & in ſimi
li dicebat Bald.conſi.439.colum.5.uol.5. quod
ſi omnis iuriſdictio præſcribi poteſt,utique po-
terit etiam imperium.

Quintò & ultimò,quia ubi ſunt duo, eandem
rationem habentia, ſi unius tantum mentio fiat,
exemplariter fieri uidetur, non reſtrictiuè inqt
Bal.in l.de quibus.colum.14.ff.de leg. l.traditio
nibus.C.de pact.l.decem.ff.de uerb.oblig.l.1.ff.
de Publicia.ar.ergo multo magis ſi pmittatur
in genere (ut ſupra)quia in ſpecie quoq; pmiſ-
ſa uidebitur,ex quo utroq; caſu de ſanguine re-
dimendo agitur.

Solus tex.obſt.in l.1.C.de rap.uirg. ubi tran-
ſactio non ualet, imò plus qđ tranſigẽs punit̃.

Sol.fortè id in patre eſt ſpeciale,qui longè ma
gis tenetur filiæ iniuriã uindicare, quàm alius,
ergo ius commune in contrarium. l.ius ſingula-
re.l.quod uerò contra.ff.de legi.

Obſt.etiam quia exceptio extenditur ad ſimi
les.l.1.ubi glo.C. de cond.inde. ſed raptus ſimi-
lis eſt adulterio.l.qui cœtu.§.fi.ff.ad legem Iul.
de adult. ergo.

Sol.fortè d.glo.procedit in fauorabilibus,nõ
in odioſis,ut hic.l.cum quidam.ff.de libe.& po-
ſthu.c.odia.de reg.iu.in 6. Adiicientes id unum
quoque,quod cum ſimile non ſit idem, dicta in
adulterio,

adulterio,non uer.dicabunt ſibi locum in raptu. l.qđ Nerua.ff.depo.l.1. ubi glo. ff.quod iuſſu.

Vltimo obſt.quia hæc duo ſunt æquiparata. d.l.qui cœtu.§.fi.ff.ad legem Iul.de adulte. ergo tranſactio ita uno caſu erit prohibita, ut alio. l. ſi quis ſerun.C.de fur.

Sol.æquiparatio non eſt ſacta per uiam regulæ,ut requiritur.l.ſciendum,& ibi Soci. colum. 3.ff.de leg.1. Vel dic quod imò non ſunt æquiparata,quia in adulterio præſcribitur ſpatio qnquennii, in raptu,patre iniuriam remittente, ſine præſcriptione poterit etiam extraneus reum poſtulare.d.§.fi.

Si tamen uelles tenere,quod nec permiſſa ſit, nec ſacta ualeat: poſſes dicere quod imò pr̄ puniatur,in d.l.1.propter criminis deteſtationem, & ſi non ualet in patre,argumē. in l.iſti quidem. ff.quod met.can.multo minus ualebit in alio.

Ad ſecundum uerò, eadem ratione qđ imò extenderet exceptio adulterii ad raptum, in ipſius criminis deteſtationem, etiam quod ſimus in odioſis:quia odium rationabile eſt, iuxta no. in l.ſi quis id quod.ff.de iur.omn.iud.

Ad tertium autem,quod licèt non ſint æquiparata per uiam regulæ, ſunt tamen æquiparata ratione. & hinc dici ſolet, quod quos nectit tōnis paritas,non ſunt quo ad iuris diſpoſitionem ſeparandi.l.illud.ff.ad legem Aqui. imò qđ maior ratio eſt in raptu,quàm in adulterio, ut prohiberi debeat,ut ſupra.

Et ad id, quod imò nō ſunt æquiparata,reſpōderet non eſſe quo ad id,de quo in d. §. fina. ſed quo ad alia ſic. imò (ut dixi) quod longè adulterio eſt deteſtabilius.

Et tenendo ſic,poſſet ad contraria quoque dici non obſtare primum,quia non eſt uerum,nec probatur in d.l.pen.ex qua tranſactio de facto fuerat facta, non de iure.l.reſiſtente. d.l.1 .C.de rapt. uirg.

Non obſt.ſecundum,quia dico,quod imò ꝓhibita eſt in d.l.1. & quando etiam expreſsè dictum non fuiſſet, deberet tamen tacitè ſubintelligi, quia matrimonium contrahi non poteſt, nec rapi mulier etiam uolens,ergo multominus tranſigi.c.ſi Paulus.32.q 5.l.relegatorum.§.conſtitutum,& ibi no.ff.de int.& rel.

Non tertium, quia non eſt adhuc admittendum,quando ſub regula contineri non poſſunt, ut raptus,de quo eſt quæſtio,propter eius(ut dixi) grauitatem.

Non quartum,quia & id uerum foret, qn̄ lex non reſiſteret expreſsè,& tacitè.d.l.1.

Quinimmo ex his ſublatum eſt.igitur teneri poteſt,& fortè verius eſt,quod nec permiſſa ſit hoc caſu, quia permittitur ne iudex procedat, uerū indiſtinctè iudex in raptu procedere non poteſt, d.l.1.ergo.

Nouiſsimè tamen uidetur,quod ualeat & permittatur,maximè authenticorum iure,& ſic opi. Io.& communis poſsit ſuſtineri. caſus eſt in §. pe.in auth.ut li.ma.& auiæ.hic alleg.in glo. ubi raptus puniendus eſt,niſi amicabili conuentione remiſſum ſit,quod uerbum etiam in tranſactione uerificari poteſt.l.1.§.adeo.ff. de pact.ergo. cogita.

Additio.

Et ad propoſitum raptus,ſciendum eſt,quod eſt de loco ad locum tractus, ſiue rapere trahere ſic. l.ſed eximendi. ff.ne quis eum qui. Bald. conſi.356.col.1.uol.1.& conſi.409. uol.4.

Longè deteſtabilior ſactus palam & publicè, quàm ſi occultè fiat & clam,arg.in l.fi. ff.de ritu nup.ſicq; Plutonis, quam Iouis.Iſte enim in aquilam conuerſus,& in taurum, raptum fecit : ille uerò Proſerpinam,haud perſonatus.

In eo rurſum denegatur ap.l.1. C.de rap.uir. Matrimonium cum raptore non contrahitur,ut ibi. lex ad præterita etiam extenditur, cuius natura tamen eſt dare formam futuris negotiis. l. leges.C.de legi.& ut in auth.de rap. mul. ad fin. committitur quoque muliere uolente. d.l.1.

Et licèt dominia rerum traditionibus transferantur.l.traditionibus.C.de pac. ipſo iure tamē transeunt in raptam,ut in d.authen.de rapt.mul. ad finem.

Nunc igitur reſtat,ut uideamus rationem ſecundæ limitationis ad ſecundam regulam,quare
28 ſit † quod in crimine falſi trāſactio permiſſa fuerit,quod etiam dicitur in l.ſi ex falſis.☧.eo.

Et breuiter prima eſt,quia plerunque accuſatio falſi reſertur ad pecuniariam æſtimationem, ut hic per glo.poſt Io.

Quam improbat Bartol.hic duabus rationibus,ut per eum.uidetur mihi quod vnico uerbo dici poterat, bonam non eſſe: quia licèt plerunq; referatur ad pecuniariam æſtimationem,hoc eſt propter priuatum commodum,non propterea ſequitur,quod crimen non ſit publicum, ſed in publicis criminibus trāſactio communiter prohibita eſt,ergo rationem concludens, argu.in l. nam ad ea.ff.de legib. fuſius contra eum Cynus, & alii.

Secunda ratio eſt,& melior, quia nihil eſt qđ ita famam hominis lædat ut falſum, uſque adeo ut in hoc crimine omnino ſit eadem ratio, quæ eſt etiam in criminibus,pœnam ſanguinis ingerentibus,& ita ſolebat dicere Vgolinus Fōtana, Longobardus Doctor,per Cy.& Barto.hic relatus. nonnihil etiam Alb.col.pen.quem refert & ſequitur Afflict.in c.1.in §.fin.ad fin.quib.mod. feu.amit.in uſib.qđ reddit hominem ad nihilū. & quamuis idem Cyn.adducat multa, quæ parū faciant,& Bar.dicat, qđ bene eſt ratio perſuaſiua,ſed non concludens neceſſariò.

Et admiratur Rimi.quod tranſactio hoc caſu permiſſa ſit,cū lex ſummopere crimen falſi abhorreat. attamen cum Cy.& Bar.tranſeūt * oēs, ut idem Rimi.teſtatur,& pro ea facit, qđ habeē

etiam

etiam in l.iuſta.ff.de ma.uind.

Eſt uerum, quod Alcia. hic nttitur dare aliũ
29 ſenſum ad iſtum tex.†quòd in criminibus publicis non ingerentibus pœnã ſanguinis. ſ.tranſigi nõ poſsit: ſi quis uero trãſegerit,qnòd in crimẽ falſi incidat, ranquam præuaricator, & Sycophãta.& dictio citra,ſit priuatiua nõ exceptiua.
30 Alienum penitus ab omni ratione,† ur dicebam alias.primum,quia dictionis citra,ea eſt natura.l.presbiteri. C.de epiſ.& cler.l. 1. C. de iu. fi.libr.10.

Demum,quia dicit, nõ citra falſi crimen,ſed citra falſi accuſationem, quoniam cum accuſatore fit tranſactio.

Et quia clarè liquet, ſicuti proximè ponitur regula,& exceptio a regula, ita fit etiam hoc caſu,illa ad regulam permiſsinam, iſta ad prohibitiuam.

Et quia tranſigenti non conueniret hoc caſu diffinitio falſitatis,de qua ſupra, & conſequenter nec diſtinitũ.l.1.& ibi Bar. ff.de teſt.in prin.

Et breuiter intellectus iſte eſt contra tex ubi idem,quod hic dicitur,in l.ſi ex falſis, in fi.infra eo.& ſic communis tenendus, una cum ratione Cyn.& Bar.quam ponit etiam Albe.hic,col. pe. & ita etiam tranſit Pau.de Caſt.conſi.130.col. 1. uol.1.& Caſſane.conſi.44.nu.20.& refert idem Cy.adhuc in l.1.in fi. C.ad legem Iuli. de adul. quod iſte Vgoli.qui hoc dicebat, fuit Parmen. & ad propoſitum, quod cauſa reputetur grauis ſi famã ſtatumq; noſtrum lædat,tradit Bart.in l. cum ex pluribus,nu.2. ff.de ſolu. & ex his infero,cum tranſactio & iuramentum æquiparenť. l.2.ff.de iureiur.qď in caſibus in quibus tranſigi
31 põt,iuramentum quoque deferretur,aliàs†nõ, ut Soc.declarat in l. ..nu.8.ff.eo.

Additio 2.

Reuertor ad dicta in prima ratione, quare eſt quòd tranſactio in crimine adulterii ꝑmiſſa non ſit & dico ad intelligẽtiam l.codicillis.§. matre.
32 ff.de leg.2.qď ibi nõ loquitur tex.de adulterio, ex quo uxorem ſuam teſtator chariſsimã uocat.

Item qď ex conſuetudine aſsidua peccandi adulterium dici poſſet homicidio grauius:& maximè,quia in eo duo peccant,agens & patiẽs: in homicidio unus tantum. & not.in l.athletas. ff. de his qui no.infa.Rom.in l.interdum. in §.1.in prin.ff.de pub.& uectig.

Ad quartam rõnem de ſanguinis perturbatione.ſ.nu.24.adde ſimile ꝑ glo.in l.uxores.& in l. liberorum.in §.1.ff.de his qui no.inf.

Et dum aliàs ipſam impugnabam,ni fallor in prima lect.nume.24.per text.in l.miles. in §.defuncto.ff.ad legem Iul.de adulter.replica,quòd ideo ea ratione prohibetur tranſactio, ex quo eueniebat, quòd cum nati in domo mariti præſumerentur filii legitimi & naturales, cum tamẽ non eſſent, ex ſanguinis perturbatione,loco nobilium & Illuſtrium, filii ſordidæ ſtirpis ſubrogabantur, & malè. lege, ſuper ſtatu. C.de quæſtionibus.

Ad quintam meam rationem dici quoque poſſet,quod ſimiliter homicidium à Deo prohibetur,& furtũ:& tamen tranſactio fit. ſed reſponde non immediatè a Deo, ut coniugiũ:ſed à Moyſe, quando dixit,non occides, furtũ non facies,& reliqua id genus plura.

Alia etiam ratio nouiſsimè adduci poteſt, quia lex & Imper. lenocinium deteſtatur, ut in Auth.de leno. in princip.ſed ſi maritus tranſigeret, efficeretur leno.l.1.§.lenocinium. ff.ad legem Iuliam de adulter.l.mariti. ff.eod.glo. in l. athletas. in §.1.ff.de his qui not.infam.ergo trãſigi in adulterio hac ratione non poteſt, ne uideantur lenoni blandiri,lenociniumque fouere potius, quàm punire: imò quòd grauius eſt adulterio. d.§.primo.Bartol.in l.leuia. num.6. ff. de accuſat.

Additio 3.

In regu.prohibitiua tranſeui: cum ratione cõmuni,quòd delicta remanerent impunita, ideo d.caſu prohibetur tranſactio, nunc dico aliter, quòd impunita remanere nõ poſſunt, eſto quòd tranſigatur, ex quo poſſet tranſigens reus noua accuſatione in futurum condemnari, ut per Bartol.in l.diuus.ff.ad Syllanian. Abb.in c.1. de collu. de.

Et aliam rationem aſsigno,quicquid dictum fuerit aliàs,quòd iſtud ideo ſit,quia iam eſt facta diſpenſatio legis,in criminibus capitalibus pœnam ſanguinis ingerentibus poſſe tranſigi, ſatisque eſt abſque eo quod etiam iſtud permittatur,in publicis ſanguinis pœnam non ingerentibus,arg.in l.tutori.C.de nego.geſt.& in l.ſi non lex Aelia ſentia.& ibi Bal.ff.de hær.inſt.& in l.1. C. de dot.promi.Bart.in l.quid ergo. in §.pœna grauior.col.3.ff.de his qui no.infa.

Additio 4.

Alios duos intellectus tradunt Bononiẽ.hic, nume.51.& 52.ſed ſunt alieni à litera, imò ipſam uiolant,non minus quàm intellectus Alcia. adhuc ad d.uer.citra falſi accuſationem,ideo eos aliter non relero.

Additio 5.

Ad idem de falſo, ultra rationem communẽ de qua ſupra, nume.28. addo ego tertiam,& dico quòd cum falſarius in pluribus grauatus ſit, & maximè præter cætera, quod in generali abolitione criminum,non comprehendať falſum. l. Lucius.ff.ad Turp.quod ſuſpitio falſi falſum ſit. l.iubemus.C.de proba.Archid.in c.in memoriã. in fin.19.diſtinct.

Et qď deniq; pro mortuo habeatur, ut ĩquit Barb.ex no.hic, conſi.47.nu.25. uol. 1.& Bald. ante eum in l.Caſsius.colum.2.ff.de Sena.

Imò qď Doctor maximè legens, q torquerĩ non põt.l.milites.C.de qõ.torquetur tñ ꝑtextu falſi.l.ſi qs decurio.C.ad leg.Cor.de fal.Grãma.

Tertiò ſtatutum, & lex non differunt, niſi ut genus & ſpecies,iuxta not.in l.omnes populi.ff. de iuſt.& in.ſed ſi lex prohibeat contractum,niſi fiat certo modo, & aliter fiat ea nō obſtante, firmatur factum iuramento,ut dicebam etiam hæri.l.lex Iulia.ff.de fun.do.ergo & hoc caſu.

Quartò idem dici poteſt in muliere pro alio interueniente,quæ à Velleiano probibita eſt, & nihilominus iuramento obligatur. c.ex reſcripto,de iureiu.

Quintò,& ultimò, quia ſi non obligaret iurā tem,nec ſeruaretur, ſi nō expreſsè, ſaltem tacitè & per obliquum, uiderentur ſtatuentes potuiſſe diſponere ſuper iuramento,ipſumq́; potuiſſe tollere,& malè:cum ſit quid ſpirituale.c. tuā. de ord.co.Imò ſic inuitare minorem ad peierandum,contra tex.in l.conuenire.ff. de pact. do.& in l.1.ſuprà,eo.& ultimo loco diſpoſita a ſuperiori potuiſſe rurſum ab inferioribus īfirmari, ut per Bal.hic latius, & rurſum malè.c.cum inferior.de maio. & obed.cle. ne Romani.de elec. latiſsimè uerò per Alex. quem idem Iaſ. hic etiam citat,conſi.27.col.pe.uol.1.

Er ita tenendum eſt, quod aduocati omnes etiam tenent, ut idem Bart. & Bal. hic inter diſputandum referunt.

Nec ob.ipſius Bar. ratio, quia peccat quoq; quis iurando per dæmones, & tm̄ iuramentum ſeruare tenetur.

Et quia præceptum fauore certæ perſonæ factum,uim habet conſilij,neque tranſgreſsio obligat ad peccatum. l. cum pater. §. mando. ff. de leg.2.Bur. in c.nam concupiſcentiam. de conſt. & pleniſsimè Alex.in conſi.præalleg.

Additio 24.

Quæſtionem,quam poſt iſtam hic nu.16.tangit Bar.non examino,an minor impediatur, ratione iuramenti petere reſtitutionē in integrū, quia(ut ipſemet dicit)clarum tex.habemus, qd̄ ſic in l.1.ſupr.eo.

Additio 25.

Dubitat rurſum gloſſ. an quòd hic adhuc de contractibus dicitur,procedat etiam in donatione,ſtipulatione, & ſimili. uidebatur dicendum ꝙ non,quia de contractibus dicens,debet intelligi in potiori ſignificatu.l.1.§ q in perpetuum. ff.ſi ager uectiga.& de contractibus propriè,ultro citroque obligatoriis (ſchema prouerbiale eſt apud Iurecon.de quo etiam in l. ſi quis ex argentarijs.in §. rationem.ff.de edeu. & in l. 2. ff. de neg.geſt.& in §. cæterum.Inſti.de legi. agna: ſuc.)non impropriè(ſicuti diximus)ut in ſtipulatione,donatiōe,& ſimili. & minus improprijſſimè in tranſactione nudo pacto facta, uel acceptilatione,& ut latius declarat Por.in rub.Inſti. de obli.ad fi. & quod ij propriè contractus ſint, probatur in l. Labeo. in §. contractum. ff. de uerbor. ſign.

Et ideo ſi ſtaret ſtatutum in municipio, quod creditor intra decennium non petens debitum ex contractu,illud perdat : non uerificabitur in debito ex mutuo,ut tradit Por.Inſt.de ob.ad fi. poſt Bar.ibi & glo.

Tamen contrarium poſtea concludit,& cum ea cæteri, quia imò etiam ſtipulatio, & donatio
43 dicunt †contractus. l. ſi donationis. C. qd̄ met.
cau.l.ſi quis emptionis.C.de præſcrip. 30. an.& malè,ex quo contractus impropriè dicuntur, & utrobique not. arg. in l. 2. & ibi glo. ff. de offi. Procon.

Aliter reſpondet Barto. quod iſtud ideo ſit, quia olim contractus capiebatur largè.l.contractus.C.de fi.inſtru.l.omnem obligationem.ff.de iudi.& eſt uerum.ſed(ut not.in d.locis)impropriè uno caſu,alio autem propriè.

Tertiò.reſpondet extenſionem fieri hoc caſu,quia de fauore animæ agitur,deq́ue obſeruatione iuramenti.l.ſancimus.C.de ſacroſan. eccl.

Quod tu dicas uerum non eſſe, imò quòd eſt odioſa, correctoria iuris communis, beneficiū reſtitutionis minori auferens, & ut ſuprà dictū fuit latius, principaliſque diſpoſitio in contractibus facta,ſuper quibus poſtmodum iuramentum interpoſitum eſt.

Tu igitur dicas non modò in contractibus propriè,ultro citroque obligatoriis,ſed aliiſquibuſcunque etiam intelligi,quod hic dicitur:imo & in diſtractibus,ut paulo infrà dicit Bart. quē aliter non referemus,& alia q.erit expedita,tradit glo.in l.3.in §.contrarium,de cont.ac. iu. & iſtud ideo,quia ratio expreſſa in l.1.ſuprà,eo.& hic uirtualiter,ita militat in contractibus impropriè,& alijs,ut in proprijs,& his qui ſunt ultro citroque obligatorii: quo fit, ut de uno caſu ad alium quoque,in correctoriis, fiat extenſio,etiā quod omiſſus largè ſub expreſſo comprehendatur,& non ſit propriè tale.l.filium habeo. ff. ad Maced.

Macedo.not.in Auth.ut hi qui ob.perhi.res mi: in princ.& in auth.minoris.C.qui pet.tu. Alex. in l.1.in §.hoc autem Senatuſcon.ad fi.ff.ad Trebel.& in auth.ex cauſa.C.de lib.præte. qua de re uidemus hinc etiam,quod diſpoſitio loquens ĩ hærede uerificatur in bon.poſſ. qui tamen non eſt propriè hæres.l.2.ff.de bono.poſſ.not.in l.1. in princ.ff.de uulg.& pupil.ſubſt.& loquens in exhæredatione quòd comprehendit pariter eã, quæ largè eſt exhæredatio, ut in milite, & in matre.l.ſicut certi.C.de milit.teſtam.l.illud.§.ad teſtamenta fœminarum.ff.de bon.poſſ.contratab. & no.in locis præalleg.& ad prædictorum intellectum pro complemento conſiderabis, contractum dici propriè & ſtrictè, qñ eſt ultro citroq; obligatorius.d.§.contractum, largè, quando ex altera parte tantùm,ut Inſti.de obl.ad fi.largius in delictis.d.l.omnem obligationem. ff.de iudi. largiſsimè in iudicijs.l.3.§.idem ſcribit. ff.de pecul. & ſi quid amplius dici poteſt, ut diſtractu.i. quietatione quæ fieri ſolet,ut ſupra,& Inſti.qb. mo.re contrahi.obl.Gul.Accur.in q.incip.ſtatutum eſt.in prin.dixi ego in euid.in l.frater à fratre.ff.de condi.indeb.& quod ap.contractus, ueniant etiam ratione ſupra dicta contractus impropriè,tenuerunt Aret.& Seyſel.in l.5.in 2.nota.ff.de uerb.obl.

Poſt hæc aliam expedit q.glo.an iuramẽtum generaliter,coram aliquibus ſponte factum, de non ueniendo contra aliquem contractum quẽ
44 ſit facturus,ualeat,& præiudicet iurãti,† & poſt
multa concludit qđ ſic,& cum ea Bart.& oẽs, ex quo ſubeſt ratio legis,nec aduerſarii præſentia requiritur.uerum quia dictum eſt ſupra, nu. 38.tranſeo.

Et ſi quid addendum eſt,hoc unum addi põt, quod eum iurando obligetur Deo.c. debitores, de iureiu.perinde eſt ac ſi in præſentia partis iuratum fuiſſet,arg.in l.propemodum.in §.ſin aũt reus,uer.cum autem.C.de iud. & quia iurat coram aliquibus,quaſi loco partis ſecum contrahentis poſtea ſubrogatis, arg.in l.ſi eum.in §.q iniuriarum.ff.ſi quis cau.

Sed cõtra, quia ſic generaliter iurando,parte abſente,& extra contractum, hoc eſt antequam contrahatur,uidetur quodammodo eſſe propoſitum quoddam in mente retentum,quod(ut regula iuris eſt) nihil debet operari.l.ſi repetendi. C.de condi.ob cau.

Sol.non eſt in mente retentum,ſi iuratum eſt & (ut dixi) coram aliquibus. & dato quod eſſet in mente retentum,operari tamẽ debet, qa reg. procedit in foro iudiciali non ſpirituali & pœnitentiæ.c.literaturam.de uoto.Inno. in c.conſuluit,de uſu. Burg,in c.cum dilecti.col.7.de empt.& uen.Rimin.in l.1.colum.2.& penul. C.qui admi.& ita debet limitari d.l.ſi repetendi. & l. quidam cum filium, ubi idem dicitur. ff.de hæred.inſtituen.

Additiõ 26.

Dicitur etiam in iſto text.ſuper contractibus rerum ſuarum,quid in re aliena uendita, an ha-
45 beat locum, † quod adhuc hic de iuramento
deciditur.

Videretur dicendum quod non, quia pronomina hæc,meum,tuum,& ſuum, dominium uel quaſi,præſupponere uidentur.l.ſeruos. ff.de lega.3.l.2.ff.de cond.inſti.& à uerbis legis regulariter non eſt recedendum.l.nõ aliter. l.ille aut ille.§.cum in uerbis.ff.de leg.3. & tanto magis, quia dicit rerum ſuarum,& natura genitiui eſt, importare dominium.l.2.§.in locum. ff. de reli. Bald.in c.1.nu.7.de poſtu.prælat.Doct.in rubr. ff.de no.ope.nun.Por.in proœ Inſti.nu.2.Deci. conſi.40.nu.18.uol.3.

Tamen Roſ.in tract. libello. de Senatuſconſ. Clementia.nu.11.& Bar.hic poſt eum, licèt non fateatur,quod hoc idem dicat Roſ.& ſibi deciſionem aſcribat,& malè, quia imò ita ſignanter dicit ipſe Roſ.etiam in re aliena tex.noſtrũ procedere dicunt: moti,quia dicitur ſua,quantũ ad obligationem, non ignari rem alienam quoque uendi poſſe.l.rem alienam. ff.de contrahen.emp. arg.in l.lex Cornelia.in princ.ff.de iniur.

Et eſt ſimile quando dicimus,quod iudex facit litem ſuam,quę tamen eſt aliena,& partium, delinquendo ſcilicet,ſiue quaſi delinquendo, ut Inſti.de obl.quæ ex qua.de.in prin.& in l.fi.ff.de uar.& extraord.cri.

Vel dicamus (ut idem Roſ.inquit) qđ ſit ſua, conniuentibus oculis domini,ut in ſimili in l.4. ff.de manu.Bar.in ſimili,in auth.ingreſsi.in rep. nu.29.C.de ſacroſan.Abb.conſ.44.col.2.uol.2. ſed prima reſolutio melior.& ad propoſitum generalis ratio, de qua in l.prima, ſupra eod. hoc ipſum ſuadet.

Verum quia motiuo non reſpondent, de pronominibus,deq; genitiui natura,ut ſupra,dic tu poſſe reſpõderi,uera omnia eſſe regulariter, ſed fallere,quãdo alia ratio,quàm dominii, uel quaſi conſideranda eſt, ut declarat Bal. in d.c.1.nu. 17.de poſtul.præla.

Additio 27.

Subſequitur uerbum non retractandis,& dubitatur,an ſit neceſſarium,quod apponatur in ĩ-
46 ſtrumento. † & breuiter reſpondet Bar.hic,nu.
24. quod non, quodq; ſufficit dummodò uerba æquipollentia dicantur,ut per eum, & eſt argu. in l.in ſumma.ff.de re iud.

Adde benefacere text.in l.fi.in §.fi.ff.mand.& in l.qui per ſalutem.ff.de iureiur.Bald.Angel.& Imo.in l.1.ff.de liber.& poſthum.Iaſ.in l.1.in 1. colum.ff.de uerb.oblig.ubi non refert quid fieri uel dici per æquipollens, quando forma non deſideratur.

Et idem dicitur in l.ſi mater. C.de inſti.quod habito effectu,de modo non curamus,& in lege Gallus.in §.ſi eius.ff.de lib.& poſth.Bar.in l.ſiue

apud

apud acta. lect. 1. nu. 23. C. de tranſac.

Quicquid dicat Bar. Roſ. aliter declaraſſe vr̃, qđ imò dicta uerba ponuntur, ex quo quodam modo iſta eſt forma iur̃i, qđ ꝯctum nõ retractabit, & conſequenter quod ipſum ſeruabit.

Opin. Bar. mihi magis placet, ex quo d. uerba ſunt narratiua. unde dici non põt, qđ in eis conſiſtat iur̃i forma, arg. no. in l. unica. C. qñ non pe. par. & dato ꝙ hic tradatur forma, dico ſeruari in ipſo iuramento, qũocunque fuerit iuratum.

Solum uerbum inuiolabiliter cuſtodiant (cæteræ. n. aliarum glo. q. & Bart. faciles ſunt, & nihil habent: ideò aliter non referam, nec in eis ſ-

47 morabor) reſtat: † adde tex. eiſdẽ uerbis utentẽ, in c. ſi. de magiſt. & in c. 1. de pac. & in c. pe. de ſiben. & in c. ex literis, de offi. del. & in c. 3. de offi. or. & in c. 1. de pac. in 6. & in c. 1. de eo qui mis. in poſ. cau. rei ſer.

Sed contra, quia minor, quanquam iuret, non propterea perdit beneficium l. 2. C. de reſcin. uẽ, qđ ego aliter non probabo, quia Bart. ad ibi dicta ſe remittit hic ad fi. & quia ſatis erit, ſi dixero

* uobis, qđ iſta eſt opi. ſ communis, ergo non cuſtoditur iuramentum inuiolabiliter.

Sol. cuſtoditur inuiolabiliter, quando uellet contrauenire ratione minoris ætatis, non reſpectu remedii d. l. 2. à quo non uidetur excluſus. Imò dico (etiam in hoc maximè eſt mirandum, quòd Iaſ. tantum laborauerit, ut ferè ſine ordine facit in tota iſta auth.) quòd abſolutio a iur̃o ad effectum agendi, & de qua in c. debitores. de iureiu. uel relaxatio, quæ idem operatur, ut not. Abb. in c. 1. eo. tit. non erit neceſſaria, ex quo (ut dixi) non eſt iuratum, niſi ratione minoris ætatis, & ubi non eſt iur̃m, ibi non cadit abſolutio, ſiue relaxatio partis, ut inquit Abb. in d. cap. 1. in prin. l. decem. ff. de uer. obl. c. ad diſſoluendũ, de deſpon. impu. & faciunt dicta ĩ. qñ minor dolo ĩductus eſt ad iurandum, & qñ iur̃m etiam eſt meticuloſum, ut hic, & quo ad prædicta tradit Bal. in d. l. 2. in 9. q. C. de reſcin. uend.

SVMMARIVM.

1 *Auth. habita. C. ne fil. pro patr. not. eſt, & deberet ſcribi literis aureis.*

2 *Federicus Barba rubea fuit auctor auth. habita.*

3 *Speciali nota quæ ſunt digna, ſi non exprimuntur, uidentur neglecta.*

4 *Auth. habita, tria in ſtudioſorũ gratiã continet.*

5 *Repræſaliarum uerbum Barbarum eſt.*

6 *Federicus ſub ti. ne ſi. pro pat. quare auth. habita, mandauerit poni, & quare inter alias conſtitutiones. nume. 7.*

8 *Repræſaliæ alio nomine etiam uocantur, clarigationes, ſiue androlepſia.*

9 *Schola noua, ſeu ſtudium in aliquo loco ſi erigatur, an gaudeat priuilegijs huius auth.*

10 *Vectigal ibi ſolui debet, ubi non de loco ad locum portatur.*

11 *Vectigalium olim & apud Roman. homines genera tria.*

12 *Prouinciæ omnes olim erant ſtipendiariæ Romanorum hominum.*

13 *Veneti non recognoſcunt aliquem in ſuperiorem.*

14 *Vectigalia ſunt nerui Reipublicæ.*

15 *Debitor ſi non ſoluit, carcerari debet.*

16 *Intellectus ad l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. quæ in frau. cred.*

17 *Repræſaliæ concedi poſſunt, unde iuſtitia eſt denegata.*

18 *Rector eſt ſcholarium iudex ordinarius.*

19 *Scholares in uectigalibus ſoluendis, an habeant iudicis electionem.*

20 *Deciſionis ratio triplex.*

21 *Lex debet conſultò fieri, & cum maxima maturitate.*

22 *Principis palatium, dicitur ſacrum, & leges ſacræ.*

23 *Lege in condenda, non modò laici, ſed etiam clerici adhiberi poſſunt.*

24 *Clerici an efficientur irregulares, ſi aliquando de ſanguine diſponant.*

25 *Intellectus ad c. nouit, de his quæ ſi. à prela.*

26 *Intellectus ad l. humanum. C. de legi. & l. ſi. C. eo. et an ſolus Princeps legem condat.*

27 *Humanitas an tranſierit in iuris diſpoſitionem, in l. humanum.*

28 *Scholarium gratia auth. iſta condita eſt.*

29 *Scholaris qui ſtudet in patria, an gaudeat priuilegijs huius auth. an uerò ceſſante cauſa priuilegij ceſſet priuilegium.*

30 *Miles, qui militat in patria, an gaudeat priuilegijs militaribus.*

31 *Medicus, qui in patria medicat, an gaudeat priuilegijs auth. habita. C. ne fil. pro pa.*

32 *Pauper ſi efficiatur diues, an perdat priuilegium pauperum.*

33 *Scholaris eſt nomen honoris.*

34 *Scholaris, ut gaudeat priuilegijs ſcholaſticis, ad quid teneatur.*

35 *Scholarium nuncij, an gaudeant priuilegijs eorum.*

36 *Publicani aliquando ſunt puniendi capite.*

37 *Familiares, nũcij, & famuli ſcholarium, an eorum priuilegijs gaudeant.*

38 *Gabellam, qui extra Comitatum extrahit pro uſu ſuo frumentum, non ſoluit.*

39 *Scholares uniuerſitatem faciunt.*

40 *Scholares ſunt ſub protectione principis.*

41 *Spurij de terris eccleſiæ, pñt à principe legitimari.*

42 *Scholaris omiſſis medijs, ad principem appellat.*

43 *Lex debet eſſe generalis, & perpetua. nu. 44.*

45 *Lex eſt noui iuris promulgatoria, ſi in ea ſit uerbũ, decernimus.*

46 *Dominus inuitus locat domum ſcholaribus.*

47 *Scholaris non expellitur, etiam ſi dominus uelit domum pro uſu ſuo proprio.*

48 *Scholaris ſi ante tempus recedit, an ad totam penſionem teneatur.*

49 *Pretium à rectore an ueniat taxandum.*

50 *Scholares, an poſſint expellere fabrum malleantem iuxta domum ſuam.*
51 *Imperium eſt à Deo.*
52 *Audacia, & temeritas reprehenſionem habent.*
53 *Scholaris non facit ſe deſcribi in æſtimo.*
54 *Scholaris non uiuit ciuium conſuetudine.*
55 *Scholaris, an poſſit quomodocunque uelit teſtari.*
56 *Scholaris pro repræſalijs capi non poteſt.*
57 *Scholaris in loco ſtudij pro contractibus alibi factis, conueniri non poteſt.*
58 *Scholaris duo præcipua in ſe habere debet, ſobrietatem & uigilantiam.*
59 *Scholaribus nulla iniuria eſt inferenda.*
60 *Scholares ab omnibus tueri debent.*
61 *Scholares in ſcholis capi non poſſunt.*
62 *Scholares cogunt multos ad agendum.*
63 *Scholares alteri poſſunt ſtipulari.*
64 *Scholares actores non ſequuntur forum rei.*
65 *Scholares iudicem ordinarium ſuſpectũ recuſant.*
65 *Scholares à ſententia interlocutoria appellant.*
67 *Scholares prærogatiuam iudicij habent.*
68 *Scholares receptantes bannitum mitius puniũtur.*
69 *Scholari an fiat gratia ratione eminentis doctrinę.*
70 *Iudex officium, etiam non requiſitus, ſcholari an impartiatur.*
71 *Scholaris, ex nulla cauſa à ſtudio diſtrahi debet.*
72 *Regula, qui prior. de reg. iur. in 6. non procedit in ſcholari.*
73 *Conſuetudo peruerſa non eſt ſeruanda.*
74 *Omni iure repræſaliæ permiſſę ſunt.*
75 *Notoriè doctus, tranſit ſine examine.*
76 *Scholaris agit pro uiatico mutuo dato, licet actio competat patri regulariter.*
77 *Monachus, cui conceſſa ſit licentia triennio audiendi leges, poteſt audire triennio etiam interpollato.*
78 *Verbum litis, quomodo intelligatur.*
79 *Epiſcopus an de crimine cognoſcat.*
80 *Renunciatio facta ab uniuerſitate Bononiæ, quo ad criminalia, an nocuerit alijs.*
81 *Clerici an comprehendantur in renunciatione facta ab uniuerſitate Bononiæ.*
82 *Contractibus in alternatiuis electio eſt debitoris.*
83 *Iudicijs in alternatiuis, an electio ſit rei.*
84 *Electione facta in iudicijs, an uariatio permittatur?*
85 *Doctor aliquando præceptor, aliquando magiſter appellatur.*
86 *Auth. habita, an ſit ſuperflua.*
87 *Iudices, de quibus hic, an habeant iuriſdictionem ordinariam, cum oppoſitione, & ſolutione. numero 88.*
89 *Præuentio an locum habeat inter iudices enumeratos in Auth. habita.*
90 *Iudices, de quibus in Authẽ. habita, an delegent.*
91 *Iudices uocantes ſcholares, an incidant in pœnam ſola uocatione.*
92 *Iudices uocantes ſcholares, an poſſint pœnitere.*
93 *Scholaris ſuo priuilegio renunciare an poſſit.*
94 *Scholarem uocans ad alios iudices, an cadat ipſo iure, uel ſententia requiratur.*
95 *Iudex ſi ſe iudicem pronunciet, inuito ſcholare, an poſſit ab iſta pronunciatione appellare.*
96 *Statutum, quòd clerici ſtudentes habeantur pro reſidentibus, non ſe extendit ad diſtributiones.*

Ne filius pro pat. &c.

Noua Federici conſtitutio.

1 Habita.] Iſtam auth. dicit † no. Bal. & Salyc. & plus idem Saly. quòd deberet ſcribi literis aureis fortè (Alb. etiam teſte) quia ſtudioſorum gratia nobis plurimum fauet. & licet uerboſa ſit, ac contra Iurecon. documentum in l. 1. ff. de orig. iur. prolixa, atque longa ſenſu tamen & in ſubſtantia eſt breuis, tria tantum continens; ut ꝟ. ea de re ſumma quoque & hilari attentione eſt audienda.

Auctor ipſius fuit Federicus primus, cogno-
2 mento † Barba rubea, cuius mentionem etiam fecimus in relectione hoc anno, auth. ſacramenta pub. §. ſi aduer. uen. in prin. nec alius eſſe potuit (tres enim fuerunt (ut memoriæ proditum eſt) iſte, & Federicus II. eius filius, Sueuiæ Dux, atque III. poſtea Dux Auſtriæ) qđ non leui arg. probatur, qm̃ data fuit apud Roncalias (olim Roncalias, hodie Romandiolam uocant) anno dñi 1158. ipſe uerò ad Imperii culmen, anno 1152. euectus, imperauit autem annis 37.

Et maximè mirandum eſt, qui dicunt leges nouas condidiſſe quamplurimas, eas ſigillatim enumerando, quod huius quoque tam ſingularis, & egregię mentionem nõ fecerint: quę enim
3 ſpeciali nota ſunt digna; † ſi non exprimantur, uidentur neglecta. l. item apud Labeonem. §. hoc edictum. ff. de iniur.

4 Et breuiter tria continet: † primum, quòd ad loca ſtudiorum gratia, ſcholares ſecuri cum eorum nuncijs accedant, ibiq; etiam commorentur.

Secundò, quod nulla eis inferatur iniuria ꝓ delicto alterius, damno non afficiantur, neq; poſſint pro repræſaliis capi.

Tertiò, ſi conueniantur, quòd iudicis electionem habeant, quem ex tribus maluerint, epiſcopo, Prætore, uel magiſtro.

Et prætextu repræſaliarum, ut diximus, quæ enim ſint, quo iure introductæ fuerint aliàs, an ſint permiſſæ, & reliqua, per Bar. in tract. repræ-
5 ſaliarum poſita uidẽda ſunt, hoc unum nõ omittentes, uerbum Barbarum eſſe, † quodque non à noua conſuetudine, ut idem Barto. putat in d. loco, originem ducunt, ſed à uetuſtiſsimis Ro. legibus, ut Dionyſius, Liuius, Feneſtella, & Plutarcus declarant, de Fecialibus loquentes à Numa inſtitutis, ne fœderatæ urbi Rom. Pop.

bellum

bellum inferret.nonnihil Zaſi.in l.2. in prin.ibi,
leges ſine ordine latas.ff.de orig.iu.) ſub hoc ti-
tu.poſita eſt,quod ita fieri etiam mandauit Im-
6 per.†hic, in fi.ne ſcholaris pro delicto ſeu con-
tractu alterius conueniatur,ſicuti nec pater pro
filio,uel filius pro patre, uel libertus pro patro
no,uel ſeruus pro domino, & ſic cōgruenter ut
dicitur in §.quibus.in 1.conſt.Cod.ibi,congruis
titulis ſubdere. & in l.Imperatores. ff. de in di.
ad.mandauit etiam eam inter Imperiales conſti-
tutiones inſeri,ne extrauagans eſſet, & nō ab re
(addas tn) quia extrauagantes in iudiciis uacil-
7 lant,† alleganti non creditur, & plus quod nec
ſtatim ſunt admittendæ,& ut fuſius declarat Ge
min.conſi.78.col.2.aliquid Barto.in l.cum pro-
latis.ff.de re iudi.

Additio.

De repræſaliis diximus ſ.& dicemus etiā in-
fra.ſcias nonnihil dici etiam per Gemin. in c.ſta-
tutum.in §.cum uerò.nu.17.de reſcrip.in 6.latè
ſcrib.in rub.ff.ſol.mat.quodq; aliqui eas clariga-
8 tiones ſeu androlepſias † uocant in l.prouincia-
les.ff.de uerb.ſig.& de clarigatione Plin. lib.22.
a uocis claritate dicta, & clarigo, bellum indi-
co,clarè ago.

Additio.

Licèt iſta auth.locum habeat in ſtudiis Bono-
niæ,Paduæ,Peruſij,Ferrariæ,Papiæ,Piſarum, &
ſimilium,ut hic per Bald.colum.2.& alios, ſcias
tamen ſi ſtudium nouum erigeretur,& ſchola a-
liquo in loco, quod ipſius priuilegiis omnino
9 gauderet,† ut pdictæ ſcholæ gaudent. Imò quo
ad iudices non ſolum in ciuilibus cauſis, uerum
etiam criminalibus, quanquam dicat gl.hic,qđ
ſcholares hoc caſu, huic auth.renunciarunt: &
non ab re,quia tunc cum noua erigitur, recurri
tur ad ius commune,ut per Abb.in c.cum olim.
ad fi.de conſue.declarat Pet.Rauen.in tract.con
ſue.nu.86.& eſt memoriæ commendandum.

Dubitandi ratio in 1.parte eſſe potuit, quia
10 ubicunq; † portantur res & bona, deq; loco ad
locum,ibi regulariter etiā uectigal ſolui debet,
l.uniuerſi.l.omnium.C.de uectig. ubi nullus eſt
immunis à ſolutione uectigalium, etiam ſi ſup
immunitate,Principis reſcriptum oſtendat, qđ
ēt clarius dr̄ in l.ex præſtatione, eod.titu.ubi ex
præſtatione uectigalis, nullius omnino nomine
quicquam minuitur, quin octauas more ſolito
conſtitutas,omne hominum genus dependat.un
de exigentes uectigal poſtea octauarii appellati
fuerunt,ut dicitur ibidem,ī l.à legatis, imò ſi fo
renſis tranſeat,nilq; ſibi dicat ab his,qđ ei ſalma
capi poterit,& auferri pœna,ut in l.fi. in §. diui.
ff.de publ.& uect. & ad materiam ſciendum eſt,
11 olim tria uectigalium genera fuiſſe † Ro. reip.
ex agricolatione,ex mercibus,& ex agris deniq;
paſcuis,qđq; prouinciæ oēs deuictę Pop.Ro.e-
12 rant ſtipendiariæ,& uectigales, † & qđ uectigal
fraudari non debet,ſm̄ Bartol.in l.uectigalia.in
prin.ff.eo.& q̄uis exactio uectigalium ſit de Re-
galibus iuxta no.in c.1.quæ ſint regalia,deq; iu-
re cōi ſpectet ad Imperatorem, tn̄ i Italia nō ſer
uatur oisq; ciuitas habēs publicum ſolum ea ra
tione uectigalia,guidagia, & pedagia habet, im
ponit,& percipit, uſq; adeo ut moribus cōfirma
ta deſtruere difficillimum ſit. l. Imperatores. ff.
de pollici.Bald.conſi.370.col.2.uol.3.Qđ maxi
mè Venetiis uerificari poteſt inq; dñio nr̄o Ve-
13 netorum Illuſtriſ.inuictoq; īperio, † ex quo nō
recognoſcunt aliquem in ſuperiorem, niſi Deū
Opt.Maximum, cui ſoli honorem & gloriam tri
buunt,& ut fuſius no. aliàs in l.hoſtes. ff.de ca-
pti.nec facilè ad propoſitū ſunt remittenda, con
cedendaq; immunitas uectigalium, q̄nquidem
14 ſint (ut inquit Cic.) nerui † Reip.

Sol.omnia ſupra dicta procedunt regulariter
ueriſſimaq; ſunt,ſed in ſcholaribus non proce-
dunt,priuilegium præ cæteris in hoc habētibus
à Federico ut hic,& ut infra,non abſq; rōne, &
dictiones uľes reſtringuntur.l.inter oēs.ff.q ſa-
tiſd.cog.l.qui autem §.fi.iuncta glo. ff.de cōſtit.
pec.no.in l.fi.C.ſine cen.uel reliq.

15 Secunda dubitandi rō eſſe potuit,† quo ad ſe
cundum dictum,namq; ſi quis ſit debitor & cre
ditori nō ſoluat,iuris eſt ut detineatur,& in car-
cerem detrudatur,etiam quod nihil habeat & di
ci ſoleat,quod inanis eſt actio quam inopia debi
toris excludit.l.nam is.ff.de dolo.& ad propoſi-
tum eſt tex.in l.1.C.qui bo.cede.poſſ. carcer aūt
iniuriam carcerato infert.l.pe.ibi, tn̄ ne patiātur
iniuriam,debet bonorum ceſſio admitti.C.eo.er
go.Imò quod etiam ſi fiat hæc bonorum ceſſio,
uituperoſa eſt,infamatq; de facto, ut per Odoſ.
Cy.& Alb.in l.debitores.C.ex qb.cau.infa.irro.
maximè,quia cedenti ne obolus quidem relinq
debet,præter uiles ueſtes qbus tegatur, ex quo
damnatis ad mortem quoq; reliquunť. l.diuus.
ubi Dy.& Bar.ff.de bo.dam.nonnihil in l.pen.ff.
de ceſſ.bo.& in §.fi.Inſti.de act. & in l.fi. in §. fi.
ff.q in frau.cre.Bertr.conſi.123.nu.5.& ɔſ.289.
nu.1.uol.1.ubi rn̄det ad tex.in l.miles,qui uide-
batur aliquantulū obſtare.ff.de re iudi. ut p eū.
16 Pōtēt ad idem fugitiuus capi propria † auctori
tate.l.ait p̄tor.§.ſi debitorem. ff.q in fraud.cred.
qđ tn̄ intelligi debet ſi creditor iudicis copiam
non habeat,ut ibi no.imò aliis ad idem concur-
rentibus quoq; neceſſariò requiſitis,de quib. p
Ang.in l.extat,col.2.ff.qđ met.cau.tradit etiam
Bar.in §.neceſſitate.col.1.ī Auth.ut ind. ſi.quo
quo ſuf. & eſt caſus ſpecialis, quo limitatur reg.
l non eſt ſingulis.ff.de reg.iu.declarando ſubin
de uerum,dummodo intra tempus ducatur ad iu
dicem,ne priuatum carcerem committat,ut de-
clarat Bar.in l.cum eo.ff.ad legem Iul.pec. & in
l.capite quinto.ff.ad leg.Iul.de adult.qđ eſt ho-
rarum 20.ut in d.locis legitur.

Sol.debitor, qui non ſit ſcholaris, hac iniu-
ria affici poterit, aliàs non: quandoquidem

 nullus

nullus tam andax eſſe debet,& ſic dictione hac
negatiua,qui præſumat,quod etiam in malam ca
pitur partem, ei aliquam iniuriam inferre, quæ
dictio quoque in quauis minima adhuc uerifica
tur.l.nullam.C.ex quib.cau.inf.a.ir.c.t.de ui.&
hon.cle.clemen.prima (redde ſingula ſingulis)
de foro competen.& ut infra latius, ubi pœna,
& quidem etiam geminata, contra facientibus
imponitur.

Tertia dubitãdi ratio eſſe potuit, adhuc quo
ad ſecundum dictum, quia ob denegatam iuſti-
tiam repræſaliæ concedi poſſunt, hoc eſt quod
17 unus pro debito alterius †capiatur,ut plenè per
Bar.in tract.repræſaliarum,& locis in eiuſden.al
leg.& in ſpecie in c.dominus noſter.23.q.2.Bal.
in auth. ſed omnino,colum.1.C.ne ux.pro ma.
& colum.2.fuſius.Innoc.in c.poſtulaſti,de foro
compe.Anch.in repe.c.canonum ſtatuta.colu.
18t.de conſti.nec quod habetur in c.& ſi pigno
rationes, de iniur. corrigit determinationem d.
canonis,dominus noſter,ut declarat Fran.de Pla
tea in trac.de excomm.in §.39.nu.5.

Sol.licèt alii pro repræſaliis capi poſsint non
poterit tamen capi ſcholaris, in hoc priuilegia-
tus,ut in aliis de quibus ſupra.

Quarta,quo ad tertium dictum,dubitandi ra
18 tio eſſe potuit,† quia Rector,eſt ſcholarium iu-
dex ordinarius,electus à ma ori parte uniuerſi-
tatis,quo caſu non debet poſſe recuſari,eiuſque
iuriſdictio declinari,niſi in certis caſibus,de qui
bus in l.apertiſsimi.C.de iudi.& in l.qui iuriſdi-
ctioni.ff.de iuriſd.omn.iud. nonnihil Abb. in c.
quoniam.nu.13.de iur.pat.imò quod ei aſtricti
ſunt uinculo iuramenti,ut inquit hic, poſt Nic.
de Mata.Bald.colum.7.& Bononien.35.Barto.
uerò,nume.4.

Sol.aſtrictus eſt,ſed nõ quod eius iuriſdictio
declinari non poſsit,legis auctoritate hoc ipſum
ſibi concedentis, ut hic: ex quo fit, ut non pec-
cet qui peccat legis auctoritate.l.Gracchus.C.
ad legem Iul.de adult.

Imò quod iuramentum hanc tacitam condi-
tionem habet, ne ſcholaris præciſè intelligatur
obligatus,neque teneatur in omnibus ſibi obe-
dire,& ſic ſecundum ſubiectam materiam, ut de
clarat Abb.in c.1.col.10.de iud.eſtq; argu.in l.
ſi uno.ff.loc.& in l.fi.C.de non nume.pec.

Imò quod rectorem habent iudicem ultra a-
lios ex conſuetudine,cui per hanc legem potuit
etiam derogari,quia expreſſum,quod eſt poten-
tius,facit ſilere tacitum.l.cum ex filio.§.filio.ff.
de uulg.& pup.ſubſt.l.aſsiduis.C.qui pot.in pi-
gno.hab.Bald.in l.ſi arrogator,colum.ſecunda,
ff.de adoptionib.

Quinta & ultima dubitandi ratio eſſe potuit,
19 †quòd imò & uectigalia ſoluere teneantur,poſ-
ſintq; iniuria affici,in exemplis de quibus ſupra:
nec iudicum electionem habeant,ſed coram or-
dinario,ut potè competenti reſpondere teneantur,quoniam habemus quod in lege generali,e-
tiam perſona priuilegiata comprehenditur.l.in
fraudem, & ibi Bald.illum tex.exclamat,ff.de mi
lit.teſtam.ad fi.qui dicit etiam conſil.305.colũ.
1.uol.1.qđ generalis locutio legis nihil intactũ
relinquit,in pulchro caſu Cuma.conſi.16.col.
fi.& Ro.conſi.195.num.1.Dec.in l.1.col.2.C.de
eden.ubi & nos latè.

Sol.uerum eſt in caſibus in qui us priuilegiũ
non habet.l.mulieri,& Titio.ff.de condit.& de-
monſt.Iaſ.in l.2.col.1.C.qñ non pe.par.l.diuus.
ff.de fer.Sal.in l.fi.in princ.C.de iur.do.ſed ĩ his
(ut ſupra) ſcholares priuilegium habent,ergo.
20 Deciſionis ratio eſt triplex,†quæ in litera aſ-
ſignatur: prima quia benefaciunt, laudabiliter
uiuunt,& diſciplinis operam nauant, uſq; adeo,
ut & laudari & protegi mereantur.

Secunda quia eorum ſcientia totus mundus il
luminatur ad obediendum Deo,& Principibus
miniſtris Dei, informaturq; ſubiectorum uita,
ita ut ſpeciali dilectione pariter ab omni iniuria
defendi debeant.

Tertia & ultima,quia amore ſcientiæ facti e-
xules,de diuitibus pauperes, ſemetipſos exina-
niunt,uitam ſuam multis periculis exponunt,
& à uiliſsimis hominibus ſæpe corporales iniu-
rias perferunt: quibus fit,ut non poſsimus eorum quoque miſereri. Et breuiter ſcholares
Bononienſes conqueſti grauiter his priuilegiis
(ut ſupra) ab ipſo Federico Imper. fuerunt co-
honeſtati.

Ex iſto tex.in princ.ibi,habita diligenti inqui
ſitione.ibiq;,& aliorum procerum ſacri noſtri
palatii examinatione,elicitur quòd lex debet fie
ri non celeriter & præcipitanter ac ſine procerũ
21 & ſapientum conſilio, ſed conſultò, † & cũ ma-
xima maturitate. & probatur quoque in clem.1.
in §.nos eodem, de iureiur.& in l.humanum.C.
de leg.ibi,ab omnibus tam proceribus noſtri pa
latii,quàm glorioſiſsimo cœtu noſtro tractari.&
ibi,bene enim cognoſcimus, quod cum noſtro
cõſilio fuerit ordinatum,id ad beatitudinem no
ſtri imperii, & ad noſtram gloriam redundare.

Et hae de re dici non poteſt,niſi facta, quod
ſit iuſta,honeſta, ſancta & poſsibilis,prout dici-
tur in c.erit autem.4.diſtinct.& in l.1.ff.de legi.
declarat Ioan.And.in c.licet,colum.3.de appel.
in 6.& perpetua,ut inquit Fede.Sen.conſi.6.col.
3.& eſt ad idem argum.in c.iudicantem.30.q.5.
hinc dici ſolet etiam, quòd quæ citò fiunt, citò
pereunt,non quæ paulatim, exactaq; diligentia
abſoluuntur,ſed durant,ætatem ferunt, & nullo
unquam obliterantur ſeuio, imò exemplo no-
bis eſt Deus Optimus Maximus, qui ſolo nutu,
ne dicã uerbo,omnia ex nihilo creare potuiſſet,
quæ tamen tempore,& diuina quadam cogitatio
ne ac conſilio,ut noſtra rurſum foret inſtructio
c.ſignificaſti,de elect.ſeptem diebus abſolutiſsi
mè perfecit.

Ad

Ad idem facit,quia nec à ſimili uotum indeliberatè factum ualet,ut per gloſſ.in c.dudum. de conuer.coniu.

Nec iurantem admittit lex.l.2. C.ad leg. Iul. Ma. & ſi ſententia celeritet lata fuerit, retractatur ut potè lata non uiſis actis,& ſine cauſæ cognitione, c.tum ex literis,de reſtit. in integrum. E ideo dici ſolet,quod uirtus lenta eſt, & omnium percuntatrix,& quod iniquitas omnia præcipitat.c.inter hæc,de pœn.diſt.3. quodq; conſilio ſunt contraria ira & feſtinatio,imò experientia docet magiſtra rerum efficax, nullam rem tã conſiliis inimicam,quàm celeritatem. ex quibus fit,ut non ab re ſit. ſi Fab. Maximus ſibi, cui cognomentum cunctatori additum eſt,laudem peperit immortalem, ſicq; Auguſtus & Titus Veſpaſiani filius, hoc dicterio utebantur, ut potè Symbolo,ſemper feſtina lentè.quod nummiſmate ſic expreſſum,non aliud ſignificabat. eſt enim circulus primò,quo ſempiternum innuitur tempus,quandoquidem nullo finiatur termino, deinde Ancora quæ nauim remoratur, & tarditatẽ indicat,quam Delphinus ultimò,obtorto corpore circumplectitur,ſicq; uelocitatem exprimit, quod nullum animal ſit iſto celerius.ibi quoque multa ſalus eſt,ubi multa ſunt conſilia, & integrum iudicium,quod plurimorũ ſententiis confirmatur.c.prudentiam,de offi.deleg.l.3. C.de repu.l.quod maior.ff.ad municip. l.nominationes.C.de appel.& ſentit tex.no.etiam in l.fin. ibi ampliore tractatu melior exitus inuentus eſt. C. de iur.delib.& Prouerb.c.11.ibi ubi non eſt gubernator populus corruet, ſalus autem ubi multa conſilia. & clarius c.24.& c.15.ſic. diſſipãtur cogitationes,ubi non eſt conſilium,ubi uerò cõſiliarii plures confirmantur.Cogitaruntq; iſtud ſanè ni fallor Solon,Licurgus,Plato,Demoſthenes,Cicero,& Moyſes,qui tantopere Ariſtocrathiam extollebant, Democrathiam ac Monarchiam,quàm maximè damnantes.

Nec aliud Gerionis ſimulacrum ſignificabat, multis oculis,manibus multis,nec non pedibus, dolatum, niſi quod in negotiis obeundis,& maximè (ut diximus) in condenda lege, uno conſilio,multorum opera & uirtute,atque prudentia opus eſt. Aeſimnus quoque Megarenſis(ut Pauſanias inquit) Delphos ueniens oraculum conſuluit,qui fieri poſſet, ut patria ſecundis rebus uteretur. multa accepit reſponſa, & illud in primis benè euenturum,ſi plurium conſilio ciuitas uſa fuiſſet. Thebani etiam cum nõ uni amplius, ſed pluribus Reipub.curam commiſerunt,ſecũdiore omni ex parte fortuna ſunt uſi. eſtq; argu. in l.3.C.de inge.ma.

Et cum dixerit ſacri noſtri Palatii,(ſi ſacri enim ſunt Impp.quia unguntur & conſecrantur, à Rom.Pontifice Vicario Chriſti, ut legitur in clem.1.de iureiur.dicit non ab re Fed. hic etiam ſacrum Palatium)ſacræ etiam hic dicuntur leges
22 †imò ſacratiſſimę diuinitus quoque per ora principum promulgatæ,& ſacratæ, quia aliàs in ſacro monte latę fuerunt.l.leges ſacratiſſimæ.C. de legi.c.quo iure.8.diſt.c.ſi.16.q.3. Ioã.And.in d.c.licet,col.3.de appe.in 6. hinc ſacra poteſtas, & ſacra iuſſio,ut in Auth.de uſu:nau.in prin.ſacri affatus,id eſt reſcripta.l.ſacri.C.de diuer.reſcrip.ſacra forma id eſt reſcriptum. §.diſponat, in auth.de nup.ſacrum cubiculum.l.1. C.de præpo.ſac.cub.lib.12.ſacrum ſcrinium.l.2.C.de p̃xi.ſac.ſcri.eo.lib.& ſacri canones multomagis q̃ leges.c.1.de no.ope.nun.& id genus plura,deq; ſacro palatio,ut hic,in procem.Inſti. in §.cũque hoc.& in §.at è contrario,quib.alie.licet, eo.lib. Quod etiam alibi ſacratiſſimum uocat ĩ l. in nomine domini ad fin. in §.hoc etiam decernimus. C.de offic.præfect.præto. Aſ. multa in d. l. humanum.

Elicitur etiam ex eiſdem uerbis ibi epiſcoporum & Abbatum, quod non modo laici uerum etiam clerici condendis legibus intereſſe pñt, ut
23 †hic per Bald.& probatur ultra eum, quia indefinitè dixit Iurecon.in l.1. proximè etiam alleg. ff.de legi.quòd lex eſt commune præceptum uirorum prudentum,ergo tam clericorum, quàm laicorum,quia ubi lex non diſtinguit, neq; nos diſtinguere debemus.l.de pretio. ff. de publicia. & quia indefinita legis, maximè in fauorabilib. æquipollet uniuerſali, & quia ſic etiam dicitur in d.l.humanum,& uerbis uniuerſalibus loquitur Imp.omnibus uniuerſis & ſimilibus, & regulariter qui omne dicit nihil excludit.l.Iulianus. ff.de leg.3.c.ſolitæ,de maio.& obed.

Sed mirum uidetur,quoniam leges plerunq;
24 de ſanguine tractant,†ſicq; efficiuntur irregulares, quoniam eccleſia non habet iudicium ſanguinis.c.ſententiam ſanguinis.c.clericis, ne cle. uel mo. occidentesq; uel occidi mandantes adhuc pœnam irregularitatis incurrunt, ut ibi no. & in c.2.& in c.ſicut dignum,de homic. & quia etiam ex actu temporali irregularitas contrahi poteſt,ut per glo.in c.per tuas,de ſimo.

Solu.cum mors accidentaliter contingat non debet eſſe in conſideratione, ut conſiliarii efficiantur irregulares.l.nam ad ea.ff.de legi.glo. in l.certi condictio.ff de condi.indeb. & ita tranſit Bald.met licet nihil alleget.

Et in ſimili dicit Innoc. in d.c.ſententiam ſanguinis,quod ſi quis caſu morti alicuius interfuerit,nec interficienti opem uel cõſilium dederit, non tenebitur.

Et maximè,quia irregularitas non contrahitur,niſi in caſibus à iure expreſſis.c.is qui & ibi glo.de ſent.excom.in 6.

Ego reſponderem aliter,quod eccleſia nõ habet iudicium ſanguinis directè & principaliter, aliàs autem ſic, indirectè ſcilicet & per quãdam cõſequentiam,quia ſic nec à clerico clericus poſſet tradi curiæ ſeculari,& tamẽ traditur. c.cum

non ab homine, de iud.& uot.ad propoſitum in
clem.1.in §.cæterum, de uſur. & quia etiam lex
uti lex in genere, conſilio procerum fit, non ut
lex ſanguinaria, argu. eorum, quæ no.in rubr.
de reb.dub.& in l.ubicunque, ubi Bart. colum.
7.ff.de interroga.act.l.qui iure militari. ff.de mi
lit.teſtamen.

Sed adhuc obſt.unum de c.nouit, de his quæ
fi.à præla.ubi à prælato eccleſiæ nullus alius in
conſilio adhibetur quàm fratres & canonici.
25 Sol.quod hic dicitur fallit in prælato, † & in
caſu d.c.nouit,& c.quando, eod.titu. nec ab re,
quoniam cõſtituunt unum corpus,eſtq; epiſco-
pus caput,& canonici membra, n c.licet omiſsis
membris aliorum conſilio in eccleſiæ negocio
uti,ut tex.met dicit in d.c.nouit.& Abb.in c.di-
lectus.colum.3.de ſimo.Bellen.in tract.de cha-
ritati.ſub q.65.col.10.Ro.conſi.33 . colum.4.
Alex.conſi.9.col.3.uol.3.
26 Vltimò obſt.quia imò ſolus princeps † cõdit
legem.l.fin.C.de legi.§.ſed & quod principi pla
cuit.Inſti.de iu.na.ubi quod principi placuit,ha
bet legis uigorem. & qui per ſententiam diffini
tiuam cum cauſæ cognitione ab eo promulga-
tam in una cauſa,cenſetur ius generale condere.
idq; etiam in l.1.ff.de conſti.prin.& in c.in cau
ſis,de re iud.imò quod uerbum ſolùs, de quo in
d.l.fin.excludit omnem alium à participatione
eius actus, de quo ẽ ſermo.l.ſi finita.§.Iulianus.
ad fi.ff.de dam.inſe.l.cum unus.in princip. ff.de
bon.aucto.iud.poſſ.Bertran.conſi.208. numero
2.uolum.1.

Et mirum uidetur, quoniam in d.l.humanũ.
traditur certa forma, qua non ſeruata actus cor
ruere deberet.l.Iulianus.§.ſed & ſi quis.ff.ad ex
hi.l.qui Romæ.§.Flauius. ff.de uerborum obli-
gation.c.cum dilecta,de reſcript. & tamen ualet
d.l.finali.

Sed nihil eſt, quia princeps non potuit ſibi
imponere legem,à qua recedere non liceat.arg.
in l.ſi quis in princ.teſtamenti.ff.de lega.3. & in
materia no.in l.fin.C.ſi con.ius uel uti.pub.

Oportet igitur dicere, quod rex.in d l.huma-
num (ut ex hoc uerbo elicitur) loquatur de hu
27 manitate. † & rationibus ſupradictis, non quod
ſolus ſi uelit, non poſsit condere legem. d.l.fin.
ex quo habet plenitudinem poteſtatis. & ſacrile
gium eſt ſi ei diceretur, cur ita facis.l.2.C.de cri
mi.ſac.cum ſit cauſa cauſarum, & primæ cauſæ
nulla cauſa,& ipſe met lex animata in terris.§.fi.
in Auth.de cõſu.imò quod hoc diſputare eſſet,
percutere caput ad montem morellum, ut in ſi-
mili inquit Bal.in c.1.in §.Marchio.col.3.de his
qui feu.da.poſſ.in uſib.

Et ſi diceretur, quod illa humanitas tranſlata
eſt in iuris diſpoſitionem.l.humanitatis. C.de i-
pub.l.humanitatis.C.de excuſ.tuto.tradit Barb.
in tract.de præſt.Card.in 2.q.1.par.nume.20.re
ſpondeo ratione ſupra dicta uerum non eſſe, qa
non potuit ſibi imponere legem à qua recedere,
non liceret.d.l.fi.d.l.ſi quis in prin. teſtamenti,
cum ſimilibus,

Vel reſpõdeamus, quod d.l.humanum, & iſta
pariter loquantur in arduis & grauibus, ut Bar-
ba.dicit in loco præalle.& clarius nu. 9. Canoni
ſtæ, ubi & nos latè, in rub.de conſt.

Secundò ex iſto text. ibi omnibus ſcholari-
28 bus, † elicitur, hanc auth.ſcholarium gratia (ut
dictum eſt) à Fed.Imper.conditam fuiſſe, qui à
ſchola ſic denominantur, & de quibus etiam in
l.fin.in princ.C.de priuileg.ſcho.lib.12.& ſcitu
dignum eſt, quod ſchola Græcis ſcholi ſcilicet,
ocium ſonat. quodq; dicendo omnibus ſcholari
bus, neminem excipit.l.Iulianus. ff. de leg. 3. c.
ſolitæ.de maio. & obe.qui tamen (ut ſubiicitur
in litera) ſtudiorum gratia peregrinẽtur, ex quo
aliàs ceſſante cauſa priuilegij & fauoris, ceſſaret
utique etiam priuilegium,& fauor.l.Titia Seio.
§.uſuras.ff.de leg.2.l.adigere.§.quãuis.ff. de iu.
pat.c.cum ceſſante de ap.& cognoſcitur ſeu pro
probatur, quod ſit ſcholaris ex qualitate rerum
quas defert,& ex conſuetudine eundi ac redeun
di, ſi ſit matriculatus, ſi lectiones audit, ſeque tẽ
poribus debitis ad ſcholam conferat denique,
& ſimilibus, quæ arbitrio, & religioni iudicãtis
committuntur.l.non omnes.§. à Barbaris. ff. de
re mi.Bar.hic, nu.2.& in 6.q.7. q. pri.in trac.re-
præſa.& maxim è (adhuc inquit tex.) ſi diuinarũ
ſacrarumq; legum profeſſores fuerint, quorum
uerborum rationem aſsignauimus ſuprà, & qua
re diuinæ ac ſacræ uocẽtur, nec repeto, ſed quo
ad uerbum peregrinentur, quia paulo infra ẽt
dicit, amore ſcientiæ eos fieri exules, nec id ali-
ter poſtea exponemus, nota, quod qui ſtudet, &
iuri operam nauat in patria, non gaudet priuile-
29 giis † huius auth.& nimirum (inquit Bal. hic)
quia ipſi damnis & periculis ſe exponunt, ciues
non,& eſt arg.in l.pen.ff de milit.teſtam. & in l.
fin.ff.eod.& melius, quàm alibi in l.1. ff.de bon.
poſſ.ex teſtam.mi.in uia eſſe dicuntur. l.cum fi-
liusfamilias.ff.ſi cert.pet. nec aliter domicilium
habent, uſqueadeo ſi ſtaret ſtatutum, quòd qui
uenerit ad habitandum in tali loco, is ſit immu-
nis, ut non comprehendatur ſcholaris, ex quo
(ut dixi) domicilium non contrahit eo in loco,
ubi eſt ſtudiorum gratia.l.Seiæ. §.Pamphile.iun
cto §.præcedenti.ff.de fun.inſtr. niſi ultra decẽ-
nium ibi ſtetiſſet, ut no.in l.2.C.de incol. lib.10.
Boe.deciſi.260.nume.9.& utrunque dictum po
nit Iaſ.in d.l.cum filiusfamilias.in prin.

Ad quod etiam facit, quia ſi diſcendi gratia
moram trahit in ſtudio, non habet animum ha-
bitandi, ſine quo domicilium non contrahitur,
ſed redeundi.l.nihil.ff.de capti.& hac rõne ſem-
per abeſſe dicitur & habitare in patria, ut p Bar.
in l.quæſitum.in prin.ff.de lega.3. Ceſſante igiẽ
ex his omnibus cauſa priuilegii (ut etiam dictũ
fuit ſupra) debet ceſſare priuilegium.l. Titia Se-
io.§.

io.§.uſuras.ff.de le.2.l.adigere.§.quamuis.ff.de
iu.pat.c.cum ceſſante,de appel.
30 Eidem dici debet in militibus,† qui cũ ſcho
laribus paribus ambulant paſsibus,quòd ita de-
mum gaude it priuilegiis militaribus, quamdiu
uitam ſuam periculis exponunt; ut dicitur in d.
l.pe.& aliis all. g.ſupra.
31 Nec ſecus in † medicis.l.1.C.de profe. & me
di.lib.10.
32 Nec aliter in paupere,† niſi quod ſuperuenič
tibus diuitiis, eius priuilegium ceſſet. l.cura. §.
deficientium.ff.de mu.& ho.Iaſ.in d.l.pen.& ita
communiter tenetur.
Dubium tamen facit,quia tex. dicit omnibus
ſcholaribus, maximè diuinarum atque ſacrarũ
legum profeſſoribus,ergo tam ciuibus,quàm fo
renſibus:quia ubi lex non diſtinguit, nec nos di
ſtinguere debemus,l.de precio.ff.de Publicia.&
qui omne dicit,nihil excludit.l.Iulianus.ff.de le
ga.3.c.ſolitæ,de maior.& obed. indefinitaque le
gis eſt,quæ æqoipollet uniuerſali,quando etiam
uerbum omnibus nõ adiecisſet: ergo eo addito,
hoc idem longè magis dici debet,ut aliquid ope
retur.l.ſi quando.ff.de leg.1.c.ſi Papa.de priuil.
in 6.& plus quod ſumus in materia fauorabili, ĩ
qua extenſio fieri debet,uulg.l.cum quidam. ff.
de libe.& poſthu. maximè quia iſtud eſt benefi-
cium Principis Federici uniuerſitati ſcholariũ
conceſſum,latiſsimè (ut diximus) interpretan-
dum,quia bonum tanto melius eſt, quanto eſt
ſui ipſius diffuſiuum.l.fi. ff.de conſti.prin.
Nec facit quod ceſſet ĩ ciuibus ratio peregri
nationis,& ſic priuilegii,ita ut priuilegium quo
que ceſſare debeat:quia plures ſunt rationes (ut
oſtenſum eſt ſupra) & quanquam illa ceſſet, a-
liæ tamen remanent & militant, quæ efficiunt,
ut non propterea ciues excludantur, l.ſi uentri.
§.in bonis.ff.de priui.cred.§.affinitatis,Inſtit.de
nup.& ita etiam hic Bononien.tranſeunt.
Sed contra,quia ſi plures ſint rationes coniũ-
ctæ,ut hic, una ceſſante ceſſat diſpoſitio, etiam
quod aliæ remaneant,& militent, ut not.in d.§.
affinitatis.
Replicatur uerum eſſe, quando ſunt coniun-
ctæ per copulam &,ut no.per Bart. in extrauag.
ad reprimen.in uer.ne ex eorum,colum.2. Grat.
poſt eum conſi.77.num.12.& conſi.117. nu.17.
uolum.1.ſed hic coniunctæ non ſunt, ergo.
Imò quod etiam hoc caſu ſi omnes ſint fina-
les,ut hic:& una ſola ſufficiat ad producendum
effectum,de quo agitur, & ad ſuſtinendam legis
deciſionem,adhuc habet locum quod dicitur in
d.§.affinitatis.& in d.§.in bonis, & per Barto.in
l.liberorum.in princ.ff.de his qui not.infa. Cy.
in l.2.C.de ſecũ.nupt.& declarat ad propoſitum
Abb.in c.quoniam freq enter,in §.porrò, ad fi.
ut lit.non conteſt.& Iaſ.in l.in teſtamento, col.
12.C.de mili.teſtam.Ripa in l.1.nu.125. ff.ſolu.
mat.& ita tenendum eſt,& à communi ex ſu-
pra dictis diſcedendum.
Et quo ad uerbum ſcholaribus, de quo etiam
infra mentio fit,nec poſtea aliud dicemus, nota
33 quod eſt † nomen honoris (quod probari dice
bat Pe.Rebuf.in tract.de priuil.ſcho.93.nu.2.)
in §.item precium,Inſti.de empt.& uend.& non
eſt uerum,nec ibi de ſcholaribus uerbum ullũ.
quod tamen huiuſmodi ſit probatur hic,ex quo
hoc nomine ſibi priuilegia concedendo Federi-
cus eos uocat,pietatis ſuę beneficium indulget,
laudibus exornat,& protectionem omnino pol
licetur,eſt q; argum.in clem.ſi ſumus, de ſenten.
excommu. Probatur etiam in proœmio Grego.
ibi,dilectis filiis Doctoribus & ſcholaribus uni-
uerſis Bononiæ commorantibus, qui Doctores
alibi legum magiſtri, ſcholares uerò diſcipuli
appellantur,in procem.ſtorum, in §.his igitur &
in §.diſcipuli.
34 Et ſcholaris eſt,† qui ingreditur auditoria &
ſcholas,ut per Bald.in l.ſi cum dies. in §.ſi arbi-
ter.ff.de arb.quiq;
Inuigilat,nec uincit eum tortura laboris. quiq;
Fortius inſurgit (ut ille ait) *cunctiſq; recen-*
tior horis.
Nam *Labor omnia uincit Improbus:*
ita Hoſti.in proœ.ſummæ. refert enim idem Re
bufus in tract.prealleg.priui.165.in fi. quod in Hi
ſpania audiunt duas lectiones quotidie,aliàs nõ
gaudent priuilegiis ſcholaſticis, quodq; eſt con
cordia facta cum ſtudio Salamentino.
Tertiò ex illo text.ibi, tam ipſi, quàm eorum
nuncii,&c.elicitur primum priuilegium, quod
35 ſcholares † uadant, ſtent, & habitent ſecuri, &
malè,quoniam hoc idem quoque iure commu-
ni diſpoſitum eſt.c.inter alia,de immun.eccle.l.
congruit.ff.de offic.præſid.l.plerique.ff.de ĩ ius
uocan.l.Aediles.ff.de uia pub. c.factæ autẽ ſunt
leges.4.diſt.cur igitur priuilegio datur quod à
iure communi conceditur.l.1. C.de theſau. lib.
10.l.cum interdictæ.C.arb.tu.l.Imperatores. ff.
de priui.cred.l.2.& ibi Bal.C.de forma.idem in
auth.ſ. ſed omnino,col.3.C.ne uxor pro mar.
Breuiter reſoluunt omnes, poſt glo.hic, quæ
ob hoc erit expedita,quod uerum eſt, ſed quod
priuilegium interpretari debet, ut aliquid ope-
retur.l.ſi quando.ff.de leg. melius in c.ſi Papa.
ibi,cum uerba aliquid operari debeant, de priui
leg.in 6.operabitur autem,quia pedagia, & ga-
bellas non ſoluent.
Dicerem ego aliter,quod benè erat diſpoſitũ
à iure communi in genere,ſed non in ſpecie, uſ-
que adeo ut fuerit neceſſarium hoc ipſum ſingu
lari hac lege,ac conſtitutione ſtatuere. l.item a-
pud Labeonem.§.hoc edictum.ff.de iniur.
Vlterius cogita, quomodo iſtud priuilegium
eſſe poſsit, aliis quoque commune, ferentibus
bona ad ſuum uſum proprium, diſpoſitumque
etiam,ut hoc caſu non ſoluant, uel quod non te
neantur, ſi conſuetum non ſit, quod adhuc fir-

mat glo.& probatur in l.uniuerſi.C.de uectigal.
& in l.4.in §.1.& in §.fi.ff.de public.
A ſupradictis tamen non recedendo,nota qđ
publicani ſi aliquid extorſerint ad reſtitutionem
tenentur,& ad pœnam quadrupli,ut hic, p Bal.
& quod aliàs non modo ſcholarium prætextu,
uerum aliorum quorumcũque,ſi ſemel hoc fece
rint,pœna extraordinaria puniendi ſunt. l.licita
tio.§.quod illicitè.ff.de publica.capite uerò ſi ſę
36 pius,† (quod perpetua obſeruatione dignum
eſt,) l.1.& ibi Barto. C.de ſuperexacto. lib.10.
multa Caſſane.in conſuetu.Burgund.fol.49. co
lumna ſecunda.
Et ad propoſitum nõ modo ſcholares adhuc
ſed eorum nuncii, ſeu famuli (in ſacris literis,
pueri appellabantur iuxta illud, Math. 8. puer
meus iacet in domo paraliticus,& malè torque-
37 tur,) & familiares quoque † hac prærogatiua
gaudeat,eritq; ſecundum eorum priuilegium.l.
2.C.de epiſ.& cler.& elicitur ex uerbo habuẽt,
quod familiam ſupponit Vernas, & alios de qui
bus in d.l.2.& in l.non alias.in §.1.ff.de iud.tra-
dit idem Bald.hic poſt Nicol.de Mata. & eſt ue-
rum quamdiu ſunt eis familiares,& ſeruiunt, ex
quo aliàs repudiata non habent priuilegium re
pudiantis.l.quod ait lex.ff.de diuor.idem Bal.in
procem.ſforum.in §.hæc autem tria.ad fi.ſignan-
ter per tex.in d.l.non aliàs,ſub iſtis uerbis tamen
meretrices non includuntur,ex quo non ſunt di
gnæ laqueis legum.l.quæ adulterium. C. ad leg.
Iul.de adult.glo.in c.1.de loc.
Et quia non aperit tex.an ſcholares redeundo
huiuſmodi priuilegium habeant,dic tu qđ ſic,
ut hic declarat Bartol. per not. in l.utimur. ff.de
ſepul.uio. Adde Ang.in l.cum precario,ſecun-
da.ff.de præca.
Imò text.hoc ad literam dicentem in c. ſtatu-
tum.in §.pen.ibi ſtando,& redeundo de reſcrip.
in 6.& in c.2.de treu.& pac. & quia non diceren
tur ſecurè uenire, niſi ſic ſtare poſſent, & redire
inquit alibi Abb.in d.c.2.in ſimili Alexã. conſi.
46.colum.2.uolum.2.& limitabitur regu.l.bo-
ues.§.hoc ſermone.ff.de uerb.ſig.

Additio.

Ad glo.redeundo dum dicit quod portantes
bona ſua ad ſuum uſum proprium, gabellas nõ
ſoluunt,adde caſum quotidianum ſi ſtet ſtatutũ
prohibens frumentum extrahi de comitatu, qđ
38 non intelligetur de eo, † quod extrahitur pro
uſu ſuo (ad propoſitum) & familiæ, ita Bart.in
l.cætera.in §.ſed & ſi quis ad opus,nu.4. ff.de le
ga.1. eritque exemplum ad text.ſupra allega. &
in ea,in l.uniuerſi.C.de uectig. & habetur etiam
in l.in lege Cenſoria.ff.de uerb.ſignifi. & in l.fi.
in §.diuus.ff.de public. multa de materia in cle-
men.fin.ubi etiam quod ſtatur iuramento extra
hentis,de cenſi.
Quarto ex iſto tex.ibi,adhuc ſecurè habitẽt,
quanquam habitantes domicilium non contra-
hant,(ut ſupra dictum fuit nec repeto) elicitur,
quod tamen uniuerſitatem faciunt, eritq; aliud
priuilegium & tertium quidem, & nimirum ẽt
39 † quod ius uniuerſitatis à Principe conſecuti
non ſint.l.1.ff.quod cuiuſque uni. no.l. 1. ff. de
colle.illi.nec diſcipulis,ſed magiſtris tantũ con
cedatur.l.fin. C.de iur.omn.iudi.quia id faciunt
legis auctoritate,ut ibi not.& in c.quia in cauſis
de procuratorib.
Quintò ibi laudem & protectionem,&c.elici
40 tur aliud quartum priuilegium,quod ſunt,† ſub
protectione principis ad differentiam eorũ, qui
ſunt ſine protectione, & de quibus in c. gaude-
mus,de diuor.ubi uulgatum illud Paul. de his,
qui foris ſunt nihil ad nos, & eorum (ut etiam
Bald. inquit hic) qui ſunt extra protectionem
ut banniti, rebelles,& ſimiles.l.amiſsione. §.qui
deficiunt.ff.de cap.di.qui plus dicit quod non le
gitimè nati,etiam de terris eccleſiæ, poſſunt tan
quam filii ſpirituales à Principe legitimari, &
41 erit † quintum priuilegium,quod dictum quo-
que refert Franc.in c.ſi duobus.in §.denique.co
lum.1.de ap.& Prępo.Alex.in c.per uenerabilẽ.
col.119.qui fil.ſint leg.
Et priuilegium dixi, quia de iure communi
ex quo iuriſdictiones ſunt diſtinctæ fieri nõ po-
teſt.l.fin.ff.de iuriſdic.omn.iud.c.1.de parroch.
Bald.in l.1.C.de in.au.an.& fuſius Ferrac.in cau
te.ſuis.1.colum.2.pulchrè Bal.conſi.406.ad fin.
uolumin.3.
Et adhuc cum ſint ſub principis protectione,
42 † aliud priuilegium ſibi & ſexto quidem conce-
ditur,& quia dicit paulo inferius etiam, eos ab
omni iniuria defendamus. namque de iure ciuili
ad principem omiſsis medijs appellari non po-
teſt.l.Imperatores.ff.de app. & tamen ſcholares
poſſunt,ut per Bald.hic,colum.4.& alios in lo-
cis prælleg.latè Pet.Rebufi.in tract.prælle. pa
riter priui.164.col.2.
* Sed dubito ego,quanquàm omnes * ita tran
ſeant,in primis,quia pro nobis reg.habemus, à
qua non eſt recedendum.l.ab ea parte. ff.de pro
bat.quod omiſsis mediis appellari non poſsit.
d.l.Imperatores.ff.de ap.Bart.in l.1.in §.ſi quis.
nume.6.eod.tit.Pau.Caſt.conſi.194.ad fi.& con
ſil.196.num.6.uol.2.Corad.conſi.101.nume.1.
Rom.conſi.2.nu.1.
Demum quia licet hoc idem facere de iure ca
nonico.c.ſi duobus.de appe.c.ſolicitudinem, de
priuil.c.ad Romanam.2.q.6.ergo non de iure ci
uili,quanquam in ſcholaribus loquamur,ut di-
cit Pau.Caſt.in prælleg.conſi. 196. quia exce-
ptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis,
l.quæſitum.§.denique.ff.de fun.inſt. & maximè,
quia hoc idem quod dicit Bald.& alii, iure cau-
tum non reperitur.
Nec ob.quod ſint ſub protectione principis,
quodq; ab omni iniuria defendi debeant,qa non
propterea ex hoc arguitur, quod appellare poſ-
ſint

ſint omiſsis mediis,aliàs non ab alio deberent &
iudicari,quàm à principe , & tamen iudicantur.
Cogita & à communi opin.aliàs non recede.uel
alia ratione,dic quod appellent omiſsia mediis,
ut infra,nume.64.

Sextò ex iſto text.ibi,hac igitur , elici poteſt,
43 quod lex debet † eſſe generalis, aliàs nō lex,ſed
priuilegium diceretur.c.erit autem le :.4.diſtin:
44 glo.ſing.in c.cum omnes,de conſt.Item †perpe
tus,ut paulo poſt ibidem ſubiicitur,& eodē mo
do in l.generaliter.in fi.prin.C.de inſti.& in cle
men.ſæpe.in prin.de uerb.ſig.& in c.fi. de offic.
deleg.in 6.& utrumq; legitur pulchrè in c. quæ
ad perpetuam.25.q.1.& mirum uidetur,cū hæc
ſint de natura legis(ut in d.locis continetur)qđ
exprimantur.l.non rectè.C.de fideiuſſ. l.3. ff.de
lega.1.Præterea quomodo eſt generalis,ſi priui
legia ſcholarium continet?duo enim hæc nō ui-
dentur poſſe ſimul ſtare,ut inquit glo.in l.ſeruo
manumiſſo. ff. de condictio. indebi. Et quia
contraria lege tolli poteſt, aut conſuetudine,
uel præſcriptione, cap.1.de conſtitutio. in 6. c.
non debet,de conſangui.& affi.plenè Bertrand.
conſi.46.nume.2.

Solu.exprimuntur maioris declarationis gra
tia,& ut omnis tollatur dubitatio l.non ſolent.
l.quæ dubitationis tollendæ gratia. ff.de regul.
ius.argumen.in l.1.in §.quamuis.ff.de uent. in-
ſpiciend.aliter gloſſ.in d.clement.ſæpe,ſed pri-
ma melior.

Non obſt.ſecundum, quia generalis eſt inter
ſcholares,quanquam priuilegia contineat:& ꝓ-
pterea indefinitè ſcholaribus dicit & indefinita
æquipollet uniuerſali, ut ſupra, & in l.ſi plurib.
ff.de legat.2.

Non obſt.ultimum , quia eſto quod ſic dicat,
uerbum tamen id eam habet interpretationem,
niſi (ut diximus) contraria tollatur l. ge,uel cō-
ſuetudine,aut præſcriptione,quia nec ipſi exp̄ſ-
ſè etiam potuiſſet renunciari. l.1.ff.de uſucap.l.
ius publicum.ff.de pact.Imo.& Alexand. in l.ne
mo poteſt.ff.de leg.1.

Septimò ex iſto tex.ibi,decernimus, elicitur
quod auth.iſta eſt noui iuris prómulgatoria, ut
45 † dicit etiam glo.in clem.2.de præb. & in clem.
fi.de ui.& hon.cle.no.Abb.& omnes,ubi & nos
latè in c.paſtoralis.in 1. no.de excep.Crot.in l.ſi
conſtante.colum.30.ff.ſolu.mat.& nimirū,quia
illud non erat prius alibi determinatum, ut de-
clarat Dec.in d.c.paſtoralis, aliàs ſecundum ſub
iectam materiam capitur. c. decernimus, & ibi
Abb.de iudic. & ad propoſitum facit quod habe
tur in c.ex multa,de uoto. & per Bartol.in l.ne-
mo.C.de ſentent.pulchrè Corſet. in ſingul.ſuis,
conſultatio.

Additio.

Ad uerbum habitent redeundo, ſciendum eſt
ſcholaribus adhuc & ſeptimò,priuilegium im-
46 partiri, ſi domos non inueniant,† quod domini
coguntur eis locare ſuas.l.1.C.de ſtud.lib.Vrb.
Ro.lib.10.l.decernimus,& ibi Gul.de Cu. C.de
epiſc.& cler.in terminis Bal.in l.1.colum.4.ff.ſo
lu.matr.quos in hoc æquiparat religioſis, idem
priuilegium habentibus,poſt Gul.in d.l.decer-
nimus,& eſt argum.ultra eos in l.1.in princ.ibi,
cuius meritò quis nos ſacerdotes appellat. ff.de
iuſt.& iu.& limitatio ad text.in l.in re mandata.
C.mand.& in l.nec emere.C.de iure deliberā. &
in l.inuitum.C. de contrahen empt. tamen non
probatur in iuribus ſupra alleg.

Octauò,quia eſto quod dominus uelit domū
47 locatam ex inopinato caſu,pro ſuo uſu, † ut in
l.ædem.C.loc.non tamen ſcholaris de domo iam
conducta expelli poterit, ut poſt Bald. hic dicit
Ripa in d.l.1.in fi.ff.ſol. mat. tamen ob. regula
l.præſes.C.de ſer.& aqu..cogita.

Nonò,quia licèt ante tempus receſſerit nō te
nebitur tamen ad totam penſionem ſoluendam.
48 † l.habitatores.§.fin.ff.loc. Verum cogita,cum
non poſsit hoc facere,niſi ex cauſa peſtis uel bel
li,uel quia domus ſit malis ſpiritibus agitata, ut
inquit Barto.in l.perpetua,colum.2. C.de ſacro
ſan.eccl.excepta in quacunque diſpoſitione. l.ſi
hominem.ff.mand & quod dicitur in d.§. fin. ge-
nerale ſit,dici nō poſſe,quod hoc in ſpeciale pri-
uilegium ſcholari concedatur,& ſentit Por. In-
ſti.loca.in §.item quæritur,colum.2. ad fi.Bald.
in l.ſi ea lege.colum.2.C.de uſu.& in l.licet,co-
lum.1.C.loc.& conſi.366.col.1.uol.1.Roma.in
l.in parietis,colum.1.ff.de dam.inf. Soc.Iun.con
ſil.120.nu.1.& 6.uol.3.Imo.conſi.7. in fi.multa
Gui.Pap.deci.650.

Decimò priuilegium habet,ſi nullo pretio no
lit dominus locare ſibi domum,quod illud taxa
49 re poterit rector, † ad quem hac de cauſa ſemp
recurritur, ut ſentit Ripa in d.l.1.in fi.ff.ſol.ma.
poſt Abb.in c.1.nu.6.de emp.& uend.

Ad quod etiam aduertendum eſt, quia bene
dicit Abbas in dicto loco, quod aliàs ita actum
fuit Paduæ,ſtaturumque certum ſalarium in do
mibus per ſcholares conducēdis, ſed non quod
in hoc ſint priuilegiati : imò generaliter doctri-
nam tradit, quod in his quæ ſunt neceſſaria ad ui
tam hominis,certum pretium ſtatui poſsit,aliàs
non,ſed quiſque ſit in re ſua moderator & arbi
ter.l.in re mandata.C.mād.l.inuitum.ff.de cōtr.
empt.poſt Bar.in l.1.C.de epiſ.aud.no.in l.1.§.
cura carnis.ff.de offi.præf.urb.

Vndecimò poteſt, ſi iuxta eius habitationem
50 ſit faber,ipſum malleantem expellere, † l.lega-
✲ tis.§.ornatricibus.ff.de leg.3.Bar.& ✲ omnes in
l.1.(& eſt communis opin.) ff.ſol. mat. Capell.
Tholoſ.dec.159.& nimirum ratione publicę u-
tilitatis,quæ priuatis commodis eſt ſemper præ
ferenda.l.unica.§.fin.C.de cadu.tol.tradit Imol.
in c.ueſtra,de loca.Abb.in c.fi.de iudi. & melius
bonum gentis quàm hominis, tantoq; diuinius
quanto communius.l.1.& ibi no.C.de ſtud.lib.
Vrb.

Vrb.Ro.lib.10.Xenoph.lib.1.de uita Cyri.

Additio.

Quod ſcholaris gaudeat priuilegio magiſtri, & Doctoris legentis, expellendi fabrum malleãtem iuxta eius habitationem, niſi ſe in contrariũ habeat conſuetudo, ut in deciſi. Tholoſan. 159. alleg. etiam ſupra probatur.

Et primò per tex.in l.legatis. in §.ornatricib. ff.de leg.3.ubi legatis ornatricibus, id eſt ancillis (figuratus enim modus loquendi eſt) ueniũt etiam quæ apud magiſtrum fuerunt duob.menſibus tantum, ex quo (ſubiicit) omnes adhuc diſcere poſſunt, ergo.

Et ſi diceretur, quod loquatur in legatis & in ultimis uoluntatibus, in quibus latiſsima debet fieri interpretatio.l.in teſtamentis. ff.de reg.iur. reſpondebo non in hoc fundari I.C. ſed in rõne ſupradicta, quia omnes addiſcere poſſunt, ita ut ueniant omnimodo, ergo (ut dixi) & ſcholares hic.

1 Secundò probatur per text.in l.ſciendum, in §.dictum.ff.de ædil.edi.ubi ſi quis artificem promiſerit, uenit etiam ille qui perfectus non ſit, dũ modo uulgo artifex nocetur. & ibi Bart. ad q.infert ſi fiat ſtatutum, quicunque intrauerit monaſterium, quod ſit excommunicatus, medico excepto, & medicus intret, qui doctor non ſit, quod excommunicatus non erit, & ſubiicit tempore uiſitationis ſancti Franciſci de Aſiſio, à quibuſdam interrogatum fuiſſe, & ita reſpondiſſe.

Tertiò, quia potentia propinqua actui, actus eſt: & ſi priuilegium conceditur exiſtenti ĩ actu, quod id extenditur etiam ad eum, qui eſt in uia præparationis ad actum.l.pen. ff.de mili.teſta. l. diuortio.§.non ſolum.ff.ſol.matr.l.ſi impuberi, ubi no.exemplum.ff.de tut.& cur.dat.ab his, & iſtud maximè in fauorabilibus locum habet, ut hic, & declarat Bald.in l.1.in penult.column.ff. ſoluto matrimonio.

Quartò, quia quando aliquid uni conceditur propter publicam utilitatem, id ex identitate rationis etiam debet extendi.l. quæ propter neceſſitatem.ff.de regul.iur.Barto in l.ſi conſtante.in 9.q.1.q.prin.ff.ſol.mat.ergo de magiſtris & doctoribus etiam hic ad ſcholares.

Quintò & ultimò facit, quia cauſa dotis & ſtudiorum æquiparantur, ut per Bart.in d.l.1.ff.eo. ſed etiam in ſponſa priuilegiata eſt, ergo & in ſcholari priuilegio doctorum erit locus, & ita
* communiter * tenetur.

Eſt uerum, quod Imo.ſenſit contrarium, hoc ſolo motus, quia uidetur eſſe text. in l.1.& 2.C. de excu.artifi.lib.10. ubi ſoli artifices docentes non addiſcentes, à muneribus publicis excuſantur. ergo & hic ſoli doctores & magiſtri docentes, ergo non ſcholares.

Quia tamen cum Bart.opi.communiter cæteri tenent & bene, ut ſupra ad d.duo iura, reſpondeamus inductionem ueriſsimam eſſe, ſed nõ ut idem in ſcholaribus dicere debeamus, quoniam omnino in artificibus non eſt eadem ratio, quæ in ſcholaribus, ut clarè probatur dic, dũ dicitur, quod eorum ſcientia totus mũdus illuminatur. præterea alia multa, & ita breuiter tenendũ eſt.

Additio.

Iſte tex.ibi, ad obediendum Deo, & nobis eius miniſtris, mirabilis uidetur, quod Imperator ſit miniſter Dei, eccleſiæ uerò protector, ut inquit Bald.hic, & eſt text.in clem.1.de iureiur.alibi ſe Dei ſeruum appellat in l.1.in §.1.C.de offi.præfec.prætor.Papa uerò ſeruus ſeruorum Dei, in proœ.Greg.eſtq; argumen: quod imperium ſit
51 à Deo, † qđq; ipſum de cœlo conſtituerit Deus, ut in §.1.in Auth.de inſtr.cau.& fi.

Ex quo fit ut non ab re ſic dicatur Ferdinandus diuina prouidentia Imper.ipſi rurſum, hoc eſt Papa, & Imp.ſunt iudices ordinarii hominũ, & delegati Dei, & quod imperium ſit à Deo ꝓbatur in c.1.in princip.ibi Federicus Dei gratia Rom.Imper.quem ibi ad idem in ſpecie no.Afflic.de pace tenen.in uſib.Iuſius in c.1.in §.fi. de prohi.feu.alie.per Lotha.eo.lib.& in c.1.in princip.de pac.iur.fir.imò quod Impe. appellat alibi ſe Regem in l.1.C.de quad.præſcr.& in l.nemo. tertia, & ibi Alber.no.C.de aſſeſſor. & cor Regis in manu Dei eſt, dicentis alibi poſtea per me reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt.c.8.& 21.prouerbio. Alfonſus enim Aragonius (ut memoriæ proditum eſt) Neapolis Rex, cum ei munus commentariorum T. Liuii à Coſmo Mediceo Floren.miſſum intueretur, & librũ aperire uellet à medico Regio remoratus eſt; fortè ueneno fœdatum aſſerenti, ex eo contrahi potuiſſe, aperuit tamen, medici monitu ſpreto, dicens, Cor regis in manu Dei eſt, ut ĩ. legit & euoluit, gratiasq; egit Coſmo, quod munere tã egregio ipſum cohoneſtauerit.

Octauò ex iſto text. ibi, ut nullus de cætero tam audax, elici poteſt, quod q̃q̃ audacia plerunque laudabilis ſit, iuxta illud Mant.Vatis,

„ *Audaces fortuna iuuat, timidosq; repelli.*

Et Claudia.in lib.Epigramma.ad Probinũ ſic pariter dicentis,

„ *Fors iuuat audentes, Chij ſententia uatis,*
„ *Hac duce non dubitem, te reticente loqui.*

Quibus aliud quoque proximum eſt, Ouid.qui de Leandro loquens cecinit pariter in hunc modum.

„ *Clamabat tumidis audax Leander in undis,*
„ *Parcite dum propero, mergite dum redeo.*

52 Reprehenſionem tamen habet, † ut illa Cæſaris contra edictum Pop.Ro.Rubiconis flumen tranantis. & uerbum eſt quod in malam capiẽ partem, ut hic per glo.quæ allegat concord. quæq; ob hoc erit expedita. & ad idem eſt etiam tex.in l.nemo.2.& 3.C.de aſſeſſ. & uerè ab arrogantia & ſtultitia audacia prouenit, caſtiganda ut hic, & in l.quantæ audaciæ. ff.de public.Phormionis

ad

ad propoſitum nota, coram Annibale de militari diſciplina diſputantis, notior in Hippia Philo
ſopho, qui (tota Græcia audiente) gloriatus eſt,
nihil in arte rerum omnium fore, quod ipſe non
fuerit fœliciter conſecutus, ſeu qđ ipſe neſciret.
notiſsima in Parrhaſio Pictore olim, qui ſe Prin
cipem artis eſſe dicebat. & quia in lib. qui Polymathia inſcribitur, dixi ſatis, tranſeo.

Additio.

Ad uerbũ, amore ſcientiæ facti exules, redeũ
tesq́; dicimus (ut etiam ſupra) quod ſcholares in
uia eſſe dicuntur, & in itinere tanquam peregrini. l. cum filiusfamilias. ff. ſi cer. pet. l. ſi longius,
ad fi. ff. de iudi. ea de re duodecimo etiam priuilegio cohoneſtantur (ut ibi dicit Alexan. id eſt
in d. l. cum filiusfam.) quia eſto quod ſtatutũ ue
lit, ſi quis uenerit ad habitandum in loco, quòd
teneatur ſe deſcribi facere unà cũ aliis in libris
æſtimi, non tamen comprehendetur ſcholaris ra
53 tione prædicta, & quia habet animum † redeundi. l. nihil. ibi, nec enim ſatis eſt corpore ueniſſe,
ſi mente ſit alienus. ff. de capt. Paul. Caſtr. conſil.
396. ad fi. uolum. 2. & conſi. 415. col. 2. eod. lib.

Et quia æſtimum præſupponit patrimonium,
ſolutioq́; collectarum eſt onus patrimoniale, ad
quod ſcholaris non tenetur, quia nec patrimonium habet, nec æſtimum, & iudicio meo indubitatum eſt, niſi decennio ſtetiſſet in loco: qm̃
tunc ſecus, domicilium contraheret, & ſe deſcri
bi facere teneretur. l. 2. C. de incol. lib. 12. Boer.
multa conſi. 26.

Sed quomodo procedere iſtud poteſt, cum di
cat Bar. in l. lex Cornelia, in §. ſi tamen, imò Dy.
ibidem. ff. de iniur. quod etiam ſi in loco ſtaret
mille annis domicilium non contraheret.

Sol. ſi ſtat in loco, & certum eſt, quod animũ
ſemper habeat redeundi, tunc nunquam domici
lium contrahit, in dubio autem ſic, d. decẽnio la
pſo, & ita in d. §. ſi tamen declarat idem Barto. &
bene, & Luc. de Penna in d. l. 2.

Et ab iſto aliud pendet, quod erit decimũter
tium, quod cum domicilium non contrahat regulariter, neque forum ſortiatur, non debebit ui
54 uere quoque ciuium conſuetudine, † & eſt text.
clarus in c. quæ contra. 8. diſt.

Cui deciſioni tamen obſt. glo. in c. à nobis. 1.
de ſent. excom. dicens, ſi quis ita pronũciauerit,
Quiſquis furtum fecerit, ſit excõmunicatus, qđ
oẽs & extranei & non ſubditi comprehendent,
in loco furtum committentes.

Sol. hoc ideo eſt dicto caſu, quia ex delicto ef
ficiuntur ſubditi, authen. qua in prouincia. C. u
bi de cri. agi op. ergo non regulariter.

Et idem in ieiuniis, ne cum ſcandalo uideãtur
uelle nouam uiuendi formam in patriam nõ uſi
tatam inducere, iuxta illud, Cũ fueris Romæ, Ro
mano uiuito more. c. illa. 12. diſtinct. not. in d. c.
quæ contra.

Decimumquartum priuilegium habet, ſibiq́;
conceſſum eſt, ut poſsit quomodocunque uo
55 luerit teſtari, † authen. omnes peregrini. C. com
munia, de ſucceſ. & ſi teſtamentum factum ſit e
tiam coram duobus teſtibus ualeat, ut Bononiẽ.
hic dicunt.

Sed tu aduerte, quia dicta authen. procedit in
peregrinantibus propriè, ut ſunt Romipetę, &
ii qui uiſitant limina Petri & Pauli, & S. Iacobi
in Galitia, & quando moriuntur, non ſi ſuperui
uant, & non generaliter etiam, ſed quando teſtes
commodè haberi non poſſunt: puta quia in itinere infirmentur, in ſcholari haud conſiderabi
le, qui eſt in ciuitatibus Regiis, in quibus uigẽt
ſtudia, argumen. in c. ſtatutum. de reſcript. in 6.
declarat in terminis Angel. in d. authen. omnes
peregrini, & Pau. in l. nutritoribus. C. eod. & Iaſ.
in l. fin. colum. 4. C. de teſtamen. idem Ang. in §.
quod autem, ĩ Auth. de non alie. igitur quamuis
exul ſit, & in uia tanquam peregrinus, ex his tamen ualde dubito.

Aliud adhuc & decimumquintum priuilegiũ
habet, quia pro repræſaliis capi non poteſt, ut
infra ibi, nec ob alterius eiuſdem prouinciæ de
lictum, aliquod damnum eis inferat (quod aliter poſtea non repetemus) & maximè cum exul
56 ſit, & ut diximus, tanquam peregrinus, † iique
pro repræſaliis pariter capi non poſsint. d. auth.
omnes peregrini. ibi, liberè hoſpitentur. C. com
munia de ſuc. & utrunque dictum ponit Bart. in
tracta. repræſal. in nona quæſt. ſeptimæ q. princ.
& in 6. eiuſdem, ſignanter per d. auth. nonnihil
Abb. in c. fin. colum. 20. de foro compe. Bart. in
l. 2. in §. legatis. nu. 3. ff. de iud.

Decimumſextum priuilegium habet, qa eſto
quod peregrinantes dicantur uagabundi, ut inquit glo. in l. 4. in §. prætor ait. ff. de damn. inf. &
tanquam tales poſsint ubique locorum conueni
ri. l. 1. C. ubi de crimi. agi opor. l. 2. C. ubi de. uel
Cla. Bald. in l. fi. colum. 1. C. de præſcrip. lon. tẽp.
namque in iſtis uerificatur uulgatum illud, ubi
ego te inuenero, ibi te iudicabo. l. 2. C. eo. ubi de
crim. agi opor.

Tamen ſcholaris in loco ſtudii, pro contracti
57 bus † alibi celebratis, conueniri non poterit. ita
idem Bal. in d. l. 1. col. 2. ad fi. Aduerte tamen, qa
quæ dicuntur in iuribus prædictis procedunt in
delictis, dictum hic autem in contractibus: niſi
replicetur arg. procedere, licet non ſemper. l. abſentem. ff. de pœn. & Inſti. de publ. iudi. in princ.
item quod etiam in criminibus ad locum delicti
remitti poteſt, ſi petat (ut dixi poſt Abb. in c. fin.
de foro compe.) ſiq́; ſatiſdederit de ſtando iuri,
in proprio domicilio, ut poſt Tho. de Furl. magnum Doct. inquit Bal. in d. l. fi. Poſtremò uerò
quod non poteſt dici ſcholares propriè uagabũ
di, nec propriè peregrinãtes, dicamus igitur ſic,
quanquam ſit dare caſum, quod pro contractibus alibi factis quis poſsit conueniri in loco, in
quo reperitur, ſecus tamen eſt in ſcholaribus, de

quo

quo aliàs in l. hæres abſens. ff. de iud.

Et ad uagabundi propoſitum nota, quod ille eſt qui nullibi domicilium habet. d. §. prætor ait. quodq; is priuilegium perdit. l. ſi quis domeſticorum. C. de domeſti. & protc. lib. 12. ergo nullo modo ſcholaris.

Additio.

Redeundo quoque ad illud uerbum, ſemetipſos exinaniunt, elice quod duo hæc ꝑcipua ſcho
58 laria habere debet, † uigilantiam & ſobrietatē,
& pro ſcopo ſuæ laudabilis uitæ, ex quo (ut inquit & benè Saly.) pinguis uenter non generat tenuem ſenſum, nec dormitatio perfirit intellectum: & ſcriptum eſt amplius, quod uigilātibus & non dormientibus iura ſubueniunt. l. pupillus, ad fi. ff. quæ in frau. cre. Adde tu, ſicuti non manducat, qui non laborat. l. quamuis. ff. de dam. infc. & ibi glo. quod non addiſcit pariter, q non uigilat. d. l. pupillus. Iaſ. in addi. Por. in §. reſtituta, col. 2. Inſti. de fideicom. hær. ex quo factū eſt, ut Athenis argenteum numiſma aliquando cuderetur, à dextra parte Palladis, ſeu Mineruæ ſimulacrum habens, à leua uerò noctuam, uas uacuum, & inane inuerſumq; prementem, quo eliceretur facilè ſtudioſis ſobrietatem atque uigilantiam (ut diximus) quàmmaximè fore neceſſariam: imò plus, ut actuum 9. legitur, quòd hiſce, qui ieiunant, & uigilant, diuina reuelantur ſecreta.

Nonò ex iſto text. Ibi, qui aliquam ſcholaribus iniuriam inferre præſumat, elicitur & decimoſeptimo loco, quod ſcholaribus nulla iniu-
59 ria eſt inferenda, † etiam minima, quod ex eo ꝓ
batur, quia dicit aliquam, ut per glo. in clem. 1. de foro compe. in ſimili Dec. conſi. 349. colū. 5. uol. 2. & conſi. 373. col. 2. eo. lib. Bart. in l. ſi ſeruum, in §. prætor ait. ff. de acqu. hær. Abb. in c. ſuper eo, de eo qui co. conſan. uxo. ſuæ. Bertrand. conſi. 77. ad fi. uolum. 1. & conſi. 100. nu. 8. eod. lib. Alex. multa conſi. 68. colum. 2. uolum. 4.

Et pondera quod ſupra dixit, neminem ita audacem eſſe, ut illis aliquam inferat iniuriam, nūc uerò ne iſtud rurſum facere præſumat, qđ uerbum uitium ſonat, & in malam capitur partem, c. 1. de ui. & hon. cle. c. 2. de iudi. auth. cauſa. C. de epiſc. & cler. Archid. in c. Romana, colum. 4. per illum text. de appel. in 6. & diximus etiam in figuratione caſus. & cum tex. loquatur indefinitè debet intelligi de iniuria cùm extraiudiciali, tū iudiciali. l. ſi pluribus. ff. de lega. 2. Item uerbali, corporali, & reali. uerbali ſi iniuriati fama lædatur, corporali ſi corpus, reali in furto. imò quod fit etiam extra corpus, in ueſtibus, uel ſi fræno ſibi arroganter in uia detineatur equus, ut hic per Bald. & in l. 2. lect. 2. ff. de his qui deie. uel effud. ex quibus etiam gl. audax, & in uer. ſcholaribus, erunt expeditæ, ut potè nil aliud habentes.

Sed non ne generale eſt, nemini iniuriam eſſe inferendam. l. congruit. ff. de offi. præſi. l. ut uim. ff. de iuſti. & iu. c. factæ. 4. diſt. Hinc Ci. 2. de legi. ibi, leges enim conditas eſſe conſtat ad ſalutem ciuium, ciuitatumq; incolumitatem, uitamq; hominum & quietam, & tranquillam.

Pro ſol. dicit glo. hic, & tertia ī. in uer. ſpeciali, quod ſic, quodq; maximè ſcholares ab iniurijs defendi debent, de quibus fuit neceſſariū facere ſpecialem mentionem, ne uiderentur negligi. l. item apud Labeonem. §. hoc edictum. ff. de iniur. & eſt ſimilis loquendi modus, ſubauditione d. uerbi maximè in l. cum ulr. ff. de uſucap. & in l. ſi plures. in §. fin. in fin. ff. depo. & in l. Lucius. ff. ſolu. matrimo. & in §. fin. Inſti. de ſing. reb. per fideicommiſſ. re. & implicat breuiter idem eſſe in caſu non expreſſo, quo ad iuris effectum, ſed quod in eo non ſit tanta diſponendi ratio, ut declarat Por. in d. §. fin. nonnihil Barto. in extrauaganti ad repri. in uer. & maximè. Capic. dec. 163. nu. 2. ſignanter per iſtum tex.

Et quia dicit ſine cauſa paulò ſuperius, ibi, & à uiliſsimis ſæpe hominibus corporales iniurias perferunt ſine cauſa: quæro, quid ſi cum cauſa, eiſdem iniuria inferatur.

Reſpondent Doct. (præſertim Bald. & Saly. hic) quòd tunc imputaretur iſtud ſuæ facilitati, qui prouocare non debuerunt. l. 1. §. cum arietes. ff. ſi quad. pau. fe. di.

Et quia reatus omnem honorem excludit, aliàs ultra eos, d. uerba, ſine cauſa in lege poſita nihil operarentur, & male. l. ſi quando. ff. de lega. 1. c. ſi Papa, de priui. in 6. & quod reatus omnem honorem excludat, probatur in l. 1. C. ubi Sena. uel Cla. & eſt uerum, æquum, ac rationabile, ſi ſibi iniuria inferri non poteſt, ut nec ipſi alterā inferant, iuxta illud, de quo in c. humanum genus. 1. diſtinct. quod tibi non uis fieri, aliis feciſſe caueto.

Et ſenſit poſtea gl. in fi. qñ dicit qđ licèt uindicando, his iniuria non inferatur, infertur tñ ſi qs ſe defendat (ſupple tu) aduerſus prouocantem, cum moderamine tñ inculpatæ tutelæ, de quo aliàs in l. 1. C. unde ui. & probatur in l. ut uim. ff. de iuſti. & iur.

Et hoc priuilegio quoq; gaudent ad ꝓpoſitū, qa (ut dictū eſt ſ.) ſunt tanq̄ peregrini in uia, & itinerātes. c. ſi qs Romipetas. 24. q. 3. c. 2. de tre. & pa. Paui. in trac. de uiſi. in 8. q. 2. par. nu. 21.

Et ſi eiſdem iniuriam inferatur ſine cauſa (ut adhuc dictum fuit) abſque dubio qui hoc facere audent, puniuntur. caſus eſt hic, & poſt Nico. de Mata. notat etiam Bal. & bene, ex quo eſt quodammodo ſic ſacrilegium committere. l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſcop. & cler, quod impunitum manere non debet. l. ita uulneratus. ff. ad legem Aquil. c. ut famæ, de ſentent. excomm. in 6. Hinc memoratu dignum exemplum audi. Pariſiis enim cum ſemel fuiſſet ſcholaris, à nebulone quodam luto conſperſus, reliqui iniuriam ulciſci properantes, ita apud iudices egerunt, ut

offen-

offendentis ædes ſolo æquarentur, ipſe uerò e-
xularet. Imò quod non modò offendi, & iniu-
ria affici non poterant, ſed quod plus eſt, tãtum
auctoritatis ſibi compararat ſchola illa Pariſien.
ut Benedictum Papam XIII. anno 1407. Auinio
ni ſedentem amouere, & dignitate priuare ma-
gnopere contenderet.

Decimooctauò eiſdem terminis retentia, qđ
ſint exules, (intellige uirtutis amore laudandi,
quia exilium eſt etiam damnandum delicti tor-
pore, de quo aliàs in l. Papinianus exuli. ff. de mi
no.) & peregrini, cum in uia & in itinere eſſe di-
60 cantur, priuilegium habent, † ut ab omnibus,
non modò à Principe tueantur. d. c. ſi quis Romi
petas, uſque adeo, ut quis eum poteſt ipſum ab
iniuria tueri, ſi non tueatur, eidem iniuriam in-
ferre dicatur. l. 2. & ibi Bal. ff. de noxa. & limitabi
* tur una communis ſe opin. Bal. in l. ut uim. in 8.
q. ff. de iuſtit. & iur. dicentis, ſi quis potuit offen-
ſum iuuare clamando, uel aliter: & non fecerit,
quod non tenebitur, ut fallat in ſcholari, ſicuti ĩ
patricidio. l. utrum. ff. ad leg. Pomp. de par. & læ-
ſæ Maieſtatis crimine, l. quiſquis. §. id quod. C. ad
leg. Iul. maieſt. Bar. in d. l. utrum, & in l. 1. in §. oc
ciſorum. ff. ad Syllan. & no. aliàs in l. culpa caret.
ff. de reg. iu. & in c. quantæ, de ſentẽ. excom. & in
c. ſic ut dignum, in §. illi etiam, de homi. & in c. di
lecto, de ſen. excom. in 6.

Decimo nonò priuilegium habent, ut in ſcho
61 lis capi non poſſint, † ſicuti nec capi poteſt pri-
uatus in domo, quæ cuiuſque tutiſſimum refu-
gium, atque receptaculum eſſe dicitur, uulga. l.
plerique. ff. de in ius uoc.

Nec ab re, quoniam eo in loco docent leges,
quæ ſunt ſacræ, imò ſacratiſſimæ, ut dictum eſt
ſupra, & habetur in l. leges ſacratiſſimæ. C. de le
gi. quæq; diuinitus per ora principum promul-
gantur. l. fin. C. de præſcrip. lon. temp. c. ſi. 16. q.
3. ſacerdotes uerò, iuris profeſſores, ut in l. 1. ff.
de iuſt. & iur. & non immeritò ſcholæ ſacrarium
quoddam, ſiue lararium dici poſſunt, non ſecus
ac illud Seueri Imp. in quo (ut Lampridi. refert)
Apollonium Thyanæum, Orpheum, Virgilium,
Ciceronem, Abraamum, & Chriſtum habebat,
& ſcholæ à nobis, ut auditoria à Iureeon. appel-
lantur. l. lecta. ff. ſi cer. pet. l. Titius. ff. de act. em-
pt. & ut olim Athenis Gymnaſium, Academia,
& Lycæum. non igitur piaculum erit inde eos a-
uellere? l. præſenti. C. de his qui ad ecel. confu. &
ſi alio in loco capi non poſſunt, ut in carcerẽ de-
trudantur, (quod ſatis ſuo loco dictum eſt) ne
hac iniuria afficiãtur, multò minus in ſcholis po
terunt detineri.

Vigeſimò gaudent priuilegio, qa eſto qđ qs
62 agere inuitus † non cogatur. l. 1. C. ut ne. inui. l.
in re mandata. C. man. c. frequens. §. ſolet, de reſt.
ſpol. in 6. cogitur tamen à ſcholari receſſuro, ut
ſignanter gl. (in ſcholari exẽplificando) dicit in
l. diffamari. C. de inge. ma. q̃ ad unguẽ refert & ſe-
quutus ẽ Rebuf. ĩ tra. ſæpe alle. ſcholari. priui. 17.

Sed tamen aduerte, quanquam gl. ibi in ſcho-
lari exemplificet, qđ tñ gñale eſt remediũ oĩbus
competens. l. ſi ea. C. qui ac. non po. l. ſi eo tpe. C.
de remi. pi. l. Titia. ff. de accuſ. Bart. in l. 2. col. 2.
C. de edea. & hoc eſt qđ dicebat Aret. in rub. de
excep. col. 17. & ante eum Bal. in d. l. 1. C. ut ne. ĩ-
ui. fore notandum pro Poteſtate Ferrariæ, qñ im
ponit finem officio, qđ põt petere terminũ à iu
dice ſtatui, intra quem agatur contra eum, ſi qs
agere intendat. & latiſſimè ac ad ſaturitatem ma
teriæ d. l. diffamari, Boer. deci. 255. par. 2.

Vigeſimoprimò, quia regula eſt, qđ nemo al-
teri ſtipulari poteſt, l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff.
63 ff. de uerb. obl. & tñ ſcholaris poteſt, † ut idẽ Re
buf. inquit ubi ſ. priui. 104. nu. 14. ſola auctori
tate Iaſ. fretus in l. 1. col. 2. ff. de in lit. iur. qui ĩn
hoc non dicit, nec de ſcholari mentionem facit,
ſed qđ tñ liceat ratione amicitiæ. Idem Iaſ. in d.
§. alteri, nu. 12. & ſi hoc eſt ratione amicitiæ (de
ueritate limitationis non diſputo) ſequitur ne-
ceſſariò, qđ ſpeciali priuilegio iſtud ipſum ſcho
lari indultum non ſit, arg. eorum, quæ not. in l. ſi
quando, ubi Bar. C. de app. & in c. auditis, & ibi
Abb. col. 3. de ele. quando ſunt duæ qualitates,
qđ illa ſola attenditur, quæ eſt à iure ponderata,
ut amicitiæ hic, uel dic ſi poteſt, quod poſſit uti
publica perſona, ut tabellio, & ſacerdos. l. nõ ali
ter. ff. de adop. l. 1. §. ius publicum. ff. de iuſt. & iu
re, not. in d. l. ſtipulatio iſta, in §. ſi ſtipuler. ff. de
uerbor. oblig.

Vel dicamus, ſi contra regulã procuratori cõ
ceſſum eſt, l. procurator, qui. ff. de procu. item ſa
cerdoti & notario (ut dixi) multomagis conceſ
ſum eſſe uidetur ſcholari, cum tamen cautũ non
inueniatur iſtud (ut rurſum dixi) dubito & eſt
arg. in l. in fraudem. in §. fi. ff. de mil. teſt. cogita.

Vigeſimoſecundò, quia uideo quod etiam re
gulariter actor ſequi debet forum rei. l. iuris or-
dinem. C. de iuriſdic. omn. iudic. c. ſi quis contra
clericum. c. cum ſit generale. cap. ſi clericus lai-
cum, de fo. compe. Spec. in §. 1. in prin. de comp.
64 iud. adi. & tamen ſcholaris † debitores ſuos
conuenit coram ſuis iudicibus, ut not. in c. 1. &
in c. fin. de offi. delega. in 6. quos conſeruatores,
dictam regulam ſimpliciter limitando, uocat Re
buf. in dicto tract. priuileg. 10. & nimirum ul-
tra eum, quia tuentur ſcholares ab iniuriis ſibi il
latis ut hic, & in d. c. fin. ad fin. & ibi Gemin. not.
de offic. deleg. in ſexto.

Et ad idem adde quod ſunt delegati Imper. ut
Papæ aliàs in caſu d. c. fin. declarat Ancharanus
conſi. 132. colum. 1. & 2. & plus, quod ab ipſis ad
principem appellatur. nõnihil Abb. in c. ad hæc,
colum. ſecunda. de reſcrip. idem Ancharan. in lo
co prææallegato, & conſilio 215. columna ſecun-
da, & limitabitur (ut etiam dictum fuit ſupra)
quod habetur in l. Imperatores. ff. de appellatio.
Abb. in quæſtione, Gandolphus, columna 13.

Tamen nec iſtud difficultate carere uidetur,
quoniam in hoc priuilegiatus non reperitur ea
preſsè,ſed ut ab iniuriis defendantur.Ideo & ad-
huc cogitandum eſt,quia nec dicitur in d.c.1.&
fi.de offi.deleg.in 6.

Vigeſimotertiò,quia iudex ordinarius,regu-
lariter ſuſpectus recuſari non poteſt.ſ.niſi in q-
buſdam caſibus,de quibus in l.apertiſsimi.C.de
iudi. Imò qui recuſat ſine cauſa tenetur actione
iniuriarum.l.ſi uerò.§.1.ff.qui ſatiſd.cogan.Bal.
in c.ſuper quæſtionum,nu.1.de offic.deleg.& ſi
cum cauſa in caſibus permiſsis,cauſa probari de
bet,ſaltem per iuramentum calum.ut ibi, & tñ
65 ad propoſitum ſcholari conceſſum eſt,† ut hic,
ubi quem ea tribus quos habet,maluerit, elige-
re poteſt,& caſu quo recuſet ob hoc, cum nõ ui
deatur calumniari,nec ei iuramentum deferet,
ut declarat idem Bald.in procem.ffórum,lect.2.
in §.pen.ad fin.

Quanquam de iure ciuili etiam ab interlocu
toria non appelletur,ut à diffinitiua (quæ nam
ſint,& quomodo cognoſcantur, declarat glo.in
clem.1.de ſeq.po.& fruc.) l.pen.C.quo.ap.non
re.not.in l.à procedente.C.de dila.Bal.cõſi.382.
col.2.uol.3.quod tñ intellige, niſi ſit grauamen,
qđ non poſsit reparari per appellationem à diſ-
finitiua,quia tunc appellaretur.l.2.ff.de ap.re.de
clarat Bar.in d.l.pen.

Poterit nihilominus (& erit uigeſimumquar
tum priuilegium) ſcholaris appellare, ut inquit
66 Rebuf.in d.tract.priui.163.† & eſt caſus clarus
hic ſecundum eum, in illis uerbis ab oĩ iniuria
defendamus.qui enim õmne dicit,nihil excludit
l.Iulianus.ff.de leg.3.c.ſolitæ.de maio.& obed.
ponderando quoque (ut dicebam heri) uerbũ
aliquam,quod in qualibet etiam minima uerifi-
catur,clem.1.ubi glo.de foro competẽ. Abb.in
ſpecie,& per prædicta,in diſputat.Gandulphus
clericus,colum.13.

Cogita tamen, quòd iniuria non ſit propriè,
ex quo iudex uir bonus dicitur. l.uir bonus. ff.
iud.ſol.pro ſe præſumptionem habens. l.Heren
nius.§.Caia.ff.de euict.uſque adeo, ut hac ratio
ne dici non poſsit, quod ſub dictis uerbis iſtud
ipſum comprehẽdatur:maximè,quia iniuria di-
cta eſt rurſum,quod non iure fiat, ſed interlocu
toria iure ſit præſumptiuè ſaltem, ergo non de-
bet poſſe appellare.l.1.in princip.ff.de no.oper.
nuncia. cogita.

Vigeſimoquintò ſcis tu,quod ĩ iudiciis æqua
litas ſeruari debet.l.fi.C.de fru.& lit.expen.& ſi
dilatio conceditur reo, eadem actori denegari
non debet.l.petendæ.C.de temp.in integ.reſtit.
pe.ſiq; teſtes ad offenſam admittuntur, quòd de
bent admitti etiam ad defenſam, ut inquit Bart.
in l.cum lite mortua,colum.penul.ff.iud.ſol.&
plus dicit Gemin.in c.1.nume.9.de do.& con.
in 6.ſi actor impetrauerit reſcriptum, quòd reus
perſonaliter compareat:ipſe uerò comparuerit
per procuratorem, quod dicetur contumax, &
67 nihilominus (ad propoſitum) ſcholaris† habet
prærogatiuam iudicii,ſeruareq; in eo regulam
d.l.fin.eſſet eiuſdem priuilegia eneruare, & ma-
lè,ut ibi in terminis dicit Bald.colum.2.& eſt ar
gum.in l.fi.ff.de conſti.prin.& ſignanter per au-
thẽ.iſtam,quod nota ad limitationem d.regulę.
Tamen & quo ad iſtud etiam dubito,ex quo pri
uilegium eneruaretur,ſi quid factum eſſet cõtra
id,in quo priuilegiatus eſt,nec uulnerata regula
d.l.fi.reperitur. Cogita.

Vigeſimoſextò non ignoratis etiam recepta-
torum ſcelus, quàm graue ſit, & legibus odio-
ſum,ex quo ſine his delinquentes diu latere non
poſſunt,ut dicitur in l.1.ff.de receptat.l.1.C.de
his qui lat.oc.& pondera uerbum in d.l.1.ff.de
recepta.ibi puniantur perinde ac latrones, quia
denotat omnimodam ſimilitudinem,& totalem
identitatem iuris,ut inquit Bal.in l.utrum.in §.
perinde.ff.de petit.hæredit.& tamen ſi ſcholaris
68 † receptauerit ſcholarem amicum ſuum banni-
tum,punietur mitius.ita Barto.in l.2.ff.eod.Re
buf.in trac.præal.priui.104.nu.34.

Aduerte, quia Bar.in d.loco de ſcholari nihil
dicit. eſt bene uerum quod iſtud per illum text.
decidit,ſi bannitus,qui aliàs hoſtis Reipub.dici-
tur.l.amiſsione.§.qui deficiũt.ff.de cap.di.ſit re-
ceptantis ſeu receptatoris affinis uel cognatus,
uſq; adeo ut non debeat ad amicum ſcholarem
extendi,quia materia eſt pœnalis & odioſa ĩ qua
non admittitur extenſio, ſi non ſit ratio ſcripta
in lege, iuxta no.in l.ſi uerò.in §.de uiro.ff.ſol.
matrimo. & in auth.quas actiones. C.de ſacro-
ſan.eccl.& ſi ad ſcholarem amicum, nõ hoc erit,
quia ei in priuilegium conceſſum ſit, ut dicebã
ſupra in ſimili,num.63 Et ad amici propoſitum
oportet, quod amicitia ſit magna,& non uulga-
ris,unaq; anima in duobus corporibus,ut inquit
poſt Philoſophum Bald.in l.ut uim.colum.2.ff.
de inſtit.& iur.not.in l.cum rem alienam.C.de
legat.& in l.cum allegas.C.de caſt.pecu.lib.10.
plenè Alexand.in l.exigendi.colum.3.C.de pro-
curat.ideo cogitandum eſt & dicendum, qđ ille
uerè amicus ſit, qui flet ſi lachrimas (ut Poeta
ait) conſpexit amici. & qui iterum,ſi dixerit æ-
ſtuo, ſudat.

Vigeſimoſeptimò priuilegium habet quàm
maximum,quia ſi ſit eminentis doctrinæ, & ue-
niat ratione delicti ultimo ſupplicio afficiẽdus,
executio differri poterit, quolibet etiam peten-
te,donec conſulatur princeps, qui ueriſimiliter
69 ei gratiam faciet.† allegat ad hoc Rebuf. text.
tritum in l.ad beſtias, ibi, roboris & artificii. ff.
de pœn.priuileg.109.in tracta.præallega. ſæpe,
ſed iudicio meo non probat hoc ille text. ſolùm
dubitat,an damnatus ad beſtias,à præſide remit-
ti Romam poſſet,qui populi ſpectaculo dignus
uideretur, ob artificii & roboris excellentiam:
& dicit quod non,niſi princeps conſulatur. non

nihil Alcia.Parerg.lib.2.c.28.& an in arduis cō
ſulendus ſit,ut diximus in l.fin.in princip.lectu.
1.& 2.C.de pact.quo fit,ut omni alio caſu ſup-
ponatur habilitas,quod ei gratia non fiat.l.q te-
ſtamento.ff.de teſta.c.1.de æta.& quali.in 6.ſed
quod puniatur, & cum beſtiis in amphiteatro
depugnet.l.ita uulneratus.ff.ad legem Aquil.&
quia ob temporis breuitatem quoque, hoc idem
in ſcholari eſſe non poteſt,ſed in doctore,& quo
ad alia,non in delictis:exempli gratia qđ priui-
legia habeat in patria & extra.l.ſed & reproba-
ri.§.amplius,& ibi no.Nicol.de Neapo.ff.de ex-
cuſ.tuto.glo.not.in §.item Romæ.Inſti.eod. itē
quod quis habeat duo beneficia īcompatibilia,
hoc eſt curata.c.de multa,de præben.uel admit-
tatur ad aliquem actum, puta ad legendum, ad
quem aliàs admitti non poterat ex forma ſtatu-
ti, ut Bononiæ forenſes, qui de mane legere nō
poſſunt, & tamen tempore Eugenii V.admiſſus
fuit Ioan.de Imol.ob eminentem tanti uiri ſcien
tiam, qui non legit niſi unam lectionem,die ſe-
quenti,morte ſubitanea,forte præ nimio ſenio,
interemptus, ut referunt Bononien. audiuiſſe,
hoc idem Barb.præceptorē dicentem in l.unius.
in §.cognitorum, numero 79. ff.de quæſtio.&
ante eos Veronen.in l.1.C.de uſucap.pro empt.
& ultimo loco,quia nunquam ſunt demerita cū
meritis compenſanda, ne ciuilitas deſtruatur,
hiſtor. nota eſt Horat. T.Manlii Capitolini Sp.
Caſsii,& ſimilium.cogita.

Vigeſimooctauò priuilegium habet ſchola-
ris, quia eſto quod iudex non impartiatur offi-
cium ſuum irrequiſitus.l.4.§.hoc autem iudi-
cium.ff.de damn.inſe. maximè quando id quod
incumbit eius officio,eſt tale ut conſiſtat in iure
radicato parti ſecundum Bald. in l.1.in §.magi-
ſtratibus.ff.de magiſtr.conue.hinc legitur Luc.
16.& Math.15.& Io.5.quod nec à ſimili Chri-
ſtus,cuius actio noſtra eſt iſtructio, ſalutem im
partiens eſt cæco, Cananeæ filio, uel paralitico,
niſi ipſis petentibus.c.ſignificaſti, de elect.

70. Impartitur † tamen hic,ut text. noſter innue
re uidetur,in illis uerbis, ſpeciali quadam dile-
ctione ab omni iniuria defendamus,& ut hic per
Bald.colum.4.& Rebuf.priui.105.ſignanter ip-
ſum ſic ponderando ad idem,qui benè dicit qđ
defendi debet,quodq; ſacrilegium quodammo-
do eſt,ipſum offendere:ſed non quod non requiſi
tus,officium ſuū ad hoc impartiatur, & inquirat,

Sed aduerte,quia hoc dicit poſt Nicol.de Ma
tarel.poſtea, colum.5.ad fin. quod licèt inquiri
non poſsit,niſi contra malos & pernicioſos ho-
mines, ut prouincia purgetur.l congruit.ff.de
offic.præſid.Bartol.in extrauagā.ad reprimend.
uer.inquiſitionem. Abb.in c.qualiter & quan-
do,ſecundo,colum.3.de accuſ.uſque adeo ut eo
rum defenſionem nullus ſuſcipere poſsit.l.per
omnes.C.de deſen.ci.& fama locum accuſatoris
teneat.l.iuſtiſsimos.C.de offi.recto.prouin.po
terit tamen hoc caſu, ut ex d.uerbis colligitur,
nonnihil Alexand.in apoſtil.ad Bartol. in l.ſecū
da,in §.ſi publico,in princip.ff.ad legem Iuliam
de adulteriis.

Tamen Barto.ibi ponit quatuor regulas, in
quibus per inquiſitionem procedi ſemper pōt,
& nihilominus hic caſus non uidetur in illis cō
prehenſus.fuſius Bald.in l.ea quidem,colum.6.
C.de accuſ.poſt eundem Nicol. Matarel. quod
contra latrones,plagiarios, & ſacrilegos etiam
procedi poteſt, ergo & contra iniuriantes ſcho
lares,qui (ut ſupra dictum fuit) quodammodo
ſacrilegi ſunt.l.1.ff.de iuſt.& iu.l.ſi quis in hoc
genus.C.de epiſ.& cle.

Vigeſimononò,quia ex nulla cauſa à ſtudio
71 diſtrahi debet,†ut per Angel. in l.omnes.C.de
agrico.& cenſi.lib.10.Seyſel.in l.1.in ult.uerbis
ff.ſoln.matrimonio. quo fit ut hac de re ex nulla
cauſa libri ſibi rurſum poſsint auferri ſecundum
glo.in l.nepos Proculo, ff.de uerborum ſignifi.
ſicuti nec militi arma (ut ibi dicit glo.) ne Rem
pub.deſerat,& à militia auocetur. unde eſto, qđ
pater teneatur emere libros filio ſtudenti, ſunt
tamen communes aliis fratribus.

Verum eſt,inquit Bal.quod fratres debent eſ
ſe contenti, æſtimatione pro rata (& nunc ad
propoſitum) quia ſicuti arma non ſunt auferen
da militi, ita nec libri auferri debent ſtudentib.
in l.Macedoniani.C.ad Maced. nec bones & in-
ſtrumenta culturæ colonis,ſiue ruſticis,ne ab a-
gricultura auocentur pariter, & ſterilitas indu-
catur.l.executores.l.pignorum, auth.agriculto
res.C.quæ res pig.obl.po.Luca.in trac.de priui.
ſi.quæ per.ſiunt à collec.exemp.nu.6.

Trigeſimò priuilegium habet,quia eſto quod
regul.ſit qui prior eſt tempore, quòd is in iure
ſit potior.cap.qui prior,de regul.iur.in ſexto.l.
quotiens.ff.eodem. attamen in ſcholari fallit,
72 † ut in quæſt.de fabro (de qua etiam ſupra) in
quit Bartol.in l.1.nume.30.ff.ſoluto matrimo.
maximè quia priuilegia non conſiderantur ex
tempore.l.quod quis.l.priuilegia.ff.de priuileg.
credit.& quia in dote mulieri æquiparatur ha-
benti priuilegium pariter, ut cuicunque præfe-
ratur,quanquam prior ſit tempore.l.aſsiduis.C.
qui potio.in pig.habean.& una erit ex limitatio-
nibus traditis ad regulam, addenda ad alias ſe-
ptem,de quibus in Mercu.Ioann.Andr.in dicto
capit.qui prior, dic ut per eum. & hæc ſufficiāt
ut prolixitati occurramus: quandoquidem cæ-
tera plana ſint, & facilè, ope aliorum maxi-
mè, qui de his ſcripſerunt, & hic & alias in lo-
cis, à uobis iam uia commonſtrata, poterunt
inueniri.

Decimò & ultimò (cætera dicam unà cum
glo.infra) ex iſto text.ibi, quod aliquando ex
peruerſa conſuetudine factum audiuimus, no-
ta (ut etiam dicit glo.) quæ ob hoc erit (ut aliæ
huc uſque) pariter expedita, quod conſuetudo

73 peruerſa non eſt ſeruanda,† & plus, quod nec longo tempore confirmatur,ut dicit text. in §.. in Authen.ut nulli iud.& in cap.nos Federicus. in princip de ſtat.cont.lib.eccle.in uſib.ubi Fe- dericus Imper.irritat , & irritas denunciat omnes conſuetudines contra eccleſiaſticam libertatem. Et nimirum ad propoſitum, quia conſuetudo ratione carens,non eſt conſuetudo.capit.cum in cunctis,de his quæ fi.à maio.par.cap. c.cum cauſam,de re iudic.cap.t.cap.cum ucnerabilis,de conſuetu.& eſt argumen.optimum in l.ſecunda.in §.t. ff.quemadmod.teſtamen.aper. & in l.Paulus.ff.de uerb.ſignific. & in l.eleganter.in §.qui reprobos.ff.de pignor.actio.& in ca no. uera.45.diſtinct. Cyn. in l.falſus.in princip. C. de furtis.

Sed quomodo peruerſa eſt conſuetudo,ſi omni iure repræſaliæ,de quibus etiam ſupra pmiſ-
74 ſæ ſunt,† quod attellatur communiter ☩ teneri ☩ Iac.Canis in tract.repræſa.nu.14.

Sol.in ſcholaribus peruerſa eſt, nec ſequẽda, ut hic, & fuſius idem Canis declarat in loco præ alleg.nu.43.quo ad alia uerba text. non inſiſto, quia dictum fuit ſupra,& unà cum gl.ſ. dicetur quoque,ſi oportuerit.

Additio.

Vltra priuilegia enumerata ſ. aliud addi etiã poteſt,quod ſcholaris notoriè doctus tranſit ſi-
75 ne † examine,ut per Abb. in c.conſtitutis. a. in not.de appel.

Item quòd quamuis legitimam perſonã non habeat ſtandi in iudicio ſine conſenſu patris,l.ſi. §.neceſſitate.C.de bonis quæ lib.actioq; compe
76 tat patri,officium tamen iudicis implorat, † & pro uiatico mutuo dato agit. l.cum filiusfamilias.ff.ſi cert.per.

Poſtremò uerò,ſi monacho concedatur à Papa,ut triennio audiat leges,& ius Cęſareum,qđ
77 poterit triennio etiã interpellato † hoc idem facere,ex quo fauor ampliandus eſt, non reſtringẽdus.l.rũ quidam.ff.de lib.& poſthu. ita Bal.in l.non ſolum.in prin.ff.de excu.tut.

In glo.modo ſi litem, habetis, quod uerbum lis, tam de criminali, quàm de ciuili intelligi de
78 bet,† & ſic largè quanquàm alibi (inquit) pro pecuniaria capiatur,in l.t.ff.de teſti. & alibi criminalis pro pecuniaria.l.in criminali.C.de iuriſdict.omn.iudic.ſed tu aduerte capi in d.l.1.quia expreſſè dicit text.lites pecuniarias,argum.in l. ſi ſeruus.in §.qui quinq;.& ibi Bald.ff.de lega.1. Barto.in l.1 .nume.3.C.de ſumma trin.nec dicitur pecuniaria criminalis in d.l.in criminali,ſed quòd regula illa in criminali,quod actor ſequi debet forum rei,habet locum etiam in ciuili cau ſa.l.iuris ordinem.C.eod.& ita ibi glo.declarat, & benè.adde ſimile in l.qui accuſare.C.de eden. & ibi not.Odofr.& Ial.& quo ad uerbum litis, dic quod regulariter actionem ſignificat. l.litis nomen.ff.de uerborum ſignific.quandoque uerò inſtantiam l.cum lite mortua. ff.iudic.ſol. & quod differt à cauſa: quia cauſa eſt terminus generalior, diciturq́ue ante litem conteſtatam & poſt: lis uerò poſt tantum.l.apertiſſimi.C.de iudic.l.edita.C.de edend.c.ea parte, tertio.de uerborum ſignific.& not. aliàs in l. poſtquàm liti. C.de pact.& in l.cauſas. C.de tranſaction. hic ergo non modò de ciuili lite intelligi debet, uerũ (ut dictum fuit) etiam de criminali,quia paulo ſupra deciſum eſt , inquit gloſſ. ſupple tu in gl. ſcholaribus,iniuriam ſcholaribus ſine cauſa inferri non debere , cum cauſa autem ſic: ergo & coram ſuis iudicibus accuſari, ex qua poteſt in hoc notari, quòd ex præcedentibus ſequentia declarantur.l.ſi ſeruus plurium,ad fin. ff.de leg. primo.l.fin.& ibi Barto. ff.ad Trebel.Odofre. in l.ſi uerò,in §.primo.ad fin.ff.manda. Pau.Caſtr. conſil.45. colum.2.uolum.1. alia ratione iſtud etiam probat Bald.hic, colum.6.ut per eum, & ut infra ſtatim. ſubdit tamen adhuc glo. quod ſcholares Bononienſes priuilegio ſuo renunciarunt,nec poſſunt conueniri criminaliter, niſi coram prætore, & atteſtatur etiam ſic hodie ſeruari.

Sed quomodo criminaliter agi poterat corã Epiſcopo(hæc enim auth. uenit ad extenſionem eorum,quæ dicuntur in §.pe.in proœm.ffor um, tam in ciuili, quàm in criminali loquẽtia, ut hic per eundem Bald.& eſt argum.in §.fin.in Auth. de ſi.ante do.inſt.na.) qui non habebat,nec habet iudicium ſanguinis.c.ſententiam ſanguinis, ne cler.uel mon.

79 Sol.de crimine ciuiliter intelligi debet, † ut huic tacitæ obiectioni occurramus, non criminaliter.c.ſuper his, de accuſ.c.iuæ, de procurat. Bar. in l. infamem.colu.2.ff.de publ.iudi. quod Bald.met declarat,& Saly.nec aliter dici poteſt, quoniam ſemper uerba legis interpretari debent, ne in abſurditatem incidamus. l.nam abſurdum.ff.de bon.lib.§.ſi quis,in aliena,Inſti.de rerum diui.§.ſed & quod principi placuit,Inſti. de iur.nat.& ibi Por. in princip. l.qui teſtamento.ff.de teſtamen.

Moueo rurſus aliam difficultatem , quomodo glo.hoc ipſum atteſtanti ſit credendum,cum de renunciatione non appareat. l.in bello.§.factæ.ff.de cap.& poſtli.re. c.cum in iure peritus, de offic.deleg.argum. in l.ſi de interpretatione, ubi glo.ff.de legi.

Sed tranſeat facta huiuſmodi renunciatione ab uniuerſitate adinſtar priuatorum. l. ſi quis in conſcribendo.C.de pact.quomodo potuit huic noſtræ, Ferrarienſi, Piſarum, Senarum, Neapolis,& aliis præiudicari: res enim inter alios acta, tertio non præiudicat.l.1. & toto titulo. C. res int. alios ac.

Sol.fatentur omnes, quòd aliis uniuerſitatib. non nocuit,Cyn.maximè Bald.& Saly. ego uerò
80 † dico aliter,quòd imò nocuit:quia ſicuti ſcho-

lares Bononien. Federico conqueſti priuilegia ſunt conſecuti, quibus tamen gaudet non modò uniuerſitas Bononien, uerum etiam cæteræ uniuerſitates, quod nullus ſanè negat: ita eadem renunciando, quantum ad cauſas criminales alijs potuit præiudicare, & hac ratione non obſt. quod dicitur in l.1. C. res int. ali. ac. & eſt argumen. in l. Papinianus. in §. ſi. ff. de inoſti. teſtamẽ. Bar. in l. nam & poſtea. in §. ſi petitor. in fin. ff. de iureiuran. multa Bal. in c. quamuis. nume. 6. de re iudic. cogita.

Vltimò dicit glo. quod clerici exceptuati fuerunt, qui ſuo priuilegio renunciare non potue-
81 runt, † c. ſi diligẽti, de fo. comp. auth. ſtatuimus. C. de epiſ. & cle. & cum ea cæteri.

Ego uerò dubito, quia iſtud uerum foret, qñ ſinguli renunciaſſent. ſed quia uniuerſitas renunciauit, uidetur qđ clerici quoq; includantur, arg. in l. quædam. ff. de acq. rer. do.

Sed tamen iſtud non eſt paſsim admittẽdum, ex quo nullo modo clericus à laico poteſt iudicari. c. decernimus, de iudi. niſi degradatus, & ſpeciali caſu quidem, c. cum non ab homine. de iud. unde etiam produxit illud forte, de quo Pſal. 104. tangere Chriſtos meos.

Eſt uerum quod illud, quod facit uniuerſitas, ſinguli aliàs facere uidentur. l. ſi chorus. in prin. ff. de leg. 3. l. quod maior. ff. ad municip.

In glo. optione, in prin. habes, quotieſcunq; ſumus in contractibus, quod in alternatiuis ele-
82 ctio eſt dare † debentis. l. plerunque. in fin. ff. de iu. do. ubi ad literam dicitur, cum illa, aut res promittitur, quod rei electio eſt, & ibi gloſſ. pariter concordantes allegat.

Et idem dicit Bart. in l 1. colum. 2. ff. de actio. emp & Alexand. in l. 1. in princ. ff. qui ſatiſd. cogan. ſi promiſero ſatisfacere, uel ſoluere, quod potero ſoluere, dare fideiuſſorem, uel pignora. nonnihil Bald. in l. 1. colum. 3. C. ſi ſer. exte. & in l. ſi traditio. colum. 1. C. de actio. emp. quod emptor agens & alternatiuè petens ſibi rem tradi, aut intereſſe præſtari, ex natura alternatiuæ confert electionem debitori, & de materia in d. l. 1. ff. eo. no. diſtinctionem ponit idem Bart. in l ſtipulationes non diuiduntur. ff. de uer. obl.

Secundò habes ex eadem adhuc, quod in iudi-
83 ciis eſt ſecus, † quodq; actor eligit non reus, traditq; tria exempla.

Primò in noui ope. nun. ut opus demoliatur, uel qui ædificauit intereſſe ſoluat. l. ſtipulatio. §. opus, & ibi gl. placuerit. ff. de no. ope. nun.

Secundò in dubio, declarando l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iud.

Tertiò ſi pluribus actionibus agendum ſit, l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributo. actio. aliud etiam ponit: ſed quia non probatur in iuribus per eam alleg. non refero.

Vel dic ſecundum communem intellectum, quod adhuc agens eligat, ſub quo iudice debitorem ſuum conueniat, l. quod legatur. l. ſi fideicommiſſum. ff. de iudic. quid in criminalib. not. ĩ l. quicunque, & ibi dixi, C. de ſer. fug.

Si ſic ergo eſt, quomodo hic eligitur iudex, ſub quo ſcholaris conueniatur, & quidẽ ab eo? Reſpondet glo. & benè, hoc idem ſibi priuilegio conceſſum fuiſſe.

Ad primum, adde non ſemper uerum fore, quod de contractibus ad iudicia ualeat argu. ad quod ſolet allegari text. in l 3. in §. idem ſcribit. ff. de pec. quia in cõtractibus (ut dixi) electio eſt rei, & in iudiciis actoris regulariter.

Ad ſecundum uerò, ſi priuilegium eſt, quod ad conſequentias trahi non debet. c. quæ à iure, de reg. iur. in 6. l. ius ſingulare. l. quod uerò contra. ff. de legi. quodque exceptio hoc caſu firmat regulam in caſibus non exceptuatis. l. quæſitum. §. denique. ff. de fun. inſt. no. in c. cum dilecta, de confir. uti. uel inuti.

84 Tertiò & ultimò habes, † quod quamuis elegerit, poterit tamen uariare, uſque ad lit. conteſ. ſicut actor. l. ſi conuenerit. ff. de iuriſdictione omnium iudic. l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. ff. ſolu. matr. l. non diſtinguemus. §. cum quidam. ff. de arbit.

* Quæ glo. tamen in hoc * communiter reprobatur, quia ſic nunquam finiretur, eſſetque in facultate ipſius, & arbitrio conueniri poſſe, & malè. l. nõ utique. §. 1. ff. de eo quod cer. lo. p quem tex. ita etiam dixit gl. in l. huiuſmodi. ĩ §. Stichũ. ff. de leg. 1. eligendo igitur unum, alios recuſare uidetur, ad quos uariando reuerti non poteſt, ut hic per Bar. auth. offeratur. C. de lit. conteſ. l. ſi quis iuſiurandum. C. de reb. credi. eſt uerũ qđ aliqui uolunt, quod uariatio ſemel permiſſa ſit, ſed ex prædictis opinio prima eſt melior. adde Bal. etiam ita tenentem conſi. 285. col. 2. uol. 1. ſignanter per tex. in d. l. non utique, & p no. hic fuſius poſt Cyn. & una cum eo etiam Salyc. & ultra eos eſt arg. in l. tutori. C. de neg. geſſ. ibi, ſufficit ſi in paucis amici laboribus conſulatur.

Et quia cum ſit reus, & electionem habeat cõtra regulam, ut ſ. non æquè, conuenit ipſum poſſe uariare, ex quo tollitur argu. l. ſi conuenerit. prælleg. quia loquitur in actore. & rationem diuerſitatis aſsignat idem Cy. ut hic per eũ, dicens quoque ad tex. in d. §. eo autem tpe, qđ uariatio ibi nulli præiudicabat, ideo permiſſa eſt, hic uerò ſic: igitur prohibita. & quia ſunt ſol. ſatis reales, tranſeo, & ita etiam ego teneo.

In glo. domino, dum dicit, quod Doctor aliquando præceptor, aliquando magiſter appella-
85 tur, intra quæ adducit ſunt † clara. Adde text. in l. an manumittere. ibi, ego memini quidem Iabolenum præceptorem meum in Africa, &c. ff. de mann. uindic. & in l. Aquilius. ibi, Aquilius Regulus iuuenis, ad Nicoſtratum præceptorẽ ita ſcripſit. ff. de dona. & in l. 1. in princip. ff. de uar. & extraord. cog. de magiſtro in d. l. Aquilius, &

in c.primo,ſecundo,& tertio,de magiſt.l.magi-
ſtros,de profeſſ.& med. lib.1c.de præceptore,
& magiſtro ruiſum,& quare ſic uncentur, in l.g
bns.ff.de uer.ſig.& ſacit etiam illud Poe.Eneid.
8.de Pallante,quando ſic dicit,

Hunc tibi præterea ſpes, & ſolatia noſtri
» *Pallanta adiungam,ſub te tolerare magiſtro*
» *Militiã,et graue Martis opus,tua cernere ſacta.*
» *Aſſueſcat,primis & te miretur ab annis.*
» Cice.ſæpe,& quanquam glo. uerbum domi-
no, ad magiſtrum & præceptorem referat: ego
tamen di.erem aliter,quod dominum prętorem
intelligat,magiſtrum uerò doctorem ſuum,& p̃
ceptorem pariter,& poſtea (ut ſubiicit) ciuita-
tis epiſcopum. Quod etiam legitur in §.pen. in
prnœm.ſforum,& ibi glo.ſignanter per illũ tex.
in uer.profeſſores.

Et ſi ſic eſt,uideretur dicendum iſtud hic non
aliter diſponi,& conſtitui per iſtam auth.debuiſ
86 ſe,† §.quibus,In 1.conſti.Cod. l.hæc ſtipulatio.
§.diuus,ut l ga.no.ca.maximè,quia fieri nõ de-
bet,quod ſactum non releuat.d.§.diuus. Bart.in
l.liberationem.in §.1.ff.de libe.leg.& in l.2.1 §.
qđ obſeruari,col.1.C.de iur.calum.

Sol.ibi ſpecialiter diſponit, hic generaliter:
nec ſuperflua dici poteſt, quia multo plura hic
conceduntur,& clarius quàm ibi fuerint cõceſ-
ſa.l.1.in fi.C.de pac.Bar.in l.1.in rep.nu.5.C.de
ſacroſan.eccl.Felin.in proœ. Rex pacificus,col.
fi.& eſt arg.in l.non ſolent.ff.de uer.ſig.

Et ad prædictorum declarationem, deinde
ſciendum eſt, quod iſti iudices habent iuriſdi-
87 ctionem † ordinariam,ex quo tex.met dicit.ibi,
quibus hanc iuriſdictionem dedimus,hoc eſt in
eos tranſtulimus, ut in ſimili de dominio dici-
mus,quod dare eſt dominium trãsferre. §.ſic ita
que,Inſti.de act.& de dominio ad iuriſdictionẽ
procedit argum.l.qui ſurere,& ibi no. Alber. ff.
de ſtat.homin.& ad propoſitum probatur etiam
in l.1.ff.de offi.eius. & ibi dicemus anno uentu-
ro.& in l.& quia.ff.de iur.om.iu. & cum dederit
princeps,quia eſt lex animata in terris.§.fi. in au
then.de conſu.lex dediſſe uidetur.

Sed mirum adhuc eſt,quomodo ordinariam
88 iuriſdictionem † habeant,cum ſit (ut dictũ fuit
ſupra nume.64.) conſeruatores & delegati Im-
per.territorium non habẽtes, cui iuriſdictio co
hæreat.l.ſi pupillus.§.territorium. ff.de uer.ſig.
& dicitur eſſe in territorio aliàs ſub prædicamẽ-
to ſitus,ut inquit Bal.in l.1.in §.in initio, col.1.
ff.de offic.præfec.urb. ibiq; etiam quod delega
ti iuriſdictionem non habent ordinariam & be-
ne.l.1.§.qui mandatam.ff.de offic.eius,quia nec
habent (ut diximus) territorium.

Sol.eſto quod delegati ſint Imp. nec territo-
rium habeant,habent ſe tamen adinſtar ordina-
riorum,& ordinariam habent iuriſdictionem,ve
pnte ſpecialiter contra certas & determinatas p̃
ſonas,ſibi datam,ut hic per Saly.aliàs uerba tex.
nihil operarentur,& forent protinus ocioſa, nõ
dicendum.l.ſi quando. ff.de lega. 1. c.ſi Papa, de
priuileg.in 6.& eſt argum.in c.ſanè,de offic.de-
leg.imò quod epiſcopi (maximè) iuriſdictio, &
prætoris,quæ ordinaria eſt,non alterata,ſed ex-
citata potius uidetur.c.licèt in corrigendis,de of
fic.ordin.cap.grauem,eodem titulo, Ancharan.
conſilio 201. colum.1. diximus in d.l.prima.ff.
de officio eius. præceptori uerò, ſiue magiſtro
data.

Dubitant ad idem ſcriben. inter hos iudices,
89 an ſit locus † præuentioni. uideretur dicendum
quod ſic.l.cum quædam puella.ff.de iuriſdictio.
omnium iudic.l.ubi cęptum.l.ſi quis poſtea. ff.
de iudic.ſed tamen contrarium uerius eſt, & ſpe
ciale,quando plures iudices dati ſunt à Principe
ſimpliciter ut hic,quoniam unus ſine altero co-
gnoſcere non poteſt.l.1.C.ne li.po.l.2. C.ſi ad-
uer.tiſ.& in Authen.ut diffe.iud.in §.1.niſi (ut di
ctum eſt) unus ex his eligatur,quæ electio per
mittitur uſque ad litem conteſt. & nimirum,q̃a
ſecundum Bald. (eſtq; ueriſsimum) lit.conteſt.
eſt terminus opponendarum declinatoriarum.
l.exceptionem.C.de prob.

In glo.dedimus,dubitatur (in cæteris difficul
tatem non habet,dic ut per ſcriben.) nunquid iu
90 dices iſti delegent † & breuiter concludit,quod
olim non poterant, quandoquidem iſtud ſolum
iuris profeſſoribus eſſet conceſſum, ut potè in
ſpeciale priuilegium maioribus magiſtratibus,
hodie uerò ſic, & per iſtam conſtitutionem,
quia competit ſibi iuriſdictio magiſtratus iure.
l.1.ff.de offi.eius.

Tu uerò indiſtinctè dicas potuiſſe & poſſe,
quod etiam tenent Iacob. de Are. Cyn. & Salyc.
hic,& indubitatum eſt,tum quia ordinariam (ut
diximus) habent iuriſdictionem,tum quia ſunt
conſeruatores & delegati Imp.l.à iudice.C.de iu-
di.no.in d.l.1.plenè.

Quo ad præceptorem tamen & magiſtrum
ſcias, quanquam ordinariam iuriſdictionem ha
beat in ſcholares, ut epiſcopus & prætor, & ut
ſupra latius, quòd nihilominus eam non habet
de conſuetudine,ut per Bart.in l.imperium. nu.
7.ff.de iuriſd.om.iud.

In gl tentauerit, in princip.dubitatur,ſi quis
ſcholarem trahere ad alium iudicem, quàm ad
ſuos tentauerit, an ſola citatione cauſam amit-
91 tat † & concludit breuiter,quod ſic,ſi talis ſit
iudex, qui poſsit cognoſcere, quique poſsit re-
cuſari,ſi allegato priuilegio inſteterit.

Et bonam rationem aſsignat, quia non conte
mnitur lex, ex quo uocatur, ut priuilegium al-
leget.l.ſi quis ex aliena.ff.de iudic. Si autem fue
rit certum eum eſſe ſcholarem,uocatumque co-
ram iudice non ſuo,tunc uenire non tenebitur,
ut ibidem,& in l.fin.ff.de iuriſdict. omnium iu-
dicum,& agens ex ſola uocatione cauſam (ut di
ximus) amittet pariter.l.in criminali.C.eodem,
deq;

deque his habetur etiam in l. 2. ff. ſi quis in ius
uocat. non itr. & in l.2.in §.ſi dubitetur. ff.de
iudi.Pulchrè Barto.in tract.de ordi.iud. colum.
2.nonnihil Alexan.in l.1.colum.4. C.de procu.
Hoſti.in c.nonnulli.in §.1.colum.2. de reſcript.
Paul.Caſt.conſi.56.colum.2.uol.2.& dubitatio
nem non habet.

Secundò concludit glo. uocantem pœnitere
92 non poſſe, ut ſibi pœna remitti † uideatur, &
bene.l.nemo.ff.de regul.iur.cap.mutare,eodem
titu.in ſexto.

Sed contra de l.quamuis.ff.de in ius uoc. ubi
ſi non petita uenia patronus in ius uocetur à li-
berto,poſtea ipſum pœniteat, ei pœna ſolidorũ
50.remittitur.

Sol.termini non ſunt pares, ut infra: dicerem
ego aliter,quod remittitur ſibi pœna de conſen-
ſu citati, ex quo uolenti non fit iniuria.l.1.§ uſ
que adeo.ff.de iniur. declarat Deci.cõſil.317.
colum.3.uolum.2.& eſt in muliere ad ſecundas
nuptias tranſeunte ſimile, quæ iniuriam inferr
filiis primi matrimonii,& pœnas legis incurrit,
& tamen ſecus ſi tranſierit ipſorum filiorũ con-
ſenſu, ut not.in §.proſpeximus. in Authen. de
non elig.ſecun.nub. idem Dec.in loco, de quo
ſupra.& ideo dicebat Bald. in l.3. in princip.ff.
quod quiſque iur.quod d.caſu ſpeciale eſt, & ad
conſequentias non trahendum.c.quæ à iure,de
regu.iur. in 6. huius ſingulare. l.quod uerò con-
tra.ff.de legi.& ultra eum ſpecialitatis ratio ad-
duci poteſt,quia patronus non læditur. & quia
lex in his perſonis filio & liberto facilius pœ-
nitentiam admittit,quàm in aliis, ut per Bart.in
l.qui ea mente.colum.2.ff.de furt.& ſimilem q̃-
ſtionem diſputat gloſſ.in l.quicunque, in uerſi-
cu.uel 20.ſolidis, ubi & nos multa. C. de ſeruis
fugitiuis.

Vel ad primam ſol.redeundo, quæ fuit gloſſ.
dic ex mente ipſius,quod cum ex pœnitentia re
mittatur actio, in recompenſationem remitti-
tur pœna: hic autem uocatus nihil habet qđ re-
mittat, cum ipſa uocatione actor uocans ius o-
mne amiſiſſet, igitur nec pœnitendo poterit uo-
cato præiudicare, fuſius Bal.& Sal.

Obſt.tamen & ſecundò,qđ dicitur in glo.ſeq.
ubi per ſententiam pœna infligitur & non ipſo
iure,uſque adeo ut pęnitendo poſtea uocanti re
mittatur actio,& iterum poſsit agere.

Solu. licèt requiratur ſententia declaratoria,
ut ibi dicam, non eſt propterea quod ex ſola uo
catione ius non amiſerit, ut cõcluſum eſt ſupra,
ergo nec ei remittetur actio.nec erit uerum,qđ
iterum ad agendum admitti poſsit.l.qui res.§.a-
ream.ff.de ſol.l.nam & ſi ſub conditione, in prin
cip.ff.de iniuſto teſtam. l.eius qui in prouincia.
ff.ſi cert. pet.

Tertiò & ultimò ob.tex. in l.qui cum maior,
in §.accuſaſſe.ff.de bon.lib.& in l.in ſeruitutem,
in §.petiiſſe.ff.eo.ubi pœnitentia permitti uidetᷣ
uſque ad ſententiam.

Solu.illud ideo eſt (ut idem Bald. hic ait, &
bene) quia in d.iuribus ſunt uerba ſignificantia
perfectionem iudicii, hoc eſt temporis præteri-
ti perfecti, ita ut non uideatur quis accuſaſſe,
uel petiiſſe, ſi accuſationem ſeu petitionem nõ
perfecit, argumen.in l.prima.in §.hæc uerba. ff.
quod quiſque iur.hic uerò non,ſed ſolam atten
tationem,perinde ac ſi dictum fuiſſet ipſo facto,
ut in clemen.prima,in §.quia uerò, de ſtat.mon.
& in cap.in pœnis,de regu.iur.in 6.Bartol. in l.
prima.ff.de his qui not. infam. & eſt argument.
ad propoſitum in l.ſi quis non dicam rapere. C.
de epiſc.& cler.igitur nec mirum, ſi etiam ex ſo
la uocatione cadit.

Tertiò concludit gloſ.quod ſcholaris ſponte
iudicium ſubit, hoc eſt ipſum poſſe priuilegio
93 renunciare: † quod etiam ſine difficultate eſſe
uidetur,quia (ut Bar.quoque inquit) probatur
in l.1.ff.ſi quis in ius uoc.non ie.& in l.ſi quis in
conſcribendo.C.de pac.& per locum à ſpeciali
in c.ſi diligenti, de fo.comp.& in c.contingit,de
ſenten.excommu.

Sed pondera text.noſtrum ibi, quis enim eo-
rum non miſereatur? ſentientem priuilegia hu-
iuſmodi ſcholaribus conceſſa fuiſſe, ut potè mi
ſerabilibus perſonis,quibus hac de re non debe
ret poſſe renunciari,ut per glo.in l.1. C.quando
Imp.int.pu.tradunt omnes in l alia,in §.elegan-
ter.ff.ſol.mat.Bald.egregiè in c.de ca ſis. num.
33.de offi.deleg.

Sol.quanquam ſic dicatur hic,non tamen erit
uerum,quod ſint miſerabiles perſonæ, ut no.in
d.l.1.& cum dicti iudices præcipuo eorum fauo
re ſibi dati fuerint, debent poſſe etiam huic fa-
uori renunciare.d.l.ſi quis in conſcribendo, &
iſto caſu (ſubdit glo.) actor non punietur. d.l.
quamuis. & quia (ut dixi ſupra) iniuria non fit
uolenti d.l.1.§.uſque adeo.ff.de iniur.

Et nota, quod tacitè etiam renunciat ſciens
ſe priuilegio munitum, ſi id non allegauit, ut
declarat Salycet.& ſi eſſet nouitius & ignorans,
ſibi non præiudicaret, niſi certioratus, ut in
ſimili in minore, & muliere dicimus. declarat
latè Butr.in capit.cum cauſa,in fin.de emptio.&
uend.in cæteris gloſſ. non habet dubitationem,
dic ut in ea.

In gloſſ.final.in principio, concluditur, tra-
hentem ſcholares ad alios iudices, quàm ad
ſuos, cadere ab actione per ſententiam, & non
ipſo iure: nec ab re, ut in ſimili dicit etiam glo.
in l.in criminali.C.de iuriſdictione omnium iu-
94 dicum. põderando uerbum mulctetur, † de quo
quo ibi, ſed (ut inquit Cyn.) bene ibi per ſen-
tentiam intelligi debet, quoniam id innuit di-
ctum uerbum mulctetur,ſed non hic, tamen qđ
per ſententiam cadat,in terminis ita di[illegible] glo. in
auth.principales,in §.quod ſi actor.C. [illegible] iuram.
cal.confirmat idem Cy.ratione, quia d.uerbum
cadat,

cadat,duplicem habet intellectum, unum ipſo iure,alium per ſententiam, & iſte benignior eſt,& eligendus (ſubdit ipſe) l.interpretatione. ff.de pœn.l.benignius.ff.de legi.& ita etiam tráſit Barto.hic,nume.9.

Dicerem ego ut proximè,qđ bene requiritur ſententia declaratoria,ſed qđ aliàs cadit ipſo iure,etiam tentans ut ſ.& ſic ex ſola uocatione. & nouiſsimè firmat Bald.conſi.301.col.2.uolu.1. multa Bellame.deci.677.col.2.Bertrand. conſil. 292.nu.11.uol.3.clarius conſi.330.nu.1.eo.li. & no.aliàs in c.cum ſecundum, de hære.in 6.& in c.1.de homi.eo.lib.

Secundò concluditur in ea(alia p'ana ſunt pariter,dic ut per Bar.& Docto.) quod ſi iudex coram quo conuentus eſt ſcholaris, pronunciauerit ſe eo inuito iudicem, poterit ab illa pronun
95 ciatione appellari †& bene, quanquam interlocutoria ſit.& iſtud fortè dubitationem faciebat, quia de iure ciuili ab interlocutoria non appellatur.l.pen.C.quo.appel.non re.ſed (ut dixi ſupra, nu.66.) priuilegio ſcholarium hoc ipſum inductum fuit,ut à quocunque grauamine poſſint,& ualeant ſi uelint appellare,& ſic etiam ab interlocutoria. & ex his finis ſit huic no.authen. impoſitus,die 10.Iulii, qua nobis feriæ indictæ fuerunt.1559.Laus Deo,Beatæ Mariæ Virgini, Proſdocimo,Danieli,Antonio confeſſori,& Iuſtinæ,ſanctiſsimis protectoribus noſtris. Amē.

Additio.

Ad illud Saly.dictum,& Bal.qđ auth. hæc deberet ſcribi literis aureis, faciunt etiam ſimilia uerba Bar.in l.ſi à te.in §.ſi quis fundum. ff.de excep.rei iud.ſignanter ita de §.illo, dicentis, quē refert quoq; Feli.in c.aduerſario,col.5.de exce.

Pro ratione dubitandi etiam ad illud, qđ hic dicitur,quod ſcholares ſecure ire debeant per loca,facit,quia iure communi hoc idem etiā cautum uidetur,ut inquit Bar.hic, ex quo latrones puniuntur.l.capitalium.§.famoſos.(nihil.n.allegat ipſe.) ff.de pœn.ergo conſtitutio hæc parū releuat, argu.in l.1.C.de theſau.lib.10.& in l.ſi qñ.ff.de leg.1.poſtea reſpondet,poſt glo.hic tñ, quod ibunt ſecuri,ex quo pedagia non ſoluunt. & benè.Sed aduertendum eſt,quia non dicit tex. qđ ſecuri ire debeant per loca, ſed quam primū ad ea ſtudiorum cauſa acceſſerint,qđ ibi habitare debeant tum ipſi, tum eorum nuncii, ſecurè, quandoquidem ab omni iniuria defendantur.

Additio.

Qđ iſta auth.non habeat locum in ſcholarib. clericis,ſed laicis,quo ad iudicis electionem, ut plenè p Arch.in c.inolita,col.2.11.q.1.& probat̄ in c.eccleſia S.Mariæ,de conſti.Multa Cur.collega.in tract.feud.parte 7.principa.q.1.col.2.& 3.

Additio.

Qđ ſcholaris à ſtudio recedens,moramq; trahens in patria,animo redeundi ad ſtudia & labores ſcholaſticos,priuilegiis huius auth. gaudet, dummodo ocio non uacet,quia tunc non gauderet.l.ſi cui.§.tam diu. ff.ex quib.cau.ma.l.q mittuntur.in fi.ff.eo.tit.& qđ regulariter gaudeat, probatur in l.5.in §.pen.& fi.ff.de capt.& poſtli.re.& latè Luc.de Penna in l.hac lege,in 2.col.C. de priui.ſchola.lib.12.

Eſt etiam mirabilis iſta authē. qđ iuriſdictio epiſcopo tribui poſsit,inter laicos,per legem ciuilem.l.ex ea,& ibi glo.ſing.ff.de poſtu. eamq; actu habebit, quia ordinarius.(qđ aliàs habeat potentia clarum eſt.c.lata.c.conſanguinei,qui filii ſint leg.)ad laicorum differētiam,q nec actu, nec potentia habent,inter clericos, ut in d.iuribus legitur.poteſt etiam conferri eidem p iudicem ſæcularem tanquam delegato. c.inter dilectos,de fide inſtrum.Bal.pulchrè Marg.lib.iuriſdictio,nu.10.

Additio.

Si ſtatutum dicat,quod ſcholares pro ciuibus habeātur,auferētur ne eis huius auth. beneficia? Dic qđ non,ut latè per Bal.hic,& in l.ea lege.C. de cond.ob cau.& in ſtatutis ſcholares. nu.3.& rōnem adducit Bar.in l.3.in §.ſi emancipatus,ad fi.ff.de bo.po.ꝯtab.eo quia ſtatutum factum eſt, ad tollendum obſtaculum, ne pro ciuibus habeātur,ergo non ad tollenda beneficia,ſibi per hanc authen.conceſſa,argum.in l.legata inutiliter. ff. de adimen.leg.

Adde etiam,ſi priuilegium ſcholaribus ſtudētibus in urbe, concedatur,quod pro reſidentib. habeantur, poſsintq; percipere fructus beneficiorum ſuorum,quod fauorabile erit, & extendendum,non tñ ad diſtributiones quotidianas, quia ſolum dantur intereſſentibus, ut olim fecit Bonifacius VIII.meminitq; Old.conſi.117.

Et qđ non ab re hic in prin. dicitur,habita diligenti inquiſitione Epiſcoporum, Abbatū, Ducū, iudicum, & procerum ſacri Imperialis palatii,priuilegia hęc ſcholaribus conceſſa fuiſſe,qa nihil eſt in Rep.perniciofius,ſi temere,aut leuiter indulgeantur,quamobrem in legib. 12.tabu. dicebatur,irrogari non debere, niſi centuriatis comitiis, quarum uerba ſunt hæc.

Priuilegia niſi centuriatis comitiis, ne irrogāto.ubi Baldui. interpreſ. elegantiſ.Iuriſcō.multa,qui me inuiſere aliquando,dum Venetias contenderet bellum Gallicum fugiens, dedignatus non eſt.

Et quod priuilegium amittitur,multis de cauſis, de quibus in l.pe.ubi plenè Luc.de Pēna, C. de ueteran.lib.12.

Adde ēt,qđ p iſtum tex.limitatur dictū Bal. in l.1.in 2.col.C.de dot.promi.concludētis,priuilegium continens duo ſpecialia nō ualere, & aſſerentis,ſæpe audiuiſſe iſtud allegari in curia Regis,quoniam hic multa continētur,& tñ priuilegia ualent & obſeruantur, ex quo à iure cōi inducuntur,ut per Felin.in c.cum M.Ferrarien. col.8.de conſtitu.

Et

Et cum priuilegia hæc, nel motu ꝓprio principis concedantur, nel ad partis poſtulationem, quæ in eis dubitatio eſſe poteſt? ut in exemplis dicit Cy. iu l. 1. col. 3. C. de legi. & iu regula Bar. in l. quotiens. ff. ſi quis cau. uel ſi tradantur artis principia, ſecundum Bald. iu l. 1. iu prin. ff. de iuſti. & in. ex abuudanti igitur ſupradicta ſine aliqua, in caſus figuratione, tametſi ob id neceſſaria non fuerint. l. 1. §. quamuis, de uen. inſp: uulga. l. nou ſolent. ff. de reg. iu.

Eſt adhuc mirabilis iſte text. ad aliud, quod interdum patria negligeuda eſt, nt ſapientiam acquiramus, qua ei aliquaudo prodeſſe poſsimus, Vliſsis Ithaci exemplo, qni niſi ſic feciſſet, fortè in laboribus latniſſet propriis, nt inquit Caſsiodo. nariarum. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Colonus & inquilinus, in quo differant.*
2 *Penſio unde dicta.*
3 *Lucrū uenit in intereſſe, ubi non eſt ſtipulata pœna.*
4 *Dominus inquilinū expellere poteſt, ſi pro propriis uſibus domum cōductam ſibi neceſſariam eſſe probauerit, cum fallentia. nu. 5.*
6 *Dominus inquilinum expellere poteſt, ſi uelit domū reficere.*
7 *Dominus poteſt conductorem expellere, ſi rem conductam male utatur.*
8 *Dominus conductorem non ſoluentem penſionem expellere poteſt.*
9 *Dominus inquilinum expellere poteſt, ſi malis, et inboneſtis moribus uiueret.*

De locato & conducto.

Imp. Antoninus A. Callimorphoniæ.

Additio.

L. Aedem.] Caſus non eſt figurandus in hac lege, quoniam (ut dixi aliàs anno 1547. quo tempore eam ſum interpretatus) traditur regula, iu qua dubium eſſe non poteſt, & uoniſsimè ita etiam dicit Bar. in l. quotiens. ff. ſi quis cau.

1 Regula igitur eſt † conductorem, ſiue aliàs inquiliuum (is enim urbanarum ædium cōductor eſt, ad coloni differentiam, uillam colētis, ut formaliter dicitur in l. re pignoris. ff. de acq. poſſ. & in l. ſi in lege. in §. ſi domus. glo. in l. emptorem. infra eo. & hoc regulariter, quoniam etiam qńq; inquiliuus colonus aſcriptitius dictus eſt. l. ſi qs inquilinos. in prin. ff. de lega. 1. impropriè tamē, eſtq; glo. expoſitio ibi. ff. loc. & contra text. in d. l. re piguoris, qui negari nou poteſt, ponderādo in eo uerbum ſubſtantificum eſt, iuxta glo. in l. mercis. ff. de uerb. ſign. & ut per Bal. in cōſi. ſciſma. poſitum ſub tit. C. ſi quis aliq. teſt. probi. colum. 11. uerbaq; I. C. formalia ſuut, qđ ædium īquilinus eſt, agri uerò colonus) ab ædibus inuitum, ſi penſionem inſolidum ſolnerit, expellere non oportere. quaſi dicat īdecens eſt, inboneſtū, iuurbanum, incōueniens, & ab omni iure, ex quo penſionem ſoluit, penitus alienum: quamobrem domino reſiſti poteſt, & dici uulgatū illud euangel. amice pacto cōuenisti mecum: & ultra, quòd contractus ex conuentione partium, legem accipiunt: & quod ſemel placuit, amplius diſplicere nou poteſt. l. 1. §. ſi cōueniat. ff. depo. l. legem. C. de pact. l. contractus. ff. de reg. iu. l. ſicut. C. de actio. & obl. & in reg. quod ſemel, eod. tit. in 6. & iſta eſt regulæ ratio.

Et inuitum dixit tex. hic, dubitationis tollendæ gratia. l. 1. §. ſed ſciendum. ff. de ædil. edic. l. q̄ dubitationis tollendæ gratia. ff de reg. iur. l. 1. §. quamuis. ff. de uent. inſpic. non quòd fuerit neceſſarium: quia ſi conſenſerit, & recedere uoluerit, ſibi utique imputabitur, & planum erit, arg. in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. & iu l. in re maudata. C. manda. & eſt argum. in l. inuitum. ff. de contrahen. empt. & in l. nec emere. C. de iure deliberando.

Dixit etiam penſionem, nt alibi I. C. in l diuortio. in §. non ſolum. ff. ſol. mat. & in l. poſtulāte. in §. 1. ff. ad Treb. & in l. ſi uno. in prin. ff. loca. & iu l. dominus horreorum. in §. fi. ff. eod. & in l. Sticho. in §. item q̄ro. ff. de ſtatulib. pulchrè Bal. in l. ſi uanis. ff. de rei uend. 2 † & à pendendo dicta eſt (pecunia enim uōdum ſignata, ære penſo nō numerato, ſoluebant Ro. homines) Hinc pēdere pœnas dicimus, & tributum, & ob id quoq; penſiones. Dicta tñ & propriè in beneficialibus à ꝓprietate beneficii pendens, ut uſusfructus à proprietate, finiſq; mortuo penſionario, nt uſufructus mortuo uſufructuario, fitque conſolidatio fructuum & proprietatis. §. finitur, Inſti. de uſufru. & §. fi. eo. tit. & lib. Bal. conſi. 9. col. 1. nolu. 1. Card. in clem. 1. in §. 1. q. 4. de ſup. neg. ꝑla. Græcè item apophora dicitur, odoremq; gratum ſignificans, & ſtipendium militare.

Vltimò inſolidum dixit, & malè, ſolidumq́ue dici debet: quoniam (ut declarabam aliàs) primo modo ſolutio pro parte fit, ſecundo uero in totum, & integraliter. l. ea quæ in partes. l. uam ad ea. §. fin. ff. de reg. iur.

3 Et non ab re, qm̄ non minima incommoda habet ſolutio primo modo facta, reſpectu creditoris, ut etiam glo. hic declarat, per tex. in l. planè. ff. famil. ercit. & ibi glo. allegat concordantes. & iſtud regulariter uerum eſſe declara, quanquam fallat aliquo caſu, ꝑſertim in decima ꝑſtanda ex agnis, & hædulis, qm̄ tp̄s hēt, cū naſcunt̄, & pōt ruſticus ex decē natis unū dare ſacerdoti, quolibet menſe, ut per Old. conſi. 236. in princ.

Modò regulam declara, inquilinū inuitum expelli nou poſſe, ante finitū tp̄s locationis, quia de fcō expelleret̄, ex quo de iure expelli ſine cā nō pōt: qđ ēt uerbū expelli ſonat, arg. ī l. 2. ad fi. C. đ ſum. tri. & fi. ca. & ī §. ſi qs āt. ī Auth. de leno.

& in

& in c.1.ubi glo.expellere, de uſu. in 6. Luc.de
Pẽna in l.deuotum. col.1.C.de meta. lib.12.

Aliàs pœna exigi pot rit, ſi in lege locatiõis,
appoſita ſit, ſin minus ad intereſſe, in quo venit
etiam lucrum.l.ſi fundum.§.fi.ff.eod. l.ſi de fun
do.infra eod.

Secundò declara, ſicuti inuitus inq̃linus, ante
tempus locationis finitum expelli non poteſt,
quod ſic nec ipſe dño inuito ab ædibus recedere
3 poterit, alias † ad intereſſe pariter tenebitur, &
ad ſolutionem totius penſionis.l.dominus hor-
reorum.§.ſi.ff.loca.l.ſi in lege.§.ſi domus. ff.eo.

Tertiò declara, quod nec inuitus conductor,
impleto tempore locationis, poteſt retineri. l.
inuitos.infra eod.

Regula ſic declarata eam amplia, ut non mo-
do in inquilino procedat, uerùm etiam in colo-
no, licet differant, ut ſupra, & quicquid leui ra-
tione dicat Bal.hic, contrarium ſentiens, ex quo
lex generalis eſt: & licet reſpectu ædium, in in-
quilino loqui uideatur, non eſt propterea, qđ
ad colonum quoque non extendatur, arg.in l.re
gula.in §.& licet.ff.de iur.& fac.igno.& ita ſignã
ter tenet Alex.in l.diuortio.in §.ſi fundum. col.
3.ff.ſol.mat. & ſubinde etiam aliquibus caſibus
limita. etenim nulla eſt, quæ limitationem nõ pa
tiatur, ut in auth.ut ſi.prohib.mat.debitr.in prin
cip.ſemperq́; in generalibus ſpecialia inſunt, &
ſpecies derogat generi, & à ſimili nullus homi-
num ſtatus, ita ſtabile, & ita immobile, qui non
aliquam patiatur mutationem, quiq́; non in per-
petuo motu conſiſtat. l.ſemper in generalibus.
ff.de reg.iur.l.uxorem.§.feliciſsimo. ff.de leg.3.
§.ut autem.in Auth.de nõ alienan.& ad idem di
cimus etiam, quòd exceptio eſt de regu.& quòd
regulam confirmat in non exceptuatis, l.nã qđ
liquidò.§.fin.ff.de pe.leg. d.§.ut autem.l.quæſi-
tum.§.denique.ff.de fun.inſt. inſtrumentoq́; le-
ga. & hoc idem uerum eſt, ſi nouitas ſuadeat, a-
liàs non limitabitur regula, ut ſentit glo.in loco
præalleg.ut ſi.prohib.mat.deb.

Vnde non mirum eſt, ſi omnis exceptio hinc
æquitate nititur.l.qui æquitate. ff.de except.do.
Bart.in l.ſi unus.in §.pactus col 3.ff.de pac.& in
l.non ſolum.in §.ſi liberationis uerba, col.1.&
2.ff.de lib.leg.& in l.militis.in §.ueteranus.ff.de
milit.teſtamen.

Adiicientes etiam, regulam non dari de factis
hominum, propter nimiam factorum multiplici-
tatem, ſed de his quæ ſunt iuris.l.3.§.tu magis.
ff.de teſti.l.mora.ff.de uſu.l.ſi mihi, & tibi.§.re-
gula.ff.de leg.1.Bal.in l.ut uim.colum.3.ff.de iu
ſtitia & iure.

4 Limitatio prima † eſt igitur, ut hic in tex.ſi ꝓ.
prijs uſib s domum dñs ſibi neceſſariam eſſe ꝓ-
bauerit, exemplificando ut hic per gl. qđ ex ino-
pinato neceſsitas ſuperuenerit, qm̃ ſi tpe ɔ̃ctus
potuiſſet præuideri, tunc non eſſet audiendus, ar-
gu.in l.q̃ fortuitis.C.de pig.ac.& in l 2.ff.de ad-
mi.re.ad ci.pert.& in l.ſi qs domũ.in §.1. ff.loc.

Et ſi probauerit (inquit adhuc tex.) quia aſſer
tioni ſimplici ipſius ſtandum non eſt.l.actor qđ
aſſeuerat.C.de proba.l.2.ff.eo.l.q accuſare.C.de
eden.l.1.C.uectig.no.inſtitui non po. c.nobiliſſi
mus.97.diſtinct.

Et rõ eſt, q a cũ res ipſa periculo dñi ſubiaceat
& in hoc ipſe ſit grauatus, in alio releuandus eſt,
ut ipſi beneficium ſuæ rei potius q̃ alteri confe-
ratur.l.eum qui.ff.de iureiur.arg. in l.præſes.C.
de ſer.& aqua. & maximè ex cauſa ſupueniente,
q̃ ſp excepta intelligitur in quocunque caſu. l.ſi
hominem.ff.man.& ita ſimpliciter cum illa limi
tatione trãſit ẽt Pract.Pap.in ſor.lib.quo.agi.ad
ficti præſta.in uer.inueſtiuit.col.2.

Eſt uerùm (ut dicebam aliàs hic in lectu.) qđ
onere probationis non grauaretur, ſi cauſa eſſet
notoria, puta (ut in exemplis gl.) ipſum uxorem
duxiſſe, uel domum, quam habitabat, caſu.are pe
riiſſe, l.ſi uerò.§.1.ff.qui ſatiſd.cog.l.emptorem.
C.de act.empt.& facit uulgatum illud, qđ patet
expreſsè, probare non eſt neceſſe, ut in d.§.1.& ĩ
c.euidentia, de accuſ.

Et aliàs cũ probationis mentionẽ fecerit, in-
telligi debebit propriè de ea, q̃ fit teſtibus uel in
ſtrumentis.l.1.§.q in ꝑpetuũ.ff.ſi ager uect. uel
emph.peta.l.in exercendis.C.de fide inſtr.

5 Et ſi dñs † promiſiſſet, ipſum conductorẽ nõ
expellere, ut uerba aliquid operentẽ. l.ſi qñ.ff.de
leg.1.l.ait prætor, in prin.ff.de iureiu.expelli nõ
poſſet ẽt hoc caſu, ut p Ang.hic, quem refert, &
ſequitur Dec.in l.fi.in prin.in 3.no. ff.ſi cer.pet.
& conſi.292.col.2.uol.2.

Tñ ɔ̃rium dicerem ego, ex quo promiſsio ſim
pliciter facta, imò ẽt iurata interpretari debet, ni
ſi cauſa ſupueniat, & neceſſaria quidẽ, excepta ſp
(ut dixi ſupra) in quacunq; diſpoſitione.& pro
batur in l.qui iurato.ff.q ſat.cog.nec ſufficit An
ge.rõ, ſatis friuola iudicio meo, qm̃ lõgè melius
eſt.& tolerabilius uerba nihil operari, q̃ qđ dñs
promittens indebitè damnum patiatẽ.l.fi.§.in cõ
putatione, & ibi no.C.de iure delib.& ita tene.

6 Secunda † limitatio text.eſt, ſi dominus ex ſu
perueniente cauſa uelit domum reficere, ſeu (ut
in eo dicitur) corrigere.

Qđ tñ intelligi debet, ut hic p glo. ſi refectio
neceſſaria ſit, & modica qdẽ, p q̃ habitatio non ĩ
pediatẽ, aliàs ad oẽ intereſſe inq̃lino teneret. l.q
inſulã.ff.loc. vel & melius dic; q a huc modo non
expelleret, qđ hac de cauſa poſsit expelli, ſed qđ
poſt refectionẽ debet inq̃linus ad habitandũ re
uerti, & hoc ipſum dñs pati, ne teneatẽ ad intereſ
ſe. ita Bar.in l.ſi duo.in §.cũ inq̃linus.ff.uti poſ.
& iſtam limitationem ſimpliciter refert Prac.Pa
pi.in loco ſ.alleg.in 1.limi.ad tex. nihil addito.

Et rõ eſt, quia fortè niſi reficeretur corrueret,
quo caſu multò melius eſt in tpe occurrere q̃
poſt uulneratã cãm remediũ q̃rere.l.fi.C.de tẽp.
in integ.reſti.pet.& latius ego hic in lectu.nu.7.

Imò

Imò quod prudentis eſt proſpicere & prænidere,qd euenire poteſt: inſipiẽtis aut. m dicere, non putaram.l.ſi quis domum.§.1.ff.loca.& in contractu locationis ſignanter inquit Bal.ad propoſitum,quod natura dat hominibus prudẽtiã, ut futura proſpiciant,conſi.182.col.fi.uol.1.qui igitur hoc non facit,ſe ipſum decipit & circumuenit,ut in ſimili dicit tex.in l.imò.in princip.ff. de lib.cau.

7 Tertia † limitatio eſt text.ſi conductor ſit ĩ re conducta malè uerſatus,arg.in l.ſi merces,in §. culpæ.ff.loc.& in l.hactenus.in §.fi.cum l.ſeq.ff. de uſufr.& ita tenet etiam Alex.in d.§.ſi fundũ.

Et ratio eſt,quia tacitè in ipſo contractu locationis,(ut dicebam aliàs.& ſentit Cy.hic)promiſiſſe uidetur Inquilinus, ſe bona fide ædium habitatione uſurum,imò quod uerba ſimilia quoque in eo ſolent communiter apponi,cum ſit ẽt bonæfidei,de quo in §.actionum, Inſti.de actio. quod cum non fecerit hoc caſu, & fidem fregerit, à contractu ipſo recedi poterit,eidem fides frangi,& conſequenter ab ædibus expelli,uulga. l.cum proponas.C.de pac.ubi tritum illud,

Frangenti fidem,fides frangatur eidem. qđ maximè procedit,& locum habet in contractibus nominatis,ut hic: in innominatis nõ,quia in eis pœnitentia datur.l.ſi pecuniam.ff.de condi.ob cau. declarat Bal.in l. in ciuile,in prin.C.de rei uen.

Et quod in eis reperiatur clauſula rato manẽte pacto, quæ inquilino conductori non prodeſt,locatori ſic,ut per Felin.in c.intelleximus, colum.2.de iudi.

8 Quarta † eſt limitatio, licèt text.non dicat, q̃ tamen ex eo colligitur,dum dicit,ſi ſoluerit penſionem conductor, inuitum expelli non poſſe, Quod econtra ſi non ſoluerit, expelli poſſe, & bene,ut in l.quæro.in §.inter locatorem. ff. de act.emp.& ita etiã Pract.Pap.dicit in for.libelli, quo agitur ad facti præſta.in uer.inueſtiuit, col. 2.& etiam (quamuis dictum nõ ſit)quia ita actũ uidetur inter partes,ut ſignanter legitur in d.§. inter locatorem,ex quo tacitè ſubintelligitur.l. cum quid.ff.ſi cer.pet.declarat Bar.in l.ſemp in ſtipulationib.ff.de reg.iu.& tacitum pro expreſſo habetur,ubi eadem ratio reperitur,inqt Bal. in l.his ſolis.in fi.C.de reuoc.don.

9 Quinta † & ultima limi atio eſt,maxime in inquilino,ut poſsit expelli, ſi malis & inhoneſtis uiueret moribus,uel fœnus exerceret, uel foret hæreticus,arg.in l.2.ad fi.C.de ſum.tri.& fi.cat. & in §.ſi quis autem, in Auth.de leno.& in cle. 1.de uſu.ex quo etiam ſi non reſipiſcat admonitus prius,res eſſet pernicioſi exempli.l.ſi qs aliquid.§.qui abortionis poculũ. ff.de pœ. iubetq; hoc ipſum lex.l.iuſtitia.§.iuris præcepta.ff.de iuſti.& iu.§.iuris ꝓcepta.Inſti.eo.tit. imò qđ Reipub.etiam expedit homines honeſtis moribus uĩuere,ut in §.quia nos,Inſti.de nup. Bald. hic,in fi.licet non hoc modo, & ad idem ſic loquatur. vel & aliter,ut hic per Cy.col.2.tametſi iſtud mihi magis placeat.In cæteris dic ut per eũ(Barto. enim non multa dicit) ego uerò ſatis,ſuperq; ſatis hic in lectu.

Et ſi quid adhuc addendum eſt,id unum addi poteſt,ad regulam redeundo, & ad id, ſi inquilinus ſoluit penſionem,quod expelli non poterit inuitus ab ædibus, ſed dubitatur qñ ſolutio ipſa fieri debeat:& reſpondetur, fieri debere eo tempore,quo conuenerunt partes.l.1.§.ſi cõueniat. ff.depoſiti.& ſi conuentio facta non ſit ſ̃m conſuetudinem Regionis, cuius auctoritas nõ nilis eſt,ſi maximè pręſcripta fuerit & inueterata.l.de quibus,& ibi no.ff.de legi.l.2.C. quæ ſit lon.conſue.l.Imperatores.ff.de pollicit.& ſi denique nõ extet conſuetudo,in fine anni: quoniam ante nõ poteſt dici,quod locator contractum impleuerit pro parte ſua.l.Iulianus.§.offerri.ff.de actio. emp.(ut hic per Bar.)& bene. Finis die 3.Iulii. 1571. ſtans (ut aiunt) pede in uno, & uolanti calamo.

FINIS.

Regeſtum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll.

Omnes ſunt Terniones.


IVNGENDA